SELECTÆ
IN SACRAM SCRIPTURAM
DISSERTATIONES
Actæ in Seminario Montis-Falisci
JUSSU S.R.E. CARDINALIS
MARCI-ANTONII
BARBADICI
Archiep. Episc. Montis-Falisci, & Corneti,
ET SS. D. N.
CLEMENTI XI.
PONT. OPT. MAX.
DICATÆ,
Ac copiosissimis indicibus auctæ & illustratæ,
AUCTORE

F. GUILLELMO BONJOUR TOLOSANO
Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Seminario Montis-Falisci Scripturæ Sacræ interprete.





APUD MONTEM-FALISCUM, MDCCV.
Ex Typographia Seminarii.)(*Superiorum Permissu.*

25. 266

Digitized by Google

CLEMENTI XI.
PONT. MAX.

SIstit ſe iterum, BEATISSIME PATER, Sacratiſſimis SANCTITATIS VESTRÆ pedibus Triduana de Canone librorum ſacrorum concertatio: quòd non fuerit diducenda à Selectis in Sacram Scripturam diſſertationibus, hoc brevi volumine comprehenſis. Tres ex multis, quas prælo deſtinaveram, non abs re veniunt SANCTITATI VESTRÆ nuncupandæ: prima propter Chriſtum

Digitized by Google

cujus vices geris: secunda propter Ecclesiam, cujus in arca figuratæ hodie tractas gubernacula: tertia propter religionem, quam à prima mundi ætate ad nos transmissam vindicas, & tueris, ab errorum novitate. In prima enim ago de Hebdomadibus Danielis, quas Christi passio terminat: in secunda de anno diluvii universalis, quo chronologia sacra universa illustretur: in tertia incumbo totus ad sacram primæ mundi ætatis historiam extricandam, & elucidandam variis observationibus. Hoc mei moduli obsequium triplex Tibi uni, BEATISS. PATER, debeo, ceu legitimo Vicario Christi, ceu vigilantissimo Ecclesiæ universæ Pastori, ceu summo puræ, ac veræ religionis Assertori, & Vindici.

SANCTITATIS VESTRÆ

Benedictionem Apostolicam

Humillime efflagitans, & implorans, omnium abjectissimus
F. Guillelmus Bonjour Augustinianus.

SYL-

SYLLABUS
DISSERTATIONUM
TRIDUANA
De Canone Librorum Sacrorum
CONCERTATIO
Acta in Seminario Montis-Ealisci, & habita per dialogos,

INTERLOCUTORIBUS

Catholico, Hæretico,
Judæo, Samaritano,
Ethnico, Politico.

DISSERTATIO I.

§. I.

Digitized by Google

§. VII.

§. III.

tati

Digitized by Google

§. VIII.

CHRONICUS CANON

REGES MEDORUM

CATALOGUS CTESIANUS

APPENDIX

DIS-

DISSERTATIO III.

In Historiam Sacram primæ mundi ætatis.

DIALOGUS III.

INDEX PRIMUS.

INDEX SECUNDUS.

INDEX TERTIUS.

INDEX QUARTUS.

F. ADEO-

F. ADEODATUS NUZZI AB ALTAMURA

Sac. Theolog. Magister, totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis.

OPus, *cui titulus est* Selectæ in Sacram Scripturam Dissertationes &c. *à Ven. P. Fr. Guillelmo Bonjour nostri Ordinis Sac. Theolog. Baccalaureo concinnatum, cùm dignum publica luce repertum sit, ut Typis edi possit, facultatem præsentium tenore concedimus. Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die* 16. *Septembris* 1705.

Fr. Adeodatus Nuzzi Generalis.

Loco ✠ *Sigilli*

Mag. Fr. Joseph. Forosempronienſis Ord. Secr.

Reg. lib. 1.

Imprimatur, si videbitur.

Nicolaus Collius Vicarius Generalis.

Imprimatur,

Alexander Mazzinellius Reverendissimi Patris Magistri S. A. P. Vicarius.

Digitized by Google

TRIDUANA
De Canone Librorum Sacrorum Concertatio
Acta in Seminario Montis-Falisci,
JUBENTE & PRÆSENTE
S. R. E. CARDINALI
MARCO-ANTONIO
BARBADICO
Episc. Archiep. Montis-Falisci & Corneti,
ET
SS. D. N.
CLEMENTI XI.
PONT. OPT. MAX.
DICATA.
A F. GUILLELMO BONJOUR TOLOSANO,
Ordinis Eremitarum S. Augustini, & in Seminario Montis-Falisci divinarum literarum Professore.



APUD MONTEM-FALISCUM, MDCCIV.
Ex Typographia Seminarii. *Superiorum Permissu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

CLEMENTI XI.
PONT. MAX.



Ummo Sedis Apoſtolicæ judicio cedentibus & faces ſubmittentibus ſtudiis do-ctriníſque noſtris, BEATISSIME PATER,

Digitized by Google

Triduanam de Canone Librorum Sacrorum concertationem culmini Pontificatûs Veſtri obſervantiſſimè ſubjicit Seminarium Montis-Faliſci. Hanc tenuitatis meæ ductu arundineo nuper egit ſchola divinarum literarum, quæ in ampliſſimo iſto Seminario erecta eſt. Erubeſco in opuſculi exiguitate, in ſcriptionis tarditate, in ſtyli jejunitate, in earum rerum quas tractavi, inſcitiâ non modicâ. Mihi fuit in animo exercere in ſacris paginis & legendis & defendendis quos in cœleſti illo ſtudio habui auditores; ut eruditi ad ſermones Dei purè & caſtè intelligendos, horum perpetuam propugnationem ſibi ſuſcipiant. Sed aliud eſt cogitare, aliud cogitata perficere. Diffiſus ingenio meo, dejectus induſtriâ, impar propoſito, non audeo in ſpem venire boni exitûs, quem optabam. Facultas defuiſſe demonſtratur, vel cùm argumenta gravia non ſunt, vel cùm gravitas argumentorum minùs acriter inculcatur. Vitium hoc

in

Digitized by Google

in adeo puſilla concertatione ſine dubio deprehendet SANCTITAS VESTRA. Quot enim & quanta dicenda ſunt de libris Canonicis ac divinis, quæ tamen ibi prætermitto! Quàm multa quibus ſuperſedeo proferri poſſunt atque diſſeri de catalogo Librorum Sacrorum à quibuſdam Eccleſiis olim admiſſo, & de integerrimo illo Canone quem major pars Eccleſiarum ſemper probavit, hodiéque recipit Eccleſia univerſa! Quantâ laude & prædicatione decoranda mihi erat incredibilis & ſingularis vigilantia ſupremi tribunalis, ſupremæ cathedræ, in qua SANCTITATEM VESTRAM divina providentia collocavit! Hæc enim eſt ſedes Petri, ab omni erratione libera, quæ theſauri ſcripturarum ſanctarum fuit ſemper ſequeſtris & confirmatrix fidiſſima, ſemper cuſtos & conſervatrix diligentiſſima, ſemper vindex & propugnatrix acerrima. Hæc illa ſedes, quæ à

primis

primis Ecclesiæ temporibus *Legem & Prophetas cum Evangelicis & Apostolicis literis miscet, & inde potat fidem;* ut in libro de Præscriptionibus Hæreticorum cap. 36. ait Tertullianus celebrans *Romam, unde nobis auctoritas præsto est;* explanánsque *quid didicerit* hæc fœlix Ecclesia, *quid docuerit, cum Africanis quoque Ecclesiis contesserarit.* Hæc illa sedes, quam tenuit Damasus Papa, à quo Hieronymus jussus est Græcæ fidei reddere Novum Testamentum. Hæc illa sedes, ex qua Innocentius I. pronunciavit celeberrimam epistolam ad Exuperium Tolosanum Episcopum, quæ clarè nos docet esse Canonicos illos libros quos Novatores in controversiam vocarunt. Hæc illa sedes, in qua Gelasius I. Canonicos libros ab apocryphis discernens censurâ suâ notavit tot scripta commentitia, quæ pro sacris & divinis venditabant antiqui Hæretici. Hæc illa sedes, quæ auctoritate suâ roborat Concilia, quo-

rum

Digitized by Google

rum decretis nititur ſacrorum codicum Canon. Iſta, inquam, BEATISSIME PATER, aliáque non pauca, prætermiſit noſtra Concertatio: ſi tamen dici poſſint prætermiſſa quæ pro poſitis & approbatis, pro veris & certis, pro exploratis & minimè dubiis habemus. Non id dico, ut excuſatione aliquâ defendam ignorantiam meam: ſed propter reverentiam quam matri & magiſtræ omnium Eccleſiarum debeo, quam exhibeo Capiti totius orbis. Unum quod tenuitati meæ ſuccurrit non parum, fuit temporis brevitas, quæ auſpicatò me coegit tam pauca ſcribere; ut poſt ſingulos dialogos darem locum argumentationi quæ uſitatam in ſcholis conſuetudinem teneret. Tunc per plures horas eſt acerrimè diſputatum tam de germanâ vetuſtate quàm de divinitate librorum quos agnoſcimus ſacros & canonicos. Dignatus eſt intereſſe diſputationi Purpuratus conditor & inſtructor ſacri hujus Seminarii, quo jubente in periculum

ac

ac discrimen adducti sunt omnes respondentes, casu & fortunâ designati. Hoc SANCTITATI VESTRÆ narrandum mihi sumpsi, non ut prædicem conatum, qui facilè vertitur in meum dedecus: verùm ut ei reddam rationem nostrorum studiorum, simulque exponam modum quem in illis servare visum est. Progressus quos in erudiendis ad sacras literas summoperè cupio & requiro, operam meam & navitatem haud dubiè superant; méque deficiunt in jacta aleâ, velut improvidum, temerarium & inconsultum. Scilicet ingenium minimè voluntati est par. Quamquam mea temeritas inde major fortè non fuit, nisi ut longè major SANCTITATIS VESTRÆ Clementia cohibeat illam, & ab omni lapsu contineat. Nihil magis desidero, BEATISSIME PATER, nihil magis deposco,

SANCTITATIS VESTRÆ PEDIBUS

Humillimè provolutus
Fr. Guillelmus Bonjour Augustinianus.

Digitized by Google

INTERLOCUTORES
Primi Dialogi.

Marcus-Antonius Barbadicus.
Petrus Galeazzus Diaconus Diœcesanus.
Octavius Moscatus Subdiaconus Diœcesanus.
Franciscus Ceccarinus Subdiaconus Diœcesanus.
Franciscus Paulius Clericus Diœcesanus.
Abb. Laurentius Leonius Tudertinus Convictor.

INTERLOCUTORES
Secundi Dialogi.

Franciscus Maria Lucarellus Subdiaconus Diœcesanus.
Rutilius Secundianus Clericus Diœcesanus.
Dominicus-Antonius Amarius Clericus Diœcesanus.
Joannes Carius major Chiensis Clericus.
Cæsar-Maria Albertinus Bononiensis Clericus.
Jo. Andreas Pierius Lucensis Convictor.

IN-

Digitized by Google

INTERLOCUTORES
Tertii Dialogi.

Dominicus Polidorus Diaconus Diœcesanus.
Franciscus Nicolai Diaconus Diœces. Cornet.
Josephus Antonius Federicus Clericus Diœcesanus.
Petrus Paulus Salvatorius Clericus Diœcesanus.
Dominicus Regolottus Romanus Clericus.
Franciscus-Antonius Antonellus Monsfaliscensis Convictor.

DANTES ADITUM
AD DISPUTATIONEM.

Post primum Dialogum.
Petrus Lazzarus Clericus Diœcesanus.
Post secundum Dialogum.
Petrus Bizzarrus Clericus Diœcesanus.
Post tertium Dialogum.
Joannes Maria Simonettus Centumcellensis Clericus.

RESPONDENTES
Casu designantur ad arbitrium

EMIN.MI ac REVER.MI CARDINALIS.
TRI-



TRIDUANA

De Canone Librorum Sacrorum

CONCERTATIO

Acta in Seminario Montis-Falisci, & habita per dialogos,

INTERLOCUTORIBUS

Catholico, Hæretico,
Judæo, Samaritano,
Ethnico, Politico.

DIALOGUS I.

CATH. I. Ritur mihi magna de Canone librorum Sacrorum altercatio non modò cum Hæretico, cum Judæo, cum Samaritano, verum etiam cum Ethnico, cum Politico. Emissas è catenis furias tartareas mihi videor videre prorumpentes in unam, sanctam, catholicam, Apostolicam Ecclesiam Romanam, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed igne linguæ detrudentis adversus eam virus acerbitatis suæ. Quid non tentat ac periclitatur superbia & pertinacia Hæretici? Quid non defugit Judæi perfidia & obduratio? Quid non machinatur Samaritani malevolentia &

livor? Quid inhumanum non facit Ethnici crudelitas? Quid non pravat & inquinat ejus superstitio? Quid non aspernatur ac despicit impietas intemperánsque licentia Politici? Nihil tamen est extimescendum. Ecclesia Dei vivi est *columna & firmamentum veritatis* juxta dictum Apostoli in prima ad Timotheum cap. 3. v. 15. Stabilis & immutabilis est petra, supra quam ædificavit illam Christus Dominus; *& portæ inferi non prævalebunt adversus eam*. Matth. XVI. 18.

HÆR. 2. Non jactes te in victoria, quam nondum es consecutus. Assensum sustine, quem Ecclesiæ tuæ præbes: ut nostris ponderibus examinemus, quid debeatur cuique librorum quos in sacrum Canonem recipis.

CATH. 3. Victoria sine venditatione in manibus mihi est. A rebus incertis inhibenda est assensio. At incerti non sunt libri quos sacros & divinos habet Ecclesia. Nescit illa falli, nescit fallere. Ipsa est civitas sancta Jerusalem, quam Joannes cap. XXI. Apocalypsis vidit *descendentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei . . . Lucerna ejus est Agnus . . . . Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium.*

JUD. 4. Ut audio, ô Catholice, describis mihi quam expecto, civitatem veritatis, novam Jerusalem, de qua nempe Zacharias Propheta dixit cap. VIII. vers. 3. נקראה ירושלם עיר האמת *Vocabitur Jerusalem civitas veritatis*. Tunc enim juxta vaticinium Sophoniæ cap. 3. vers. 13. שארית ישראל לא יעשו עולה ולא ידברו כזב ולא ימצא בפיהם לשון תרמית: *Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, non loquentur mendacium, & non invenietur in ore eorum lingua dolosa.*

SAM. 5. Si novam Jerusalem expectes, ô Judæe: ego Samaritanus expecto novum montem Garizim. *Patres nostri in monte hoc adoraverunt: & vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.* (Joan. IV. 20.) Garizitanum templum non puto inferius Jerosolymitano. Garizitana Synagoga non novit Jerosolymitanæ cedere. Legit ista libros Mosis, legit & illa etiam cum notâ longè altioris antiquitatis; cùm literæ Samaritanæ sint Judaicis antiquiores.

ETH. 6. Animosè & fortiter, mi Samaritane. Tuum templum, tua Synagoga me confirmant propè diffidentem meis lucis, meis fanis, meis aris, meis focis, meis ritibus: me propè perditum recreant: me sublevant stratum & abjectum. Scio Gentes quas Assyriorum rex Asor-haddan collocavit olim in civitatibus Samariæ pro filiis Israel in Assyriam deportatis fuisse *timentes quidem Dominum, sed nihilominùs & idolis suis servientes*. ut dicitur in quarto Regum cap. XVII. v. 41. Scio templum Garizitanum, compellente Antiocho Epiphane rege Syriæ, cognominatum esse templum mei *Jovis Hospitalis*. 2. Machab. VI. 2. Scio Samaritanos patrocinio istius inscriptionis templum illud sartum tectum ab omni periculo conservasse. Scio eosdem morem Gentilium meorum gerentes dedisse ad laudatum regem literas inscriptas Βασιλεῖ Ἀντιόχῳ θεῷ Ἐπιφανεῖ *Regi Antiocho, Deo Epiphani*, teste Josepho lib. 12. Antiquit. c. 7. Macte igitur, mi Samaritane. Pete exempla ex majorum tuorum factis: cœremonias meas amplectere: ædifica novum templum, quod inscribatur meis Diis: perniciem & exitium tibi tuisque in potestatem meam cadentibus non dabo, quamdiu

posita

Digitized by Google

posita in sacris illis ædibus nomina deorum meorum stimulos ad colendum eos mihi admovebunt.

CATH. 7. Quid dicis, quid agis Ethnice? Quâ Samaritane & Judæe tenemini expectatione? Ecclesia Christi vocatur *Jerusalem*, *civitas veritatis*, *& mons Domini exercituum*, *mons sanctificatus* secundùm laudatam Prophetiam Zachariæ. Jesus Nazarenus, æterni fœderis à Deo cum hominibus pacti sequester, & Scripturarum Sanctarum finis, est verus Messias qui *seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ: ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata*. Sic scribebat Divus Paulus ad Ephesios cap. 5. v. 25. quando jam multi ex Judæis, ex Samaritanis, ex Gentilibus, Christo nomen dederant: quando jam reliquiæ Israel fideles non faciebant iniquitatem, nec loquebantur mendacium: quando Christiani Samaritæ desciverant à cæremoniis Gentilium, ut Christiano ritu viverent: quando ipsi Gentiles qui Christianam religionem profitebantur, reliquerant suos ritus, ut dignam Christiano homine vitam agerent.

POL. 8. Serviamus tempori, ô Catholice. Cupiditas & studium defendendi Canonis librorum quos veluti sacros legis in tua Ecclesia, nocebit tibi non parum, nocebit & sacris tuis codicibus. Si Judæi reduces è Babylone admisissent Samaritanos ad reædificationem sui templi, ad communionem suæ Ecclesiæ, si societatem aliquam cum illis inivissent, exagitatores Judæorum non fuissent Samaritani. Illi sine mora instaurassent suum templum: isti sine repugnantia libros multos accepissent, quos præter Pentateuchum habet Canon Judaicus. Ministri regis Antiochi (teste auctore libri primi Machabæorum cap. 1. v. 56.) *libros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos: & apud quemcumque inveniebantur libri testamenti Domini, & quicumque observabat legem Domini, secundùm edictum regis trucidabant eum*. Hujusmodi calamitas non accidit Samaritanis, qui rebus suis commodisque servientes legem Dei custodiebant cum Gentium legibus. Quid non fecit & sævities Ethnicorum adversus libros sanctos, furentibus in religionem Christianam Diocletiano, & Maximiano imperatoribus? Ipso statim exordio atrocissimæ persecutionis quam Nicomediensis Ecclesia passa est die Terminalium, *ut quasi terminus imponeretur huic religioni*, revulsis Ecclesiæ foribus *scripturæ repertæ incenduntur*: ait scriptor illius ætatis Lactantius Firmianus lib. de Mortibus Persecutorum, cap. 12. Ejusdem in sacras ædes, sacrósque libros persecutionis testem oculatum præbet se Eusebius lib. 8. Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 2. *Hæc omnia*, inquit, *nostris temporibus completa sunt, tunc cùm ædes sacras solo æquari ac funditùs subverti, sacros divinarum Scripturarum libros in medio foro concremari, oculis nostris vidimus*. Nonne satius & commodius erat Christianis connivere in ritibus Ethnicorum, quàm sacris libris orbari: quàm privari sacris ædibus: quàm ad omne periculum invidiámque opponi?

HÆR. 9. Meum consilium accommodo ad tuum, vir mei meorumque amantissime. Novi mea commoda quærere: novi obsequi tempestati: novi meas hæreses versare ad novos casus temporum, atque hûc & illuc torquere & flectere. Solvo me religione Catholici, & ex animo meo scru-

Digitized by Google

pulum omnem evello. Uti dissimulatione, prudentia mihi est. Sic cum Cerintho, cum Ebione, cum Nazaræis assero Judaicos ritus à Christiano homine esse observandos, ut Judæorum odium in Christianos & Christianorum libros à me dimoveam. Sic cum Manete Christum dico Solem visibilem; ne Gentes quæ Solem visibilem colunt, rejiciat à libris sacris Evangelii prædicatio. Sic cum Valentino Ægyptio Crucem voco Orum, dum Ægyptii Orum ponunt inter sua numina; ne Christus crucifixus quem annunciant libri sacri, sit huic Genti stultitia. Sic cum Basilide omnipotentem Deum portentoso nomine appello ΑΒΡΑΞΑΣ, & eundem secundùm Græcas literas, annuique cursûs numerum dico in Solis circulo contineri; quem Ethnici sub eodem aliarum literarum numero vocant ΜΕΙΘΡΑΣ: ut in Mithræ mysteriis discant mysteria Christianorum non aspernari. Sic Iberæ ineptiæ quæ eundem omnipotentem Deum *in Balsamo Barbeloque mirantur* apud Hieronymum in caput tertium Amosi Prophetæ, mihi patefaciunt aditum ad Gentes quæ Balsamum seu Balsamen, Barbelúmque venerantur. Pœni non possunt non præbere se mihi attentos auditores: Phœnices non possunt sacros meos codices à se rejicere; quandiu reddam eis Deorum, quos adorant, nomina. Nosti Solem adoratum ab illis gentibus Phœniciâ voce nominari *Beelsamen*, teste Sanchoniathone apud Eusebium lib. 1. Præp. Evang. Nosti Phœnicium *Beelsamen* esse Punicum *Baalsamen* notatum ab Augustino lib. 7. Locutionum, cap. 1. Nosti *Balsamen* poni pro *Baalsamen* in Plauti Pœnulo Act. 5. Scen. 2. Ut *Belenus* Apollo, Herodiano lib. 8. dictus *Belin* seu *Belen*, est idem qui *Belus*: ita *Balsamen* est idem qui *Balsamus*. Dum ergo miror *in Balsamo* omnipotentem Deum, nullus à cultoribus Balsami impendet mihi metus. Nec me Beli, Belique filii adoratores terrent contemplantem eundem Deum *in Barbelo*. Est *Barbelus* filius Beli, quia vox Hebræo-Chaldæa בר *Bar* significat filium. Benevolentia Barbarorum vocibus eis sacris colligenda est.

CATH. 10. Obmutescite impii, obmutescite librorum sacrorum contemptores. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* (ajebat olim divus Paulus in secunda ad Corinthios, cap. VI. v. 14.) *Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum Idolis?* Audite, ô Politici, quid adversum vos scripserat idem Apostolus etiam in prima ad Corinthios, cap. X. *Non potestis*, inquit, *calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ Dæmoniorum. An æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? . . . Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius . . . sine offensione estote Judæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* Nolite igitur, fraudatores, inservire vestris commodis, inservire loco, inservire tempestati; ut vestris simulationibus hostes divinorum librorum deponant simultates, quas nobiscum habent. Ecclesiæ Dei amplitudinem & gloriam furore suo amplificant illius oppugnatores. Sunt Catholici similes priscis Israelitis, quorum multiplicationem impedire non potuerunt Ægyptii suis vexationibus. *Quantò enim opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & cre-*

Digitized by Google

crescebant: Exod. I. 12. Samaritanorum in Judæos odium implacabile non impedivit quominùs edictum Cyri de reædificando templo Jerosolymitano habuerit exitum bonum jussu Darii Hystaspis filii. Ministri furoris Antiochi sævierunt quidem in libros sacros, non tamen eos aboleverunt. Absurdum namque est, quod imaginantur nonnulli, omnes Scripturæ sacræ libros in hac persecutione periisse. Quasi verò qui omnia exemplaria conquirebant sævissimi persecutores, inciderint in omnia; nec ullus in tota passim Judæa angulus fuerit, in quo tutò potuerint aliqua occultari. Nonne post Antiochicam sacrorum voluminum exustionem congregati sunt Judæi in Maspha non longè à Jerusalem, *& expanderunt libros legis*, teste auctore libri primi Machabæorum cap. 3. vers. 48.? Nonne Jonathas & populus universus Judæorum in epistola ad Spartiatas, quam idem auctor refert, cap. 12. præbent se librorum sanctorum sequestres & custodes? *Habentes*, inquiunt, *solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris*. Scripta est hæc epistola tempore Demetrii Soteris, qui successit Antiocho Eupatori, filio Antiochi Epiphanis, sanctis libris infensissimi. Non ergo perierant omnia librorum sanctorum exemplaria in ejus persecutione. Æquè inanis fuit & irrita persecutio imperatorum Diocletiani & Maximiani. Nullum quidem lapidem non movit, ut funditùs tolleret sacros codices, sola quam per antonomasiam *persecutionem codicum tradendorum* vocat S. Augustinus lib. 3. contra Cresconium Donatistam, cap. 26. Sed pretioso Martyrum sanguine fractus furor impetus suos non habuit. Claræ mortes pro libris sacris oppetitæ majorem illis gloriam conciliarunt, atrocissimam persecutionem subsequente tranquillissimâ Ecclesiæ pace, & plenissima libertate ædificandi vero Deo templa & legendi sacra volumina.

SAM. 11. In longum sermonem tuus, ô Catholice, zelus nos vocat. Studeamus brevitati: & sine cunctatione loquamur de sacro Canone. Amans ego brevitatis brevissimam teneo librorum sacrorum collectionem. Pentateuchum solum admitto sive quinque libros Mosis, nempe Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium. Hæc Mosaicæ legis volumina sunt *legitima Dei terræ*, quæ patres meos docuit missus à rege Assyriorum *unus de sacerdotibus his, qui captivi ducti fuerant de Samaria*: ut te docet liber quartus Regum, cap. XVII. v. 27. 28.

CATH. 12. Non est brevius differendum, quàm causa desiderat. Veritate non brevitate de re aliqua judicatur: nisi brevitas tum appellanda sit, quum tantum verborum est, quantum necesse est. At brevitas tua, ô Samaritane, non est hujusmodi. Abhorrens à veritate abhorres à toto ferè librorum sacrorum Canone. Non satis habes recipere libros legales veteris fœderis, nisi etiam recipias libros historiales, libros sapientiales & libros prophetales. Non satis habes admittere literam legis quæ occidit, nisi vivificet te spiritus gratiæ quem libri novi testamenti enunciant & manifestant.

JUD. 13. Omnis cura meâ solet versari in libris veteris fœderis non tam legalibus, quàm aliis multis quos recipio: ut facilè cernas, ô Catholice, me Samariticam sacri Canonis brevitatem repudiare. Tres in partes dividitur meus Canon: in תורה *Thora* seu legem, in נביאים *Neviim* seu Prophetas, in כתובים *Chethuvim* seu Hagiographa. Legis nomen com-

plectitur quinque libros Moſis quos Hebraicè voco בראשית *Bereſcit*, ואלה שמות *Veelleſcemoth*, ויקרא *Vaicra*, וידבר *Vaiedabber*, אלה הדברים *Elle Haddevarim*. In Prophetis ponitur primò liber יהושע *Jehoſcina* ſeu *Joſue*: Secundò liber שופטים *Sciophetim* ſeu Judicum, cui adjungitur liber *Ruth* ob temporis affinitatem: Tertiò primus & ſecundus שמואל *Scemuel* ſeu Samuelis, quos primum & ſecundum Regum nominas: Quartò primum & ſecundum מלכים *Melachim*, tibi tertium & quartum Regum: Quintò ישעיהו *Jeſajahu* ſeu Iſajam: Sextò ירמיהו *Irmeiahu* ſeu Jeremiam, unà cum ספר קינות *Sepher Kinoth* ſeu libro Lamentationum: Septimò יחזקאל *Jebezkel* ſive Ezechielem: Octavò librum duodecim Prophetarum, quos dico אחרונים *Aharonim* ſive Poſteriores, tu Minores appellas. Poſtremò novem in Hagiographis libros recipio, primò *Job*: Secundò ספר תהלים *Sepher tehillim* ſeu librum Pſalmorum: Tertiò משלי שלמה *Misle Scelomoh*, id eſt, *Parabolas* ſeu *Proverbia Salomonis*: Quartò קהלת *Coheleth*, ſive Eccleſiaſten: Quintò שיר השירים *Scir haſſcirim*, hoc eſt, Canticum Canticorum: Sexto Danielem: Septimò דברי הימים *Dibre hajamim*, ſeu Verba dierum, tibi primum & ſecundum Paralipomenon: Octavò עזרא *Ezra* ſeu *Eſdram*: Nonò נחמיה *Nehemja* ſeu Nehemiam quem Eſdræ ſecundum dicis. Ita numerantur in meo Canone viginti duo libri juxta numerum literarum quem in Alphabeto meo habeo. Scio te omnes iſtos libros recipere. Tecum tamen ingrediar longam diſputationem, neceſſe eſt, propter novum teſtamentum quod defendis.

HÆR. 14. Longam hanc diſputationem in alium diem differamus, ô Judæe. Nam plura habet Catholicus in ſuo Canone librorum veteris teſtamenti, quæ tu hodie non admittis. Plura ſtatui egomet vocare in controverſiam, quæ nos magnâ contentione diſtineant. Varietate rerum delectatus varium defendere Canonem non gravabor. Marcioniſta & Manichæus impugno totum vetus teſtamentum. Calviniſta & Lutheranus ad tuum Canonem confugio. Anabaptiſta nego Canticum Canticorum divino conſcriptum eſſe afflatu. Nicolaita & Gnoſticus aſſero Pſalterium Davidicum à Deo profectum non eſſe.

POL. 15. Medium quoddam, ô Hæretice, tenerine poſſet, ut controverſiam hanc ſedemus? Plurimùm de inconſtantia & mutabilitate tua timeo, niſi deſcenderis ad conditiones quas tibi ſuggeram. Serviens tempori antiquitatem vertit in uſum ſuum. Antiquitate nituntur libri quos interdum reſpuis. Vis dare aliquid antiquitati, concede antiquiſſimos eos eſſe quibus tribuuntur illi libri: dum negaveris antiquos genuinóſque eſſe tales libros. Non ita pridem iniverunt hanc viam auctor tractatûs Theologico-Politici, Auctor ſyſtematis Præadamitarum, & Thomas Hobbius Anglus in ſuo Leviathane. Tenent illi Politici altiſſimam Moſis antiquitatem: negant tamen antiquiſſimum genuinúmque eſſe Pentateuchum Moſaicum. Idem judicant & de libro Joſue, & de aliis libris quos criticæ ſuæ ponderibus examinant.

CATH. 16. Proh, Deus immortalis! Itane critica inhærebit veritati? Itane ſana erit politica? Meliora, quæſo, Pſeudopolitice, meliora. Effrenatâ philoſophandi libertate quam tibi ſumis, non concidit auctoritas Scripturæ ſacræ, non levatur ejus divinitas: varietas Canonis Hæreticorum

non

Digitized by Google

non obtegitur: veritas Canonis Catholicorum non abstruditur: vitium Canonis Judæorum non occultatur. In perniciem tuam incumbis, qui ad Canonis perniciem niteris. Impietas tua eò revolvetur, quò minimè volebas.

17. Libri veteris testamenti quos Sacris Scriptoribus inspiratos à Deo credunt Catholici, sunt Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Josue, Judicum, Ruth: Quatuor Regum: Duo Paralipomenon: Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias: Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isajas, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim Prophetæ minores, id est, Osea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorum, primus & secundus. Liber ab omni erratione est iste catalogus: librum omnino nullum continet, qui non sit tutus, inexpugnabilis, septus atque munitus genuinâ vetustate, testatissimâ divinitate.

ETH. 18. Estne aliquis liber inter tantos, qui meis Diis, qui meis cœremoniis faveat? Artificio simulationis eruditus Samaritanus dubium in hac causa animum meum facit.

CATH. 19. Indicabo tibi, Ethnice, quod Mosaici Pentateuchi propugnator Samaritanus te celatum volebat. Esto tamen tranquillo animo. Nam, te judice, librorum sacrorum mei Canonis patefaciam antiquitatem, exhibebo divinitatem. Præcipit lex Mosaica capite XII. Deuteronomii *subvertere omnia loca, in quibus coluerunt Gentes Deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum: dissipare aras eorum, & confringere statuas, lucos igne comburere, & idola comminuere: disperdere nomina eorum de locis illis*. Mandat quoque in imitatione Gentium non existere, non requirere *ceremonias earum*.

ETH. 20. Quid? Tantum bellum Diis meis indicunt vestri libri, ut prohibeant *ceremonias* quibus coluntur: ut jubeant disperdere *nomina eorum de locis illis*? Eò igitur collineant, ut tollant funditùs, deleántque illorum memoriam. Sublatis nominibus Deorum meorum, tollantur & mei Dii, necesse est. *His vocabulis Deos esse facimus, quibus à nobis nominantur*: aiebat Cicero lib. 1. de Natura Deorum. Eadem apud nostros est nominis veneratio, quæ numinis. *Apud enim homines officiosis religionibus deditos* (ut vestrum Arnobium eloquar lib. 5. adversus Gentes) *non ipsi Dii tantùm, verumetiam nomina debent esse Deorum reverenda: quantumque est in ipsis, qui censentur his nominibus, tantum esse par est in eorum appellationibus dignitatis.*

CATH. 21. Ita est, Ethnice: ut Deorum tuorum memoriam obliteremus, jubent nos libri sacri *disperdere nomina eorum de locis illis*. Sed mente, velim, non incitêre. Tibi in tenebris erroris versanti clarissimum lumen præferre volo. Te judice, quod dixi, librorum sacrorum mei Canonis antiquitatem patefacere, divinitatem exhibere non despero.

POL. 22. Magnas ingrederis difficultates, ô Catholice, quos Samaritica dissimulatio tam citò expediebat, dum ad defensionem templi sui unum posuerat titulum Jovis Hospitalis. Quid est quòd te hoc conturbet? *Nonne hoc faciunt nonnulli in domo sua?* ait tuus Augustinus in Psal. 22. *Ne domum ipsius invadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos*

titulos mendaces: ipse vult esse possessor, & frontem domus suæ de titulo alieno muniri: ut cùm titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis, abstineat ab invasione.

CATH. 23. Qui citas mihi Augustinum, rejice cum illo velut *titulos mendaces* titulos quibus delectaris. Vide templum Garizitanum hujusmodi dissimulatione factum esse potius templum Jovis Hospitalis, ibi invenientis titulos suos, quàm templum veri Dei, ibi habentis suos cultores. *Quando potens aliquis invenerit titulos suos,* (ait idem Sanctus Doctor) *nonne jure rem sibi vendicat, & dicit: Non poneret titulos meos, nisi res mea esset? Titulos meos posuit, mea res est. Ubi nomen meum invenio, meum est.* Procul ergo sit à nobis politiees tuæ insania. Sine-sis loqui nos & de antiquitate librorum sacrorum mei Canonis & de illorum divinitate. Antiquitatem ex proximè consequentium ætatum, aliarúmque iis succedentium testificatione; divinitatem ex Prophetiarum quas continent, veritate commonstrabimus. Potissimùm affero hoc divinitatis argumentum, quòd eo nitantur & Judæi & Samaritani & Ethnici. Convenit enim inter omnes propheticam facultatem à Deo esse, ac proinde librum propheticum esse librum divinum.

SAM. 24. Ego quidem id non possum inficiari, sciens ex capite decimo-octavo Deuteronomii vers. 22. Prophetam à Deo missum, Deoque afflatum discerni à pseudoprophetâ, si eventus non comprobaverit quæ ab illo prædicta sunt. Quia *quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non evenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit.*

JUD. 25. Multò minus & ego id inficiabor. Nam præter Moysen æquè receptum à Judæo & Samaritano, audio Isajam dicentem cap. XLI. vers. 23. הגידו האתיות לאחור ונדעה כי אלהים אתם Id est, *Annunciate ventura in posterum, & sciemus, quòd Dii vos:* sive, ut vertit vulgatus interpres: *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis vos.* Idem cap. XLIV. v. 7. Deum inducit ita loquentem: *Quis similis mei? vocet & annuntiet; & ordinem exponat mihi ex quo constitui populum antiquum:* ואתיות ואשר תבאנה יגידו למו Id est, *& ventura & quæ futura sunt annuntient eis.* Dei enim, non hominis est futura prænunciare. Unde Ecclesiastes cap. VIII. v. 7. me docet multam esse hominis afflictionem, *quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio.* Sive, ut lego in textu Hebraico: כי איננו ידע מה שיהיה כי כאשר יהיה מי יגיד לו : Id est, *Quia ipse nescit, quod futurum est. Nam quando erit, quis indicabit ei?*

ETH. 26. Est etiam mihi res explorata non hominem sed Deum futura prænoscere.

Quid crastina volveret ætas
Scire nefas homini:

ait meus Statius in tertio Thebaidos.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus:

canit Horatius lib. 3. Carminum, Od. 29.

Et

Et genus humanum damnat caligo futuri :

juxta Juvenalem, Sat. 6.

Nam si qui, quæ ventura sunt, provideant,
Æquiparent Jovi.

ut dicit Pacuvius apud Gellium lib. 14. Noctium Atticarum, cap. 1. ubi etiam Favorinus Philosophus notat *tolli quod maximè inter Deos, atque homines differt, si homines quoque res omnes postfuturas prænoscerent*. Multus essem in describendo alia Gentilium meorum loca quæ idem me docent.

CATH. 27. Equidem multus esses. Nam multò plura novi ex tuis scriptoribus, quæ hoc idem inculcant. Novi quoque sanctos patres qui divinitatem Scripturarum vobis ostendendam susceperunt, nisos esse plurimùm isto argumento. Sic Athenagoras in Legatione pro Christianis scribit, quòd *eorum quæ novimus & credimus*, ἔχομεν προφήτας μάρτυρας: *habemus Prophetas testes*: quòdque αἱ φωναὶ τῶν προφητῶν πιστοῦσιν ἡμῶν τὰς λογισμούς. *voces Prophetarum confirmant nostras ratiocinationes*. Sic *idoneum testimonium divinitatis veritas divinationis* dicitur à Tertulliano in Apologetico adversus Gentes, cap. 20. Sic Origenes lib. 2. contra Celsum ἰσχυροτάτην ἀπόδειξιν *validissimam demonstrationem* vocat argumentationem ductam ex Prophetarum prædictionibus. Sic S. Hieronymus in cap. 2. Danielis notat, quod *confitentur Magi, confitentur Arioli, & omnis scientia sæcularis literaturæ, præscientiam futurorum non esse hominum sed Dei; ex quo probatur Prophetas Dei spiritu locutos, quia futura cecinerunt*. Sic apud S. Augustinum tractat. 35. in Joannem: *Quid est Christus? dicit Paganus: cui respondemus; Quem prænuntiaverunt Prophetæ*. Nempè prædictiones Prophetarum maximè valent *ad prima fidei lineamenta formanda*, ut ait S. Cyprianus lib. adversus Judæos in præfatione ad Quirinum. Age igitur, premamus tam illustre argumentum: atque ut tollamus omnem de Prophetica veritate dubitationem, ostendamus in primis antiquitatem librorum quibus hæc divinitatis nota congruat; ut tandem fateamur eos jure merito in sacro Canone collocari.

HÆR. 28. Tenet me Manes, quominùs quæram de antiquitate Hebrææ Prophetiæ nihil prorsus conferentis Gentili, vel ei qui ex Gentibus fit Christianus.

POL. 29. Cum Gentilibus agendum est Gentilium testimoniis, non Hebræorum, quæ nullius apud Gentiles sunt ponderis. Hâc utebatur politices regulâ ipse Manes, utebatur & ejus defensor Faustus Manichæus: quia *si sunt aliqua, ut fama est, Sibyllæ de Christo præsagia, aut Hermetis, quem dicunt Trimegistum, aut Orphei, aliorumque in gentilitate vatum, hæc nos aliquando ad fidem juvare poterunt, qui ex gentibus efficimur Christiani. Hebræorum verò testimonia nobis etiamsi sint vera, ante fidem inutilia sunt, post fidem supervacua: quia antè eis credere non poteramus, nunc verò ex superfluo credimus*.

CATH. 30. Tuum, ô Politice, vomitum nondum inhibuisti? An ignoras quæ adversus tantam Fausti tui insaniam scripsit sapientissimus Augustinus libro contra eum decimo-tertio? Lege caput secundum hujus libri, & intelliges quòd *dicere non esse aptam gentibus Hebræam Prophetiam, ut credant in Christum, quum videamus omnes gentes per Hebræam Prophetiam*

cre-

Digitized by Google

credere in Christum, ridicula insania est. Lege caput decimum-quintum ejusdem libri, & scies, quòd cùm *Sibylla, vel Sibyllæ, & Orpheus, & nescio quis Hermes, & si qui alii vates vel theologi, vel sapientes, vel Philosophi Gentium de Filio Dei, aut de Patre Deo vera prædixisse, seu dixisse perhibentur: valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam; cùm illum Deum nos colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos congentiles populos, idola & dæmonia colenda, partim docere ausi sunt, partim prohibere ausi non sunt. At illi Sancti auctores nostri eum populum, eam rempublicam, tale regnum, imperante & adjuvante Deo, propagaverunt atque rexerunt, ubi sacrilegium esset, quod istis religio fuit.* Quid cùm illorum antiquitas comprobetur Gentilium testimonio? Nonne planum id fecerunt vetustissimi Christianæ religionis apologistæ, in primis S. Justinus Martyr in Parænesi, & in altera apologiarum: Tatianus in Oratione contra Græcos: Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum: Tertullianus in Apologetico, cap. 19. Julius Africanus apud Eusebium lib. 10. Præp. Evang. cap. 10. Ipse Eusebius, aliique non pauci? Nonne Judæus Josephus antiquitatum Judaicarum vernaculus vindex id quoque demonstraverat? At Ethnicum nostrum audiamus. Habet enim auctores, qui fidem faciunt antiquitati Hebræorum Prophetarum, maximè divini Moysis.

ETH. 31. Non putabam meos Scriptores locutos esse de Mose, Mosaicisque legibus: donec eos studiosè legi & pervolutavi. De Judæis agens Cornelius Tacitus lib. 5. Historiarum, scribit: *Moses, quo sibi in posterum Gentem firmaret, novos ritus contrariosque cæteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos sacra. Rursum concessa apud illos, quæ nobis incesta. . . . . Hi ritus quoquo-modo inducti antiquitate defenduntur.* Ptolemæo Hephæstionis filio cujus Historiarum libros recenset Photius Cod. CXC. suæ Bibliothecæ, *Moses* dicitur ὁ τῶν Ἑβραίων νομοθέτης *Hebræorum legislator*. Inter antiquissimos Legum-latores Mosem ponit Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. pag. 59. & ait quòd *apud Judæos Moses Deum, qui* IAO *dicitur, legum auctorem suarum finxisse, perhibetur.* Idem lib. 40. recensito à Photio Cod. CCXLIV. fusius loquitur & de Mose & de Mosis legibus, aitque scriptum esse in fine illarum legum, ὅτι Μωσῆς ἀκούσας τοῦ Θεοῦ, τάδε λέγει τοῖς Ἰουδαίοις. *quòd Moses auditor Dei, hæc dicit Judæis.* Strabo lib. 16. Geographiæ meminit pariter legum à Mose traditarum Genti Judaicæ. Ec, ne alios mittam benè multos, Juvenalis lib. 5. Satyrarum me docet volumen legum Judaicarum esse à Mose. Canit enim:

Judaicum ediscunt & servant & metuunt Jus,
Tradidit arcano quodcumque Volumine Moses.

Fateor ergo ex meis scriptoribus Mosem fuisse legislatorem Judæorum, & auctorem voluminis juris Judaici. Fateor Mosem esse ponendum in numero vetustissimorum legum-latorum. Fateor ritus Mosaicos esse ritus qui *antiquitate defenduntur.*

POL. 32. Multa fatêris, Ethnice, quæ de ritibus tuis te deturbabunt: nisi fortè mecum arbitrêris volumen juris Judaici, quod hodie vocant Pentateuchum, non esse à Mose.

ETH.

ETH. 33. De ritibus meis non ita facilè deturbor. Habent illi suam antiquitatem quâ defenduntur. De cætero non possum obtegere, quæ in oculis omnium posuerunt mei scriptores: nec ullum video locum dicendi Mosem non esse auctorem voluminis, quod Pentateuchus dicitur. Quæ in Mosaico legum Judaicarum volumine legerunt olim congentiles mei, legimus hodie in Pentateucho. Longinus, Zenobiæ Palmyrenorum reginæ à consiliis & studiis, eximio Mosem elogio prosequitur in libello *De sublimi genere dicendi*, quòd legum initio scripserit dixisse Deum: *Fiat lux, & facta est*. Atqui idem scribitur initio hodierni Pentateuchi, nempe capite primo libri Genesis. Quomodo ergo possem afferere hodiernum Pentateuchum non esse Mosis? Numenius Pythagoricus agnoscens Platonem dogmata sua à Mose sumpsisse, ait apud Eusebium lib. XI. Præpar. Evang. cap. X. τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς Ἀττικίζων; *Quid enim est Plato, nisi Moses Atticissans?* Porrò Platonicorum dogmatum, Platonicarúmque legum cum Mosaicis comparatio docet nos pariter hodiernum Mosis Pentateuchum esse illum antiquissimum cujus luminibus Plato usus est. Hujusmodi comparationem jam olim instituit Eusebius libro undecimo & duodecimo Præparationis Evangelicæ. Unde non miror Aristobulum Hebræum dixisse apud eundem libro decimo tertio ejusdem operis, cap. 12. quòd *satis constat legum nostrarum instituta secutum esse Platonem, & singula earum capita diligenter ac studiosè perlegisse*.

CATH. 34. Incredibiliter me delectat ista eruditio. Cave tamen putes ritus tuos antiquitate defendi posse. Libri Mosis quorum antiquitatem ex tuis scriptoribus egregiè propugnasti, nos docent ritus omnium antiquissimos adhibitos esse ad colendum unum Deum quem Mosaica lex prosequitur summâ observantiâ. Tales à primâ mundi ætate fuerunt ritus sacrificiorum quæ Cainus & Abelus obtulerunt. Tales à primo reparati post diluvium orbis tempore fuerunt & ritus, quibus *ædificavit Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare*. Gen. VIII. 20. Nondum filii Noe procreaverant liberos, à quorum familiis *divisæ sunt Gentes in terra post diluvium*. Ibid. cap. X. 32. Ritus ergo Gentium quarumcumque aversi à cultu unius, summi & veri Dei quem libri Mosis commendant, cadunt antiquitate, quâ defendi eos putabas.

POL. 35. Quò prolaberis, Ethnice? Quò te præcipitem agit Catholici argumentatio? Tribuisti testimonium antiquitati librorum Mosis, & antiquitatem rituum tuorum labefactasti. Vide per quantam imprudentiam te armis spolias, & in victoris arbitrium potestatemque venis. Unum, si meis consiliis pareas, restat tibi ad defendendos tuos ritus; ut cùm non poteris niti illorum religione, acerrimè propugnes pro illis tamquam pro cœremoniis merè civilibus. Sic majores tui egerunt, ut vim subterfugerent argumentorum quæ in eos premebant Christiani. Lege Minucii Felicis Octavium, & audies Cæcilium Ethnicum interponentem se Christianis rituum Gentilium impugnatoribus, velut *indoctis, impolitis, rudibus, agrestibus; quibus non est datum intelligere civilia*. Habes & acutissimum tuum Varronem qui doceat te tria genera theologiæ, *unum Mythicon, alterum Physicon, tertium civile*. Nihil est magis idoneum

ad

Digitized by Google

ad servandos tuos ritus: quia *prima theologia*, ut ille aiebat, *maximè accommodata est ad theatrum: secunda ad mundum: tertia ad urbem*. Varronianam hanc theologiæ gentilis divisionem refert Augustinus lib. 6. de Civit. Dei, cap. 5.

CATH. 36. Adde; Et confutat, & convincit apertissimo mendacio, apertissimâ impietate, apertissimo scelere. *O Marce Varro* (ait ad eum sapientissimus Ecclesiæ doctor capite mox sequenti) *cùm sis homo omnium acutissimus, & sine ulla dubitatione doctissimus, sed tamen homo, non Deus, nec spiritu Dei ad videnda & annuncianda divina in veritatem libertatemque subvectus, cernis quidem quàm sint res divinæ ab humanis nugis atque mendaciis dirimendæ: sed vitiosissimas populorum opiniones & consuetudines in superstitionibus publicis vereris offendere, quas à Deorum natura abhorrere, vel talium quales in hujus mundi elementis humani animi suspicatur infirmitas, & sentis ipse, cùm eas usquequaque consideras, & omnis vestra literatura circumsonat. Quid hic agit humanum, quamvis excellentissimum, ingenium? Quid tibi humana licet multiplex ingensque doctrina in his angustiis suffragatur? Naturales Deos colere cupis: civiles cogeris. Invenisti alios fabulosos, in quos liberiùs quod sentis evomas, unde & istos civiles velis nolisve perfundas*. At revertamur ad nostram de antiquitate librorum Mosis disputationem.

SAM. 37. Nihil est mihi optatius agi de antiquitate librorum quos tueor: imo quòd tuear, id mihi & vobis maximo argumento esse debet ad eam commonstrandam. Jam scitis priscos illos Samaritas qui deportatis in Assyriam Israelitis successerunt, habuisse libros legis ab uno *de Sacerdotibus his, qui captivi ducti fuerant*. Scitis quoque hunc Israelitarum sacerdotem fuisse de schismate Jeroboami, quo decem tribus Israel defecerunt à Roboamo ipso statim anno, quo Salomonem is excepit. Neque vos latet continuata in Samaritis Jeroboamitarum à Judæis dissociatio. Quòd ergo Samaritæ conveniant cum Judæis in tribuendo Mosi Pentateucho, quem, dissociatione non obstante, conservant & tuentur, id non habent à suo schismate, sed à tempore quod antiquissimum illud schisma antecessit. Quocirca hodiernus Samaritarum Pentateuchus est altissimæ antiquitatis. Quin & summa hæc antiquitas elucet hodie in characteribus quibus ille Pentateuchus descriptus est. Instituti Jeroboamitæ literis Mosaicis, quibus Hebræi omnes suos ante Esdram libros exarabant, dederant eas Samaritanis; *cùm ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint*: ut nostis ex Hieronymi præfatione in libros Regum. Nostis pariter ex doctissimâ Josephi Scaligeri dissertatione de literis Jonum Græcos characteres ad exemplum Samaritanorum esse formatos. Cúmque constet de antiquissimâ literarum Jonicarum origine à Phœnicibus seu Chananæis, in quorum regione habitabant Hebræi, adeóque & Samaritæ: constat etiam de altissimâ literarum Samariticarum antiquitate. Summæ igitur antiquitatis tenacissimi nostri Samaritani indicio sunt antiquissimum esse Pentateuchum quem à Mose scriptum agnoscunt.

JUD. 38. Quidquid sit de literis Samaritanis, quas nonnulli Rabbinorum meorum putant fuisse profanas, & in rebus profanis à majoribus nostris usurpatas non possum non invehi in eos qui asserunt Legis nostræ libros non esse scriptos à Mose. Nam capite trigesimo-quarto libri Exodi, vers.

27.

Digitized by Google


27. legimus dixisse Dominum ad Moysen : כתב לך את הדברים האלה Id est, *Scribe tibi verba hæc; quibus* videlicet *& tecum & cum Israel pepigi fædus*. Adhæc capite vigesimo-quarto ejusdem libri, vers. 4. dicitur: ויכתב משה את כל דברי יהוה: Id est, *Et scripsit Moyses omnia verba Domini*. Et capite trigesimo primo Deuteronomii, vers. 9. habetur: ויכתב משה את התורה הזאת: Id est, *Et scripsit Moyses legem hanc*. Atqui per תורה *Thora* seu *legem* vulgò intelligitur Pentateuchus: quia *Thora* dividitur à nostris in quinque illos libros qui communiter dicuntur *Genesis*, *Exodus*, *Leviticus*, *Numeri*, *Deuteronomium*. Ergo Moses scripsit Pentateuchum. Sanctius ejus rei testimonium desiderari non potest eo quod ipse Moses reliquit posteris. Est enim Arca fœderis Domini in Sanctis Sanctorum locata, cum capsa lateri ejus adhærente, in qua repositum est autographum sacri hujus voluminis; ut patet ex loco Deuteronomii proximè laudato, vers. 24. 25. 26. his verbis: *Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit: præcepit Levitis qui portabant Arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere Arcæ fœderis Domini Dei vestri: ut sit ibi contra te in testimonium*. Erat Arca sacratissimum symbolum Divinæ præsentiæ. Operiebat eam *propitiatorium de auro mundissimo*, quod & *oraculum* dicebatur: quia inde responsa dabat Deus & Moysi & Aaroni & qui isti successerunt, summis sacerdotibus. Hanc quoque per antonomasiam vocabant ארון העדת id est, *Arcam testimonii*. Si pii Sacerdotes temporum Manassis, furori ejus subducturi archetypum Mosis exemplar id ex divinissimo illo loco subtraxerint, ut legitur in Gemara Sanhedrin, capite septimo: illud ita occultaverunt vel intra tigna Templi, quod Abrabaniel putavit, vel in abditissimo aliquo ejus angulo; ut immanem hanc procellam devitaverint. Nam, Josiâ regnante, cùm templum instauraretur, *reperit Helcias sacerdos* את ספר תורת יהוה ביד משה id est, *Librum legis Domini per manum Moysi*, seu scriptum à Mose. 2. Paral. XXXIV. 14. Jam pridem schisma fecerant decem tribus Israel: jam etiam deportatæ erant in Assyriam: jam unus ex sacerdotibus earum dederat Pentateuchum Samaritanis. Quo ergo tempore sacrum illud volumen in Samaritanorum manus venerat, Mosaicum ejus autographum habebant Judæi in suo templo; adeóque Pentateuchus Hebræo-Judaicus erat Mosaicæ originis, erat genuinæ antiquitatis. Fingi autem non potest Pentateuchum illum Hebræo-Judaicum diversum fuisse ab hodierno, & alium fuisse illius auctorem, alium illius: cùm idem certissimè sit auctor Pentateuchi hodierni Hebræo-Judaici & Hebræo-Samaritani, quamquàm Judæi nullum cum Samaritanis commercium habuerint. Sunt quidem qui putent librum Legis, ipsa Mosis manu exaratum, quem in templo repperiit Helcias, pertinere ad unicum Deuteronomium. Habeo tamen insignem Judaicarum Antiquitatum vindicem Flavium Josephum qui repertum ab Helcia volumen Legis manifesto refert ad totum Pentateuchum lib. 10. cap. 5. Solent quoque mei Rabbini & omnes universim Synagogæ intelligere per ספר תורה *Sepher thora*, hoc est, *Librum Legis*, omnes libros Mosis. Nec immeritò: nam plura recensentur in aliis sacræ Scripturæ libris ex lege Mosaica, quæ nusquàm leguntur in Deuteronomio.

CATH-

CATH. 39. Est ita, ut dicis. Sed longum esset commemorare. Multum etiam do tuis Synagogis quæ omnes Mosem legunt & hodie & antiquitùs. *Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne sabbatum legitur*: aiebat olim Sanctus Petrus in Actibus Apostolorum, cap. XV. v. 21. Porrò Mosem in Synagogis Judæorum legi nihil aliud est quàm legi in illis Pentateuchum; ut notissimum est. Moses ergo à temporibus antiquis habetur auctor Pentateuchi. Constans Ecclesiæ traditio ab Apostolis ad nos derivata id quoque firmat. Quotquot enim ab Apostolorum temporibus libros sacros recensuerunt, posuerunt in primo loco *Quinque libros Moysis*. Ita summi Pontifices, ita Concilia, ita Sancti Patres, qui idcircò summo consensu testimonia petunt ex Pentateucho velut ex Mosaico opere, sive cum Catholicis agant, sive cum Hæreticis, sive cum Judæis, sive aperiant ipsis Ethnicis operis hujus antiquitatem & divinitatem. Divinitatis argumentum à Prophetiis quas continent illi libri, premendum est in sequenti dialogo, in quo pariter agetur & de antiquitate & de divinitate aliorum librorum veteris fœderis.



DIA-



DIALOGUS II.

CATH. 1. Enuinâ Mosaicorum librorum vetustate jamjam demonstratâ, duco principium hodiernæ disputationis ab hoc divinitatis eorum argumento quod ex Prophetiarum veracitate depromitur. Duplex est prędictionum genus, aliud per signa, aliud per verba. Illud imaginibus seu formis ac figuris adumbratur, istud verbis exprimitur, quæ verba vel nudam & apertam habent significationem, vel latentem & allegoricam. Utrumque prædictionum genus includit Mosaicus Pentateuchus. Si loquamur de prædictionibus per signa, per umbras, per figuras: *Nolo vos ignorare fratres*, (ut Apostolum eloquar in prima ad Corinthios, cap. X. *quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt: & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari: & omnes eandem escam spiritalem manducaverunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt: (bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt . . . Hæc*, inquam, *omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* Ejusmodi figurarum & mysteriorum pleni sunt libri Mosaici. Vis præcepti non abit ab legis prophetia, aut *in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbatorum: quæ sunt umbra futurorum.* ut ait idem Apostolus scribens ad Colossenses, cap. 2.

POL. 2. Valdè mihi arrident allegoricæ interpretationes: splendor figurarum mihi pergratus, perque jucundus est; si sit agendum cum Gentili: si ejus cæremoniæ à superstitionibus, si ejus de Diis narrationes à fabulis sint secernendæ. *Nam istæ omnes historiæ, quæ tibi turpes videntur, atque ad labem pertinere divinam, mysteria in se continent sancta, rationes miras, atque altas, nec quas facilè quivis possit ingenii vivacitate pernoscere. Neque enim quod scriptum est, atque in prima est positum verborum*

 fron-

fronte, id significatur, & dicitur, sed allegoricis sensibus, & subditivis intelliguntur omnia illa secretis .... Aliud quidem dicitur, sed intelligitur aliud, & sub vulgaris simplicitate sermonis latet ratio secreta, & altitudo involuta mysterii. Sic loquebatur argutissimus Ethnicismi defensor apud Arnobium lib. 5. Adversus Gentes.

SAM. 3. Causámne recipis templi Garizitani, quod in tutela Jovis Hospitalis latere passus sum; ut ibi religionem meam profiterer, ac tutò legerem libros Mosaicos?

POL. 4. Ego tuis rebus animo lubenti prolixóque adero; ne contra Ethnicos angat te cura de divinitate librorum, quos furor Ethnicorum insequitur. Sunt allegorici sensus ad omnia componenda aptissimi. Perniciem quam templo tuo afferret Idololatria, negotio nullo potes ab eo depellere vulgaris simplicitate sermonis, prima verborum fronte. Labem quam templo tuo aspergeret prima frons verborum, potes quàm citiùs eluere rationibus miris atque altis quæ mysteria in se continent sancta. Ethnicorum literati apud Augustinum lib. 4. de Civit. Dei, cap. 10. Jovem habent ipsum cœlum: *Quia Jovem, inquiunt, in æthere accipimus ... Cœlum est ille ... Nam hoc quoque in libris suis habent eorum docti atque sapientes. Neque de figmentis Poeticis, sed de Philosophorum libris à Virgilio dictum est:*

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther,
Conjugis in gremium lætæ descendit:

id est, in gremium telluris aut terræ. Cùm gens Samaritana cultum à Judaica summum Deum agnoscat & veneretur, non miror Ethnicos putasse Cœlum esse Samaritanorum Deum. Refert Auctor libri primi Machabæorum cap. 3. vers. 48. Judæos qui erant in Maspha, expandisse *libros Legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulacrorum suorum.* Quæramus ab Ethnico quid de his libris scrutati sunt ejus congentiles, & audiemus id esse cœlum. Tuum interim, ô Samaritane, sit aliud dicere, aliud intelligere: dicere cum Ethnicorum literatis cœlum in Jove: intelligere cum Samaritanis Deum in cœlo manentem, pro continente contentum sumere.

ETH. 5. Scrutantes olim congentiles mei similitudinem simulacrorum suorum de libris Legis Mosaicæ, aversissimos à simulacris eos quidem invenerunt. Aversio tamen illa non impedivit, quin putarent Deum Mosis esse ipsum Cœlum. Gentilis scriptor est Diodorus Siculus, juxta cujus eclogam ex libro quadragesimo Bibliothecæ Moses *nullam omninò Deorum imaginem statuamve fabricavit: quod in Deum minimè cadere formam humanam: sed Cœlum hoc, quod terram circumquaque ambit, solum Deum esse, cunctaque in potestate habere, judicaret.* Gentilis scriptor est Strabo, juxta quem lib. 16. Geographiæ pag. 761. idem Moses tradidit *id solùm esse Deum, quod nos & terram ac mare continet, quod cœlum & mundum & rerum omnium naturam appellamus, cujus profectò imaginem nemo sanæ mentis alicujus earum rerum quæ penes nos sunt, similem audeat effingere. Proinde omni simulacrorum effictione repudiata, dignum ei templum ac delubrum constituendum, ac sine aliqua figura colendum.* Gentilis scriptor est Juvenalis, juxta quem Judæi, Satyrâ XIV.

Nil

Digitized by Google

Nil præter nubes, & cæli Numen adorant.

CATH. 6. In furore animi & excitate libros Mosis evoluit Ethnicus: in ignavia & timiditate succumbit Ethnico, ceditque Samaritanus: in fallacia & fraude afflat allegoriarum argutias Samaritano Politicus. *Argutiæ sunt, ut apparet, atque acumina hæc omnia, quibus fulcire solemne est malas in judiciis causas:* (ait Arnobius lib. 5. adversus Gentes.) *Quinimò, ut veriùs cum eodem dicam, Sophisticarum disputationum colores, quibus non verum, sed imago & species veri semper atque umbra conquiritur. Nam quoniam rectas accipere lectiones pudet, dedecet, decursum est in has partes, ut alia subjiceretur res alii, & in speciem decoris, turpitudinis interpretatio cogeretur.* Non ita est de allegoricis sensibus Sacræ Scripturæ: *Præsertim* (ut ait S. Augustinus lib. 12. contra Faustum, cap. 40.) *quia ea quæ prænunciata intelligimus, etiam demonstramus impleta: cùm Pagani fabulas suas ut aliquo modo commendent, ad nescio quas Physiologias vel theologias, id est rationes naturales, vel divinas, interpretando referre conentur: ex parte planè satis indicantes, qualia sint; ex parte autem dissimulantes, dum ea rident in theatris, quæ venerantur in templis: in turpitudine nimium liberi, in superstitione nimium servi. Nobis autem quisquis dixerit, non ideò illa vel gesta vel scripta, ut Christus in eis intelligatur: excepta ipsa tanta consonantia rerum præfiguratarum & nunc impletarum, aliis præsagiis propheticis apertis manifestisque ferietur.*

JUD. 7. Quod libri Mosis complectantue aperta, manifestáque præsagia peophetica, id toto capite annuo; cùm sciam quòd לא קם נביא עוד בישראל כמשה id est, *Non surrexit Propheta ultra in Israel sicut Moyses.* Deut. XXXIV. 10. Oracula librorum Mosis alia ipse fudit, alia jam fusa prodidit sacris literis & posteritati propagavit. Lapsum narrans protoparentum exhibet Deum prænunciantem venturum mulieri filium pee quem ipsa caput Serpentis conterat. Gen. III. 15. Est vaticinium de Messia, insidiantem hominibus Dæmonem devicturo: ut inter vetustiores Judæos agnoscit Jonathan ben Uziel. Commemorans idem Moses ortum Noachi, Lamechum ejus patrem peophetasse consolationem per illum adhibendam refert. Ibid. cap. V. vers. 19. Ipsum etiam Noachum variâ de filiis prædixisse docet capite nono ejusdem libri. Maxime insignis est ejus de Japhetho prophetia, his concepta veebis: יפת אלהים ליפת וישכן באהלי שם Id est, *Dilatet* seu dilatabit *Deus Japheth, & habitet* seu habitabit *in tabernaculis Sem.* Nam juxta paraphasim Chaldaicam Jonathanis jam laudati, *Condecorabit Dominus terminos Japheti, & Proselyti fient filii ejus, & habitabunt in Schola Semi.* Si loquar de Abrahamo, de Isaaco, de Jacobo, quæ & quantæ prophetiæ erunt mihi recensendæ ex libris Mosaicis! Capite duodecimo libri Genesis, vers. 3. dixit Dominus ad Abram: ונברכו בך כל משפחת הארמה Id est, *Et benedicentur in te omnes familiæ terræ,* sive *universæ cognationes terræ,* ut vertit Latinus inteepres vulgatus. In hac peophetia dicitur *In te,* pro *In semine tuo*: quia Dominus dixit iterum ad Abeahamum cap. XXII. vers. 18. והתברכו בזרעך כל גוי הארץ id est, *Et benedicentur in semine tuo omnes Gentes terræ.* Eandem peomissionem fecit Deus Isaaco, Gen. cap. XXVI. v. 4.

B 2 fecit

Digitized by Google

fecit & Jacobo, Ibid. cap. XXVIII. v. 14. Ipse Jacob moriturus benedixit filiis, & quæ singulis erant futura, prædixit. Prædictiones has refert divinus Moses in Genesi cap. XLIX. Præcipua est quæ pertinet ad Messiam his versûs decimi verbis: לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבן רגליו עד כי יבא שילה ולו יקהת עמים: Id est: *Non recedet sceptrum de Juda, & Legislator de inter pedes ejus, donec veniat Stiloh; & ei obedientia populorum.* Editio Latina vulgata ita vertit: *Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est; & ipse erit expectatio Gentium.* Non possum improbare hanc versionem. Primò *Legislator de inter pedes ejus* est *Dux de femore ejus*, seu Dux de stirpe ejus; quia Hebraica vox מחקק *Mehhokek* significat ducem decernentem seu legislatorem, aut legis latæ curatorem: Hebraismus verò *De inter pedes ejus* castissimè tegit id quod *De femore ejus* castissimè exprimit. Similis locutio habetur in Deuteronomio cap. XXVIII. vers. 57. Quod statim sequitur, nempe עד כי יבא שילה hoc est, *Donec veniat Stiloh*, non immeritò vertitur, *Donec veniat qui mittendus est*. Nam *Scilob* secundùm veteres Hebræos est *Messias*. Id docet triplex Targum sive Paraphrasis Chaldaica Onkelosi, Jonathani, & Jerosolymitana. Onkelos vertit עד די יתי משיחא, Id est: *Donec veniat Messias*. Jonathanus & Targum Jerosolymitanum vertunt: עד זמן דייתי מלכא משיחא Id est: *Usque ad tempus quo veniet Rex Messias*. Talmudici etiam agnoscunt nomen *Stilo* esse Messiæ. Vetustissimus liber *Beresfrit Rabba* ait similiter quòd: שילה זה מלך המשיח Id est: *Sciloh est Rex Messias*. Sunt etiam inter posteriores Judæos qui idem teneant. Mitto alia vaticinia quæ Moses retulit: prætereo alia oracula, quæ ipse fudit præsertim capite trigesimo tertio Deuteronomii, ubi prædixit tribubus Israel quæ singulis erant obventura.

HAR. 8. Videamus hoc quorsum evadat, quò ferantur tanta de Christo testimonia. *Ego quidem*, cùm eloquor Faustum Manichæum, *nulla inveni, quamvis attentius* talia scripta *& curiosissimè legerim*. Hinc Mosem aliósque Prophetas Hebræorum non accipio: nec ego solus. Nam *nihil eos de Christo prophetasse, abundè jam parentum nostrorum libris ostensum est*. Fuit etiam Theodorus Mopsuestenus qui hoc idem argumentum ampliavit in suis Libri Duodecim Prophetarum explanationibus. Apelles Marcionista jam quoque observaverat falsas esse prophetias veteris testamenti, utpote sibi invicem contrarias ac dissonas. An audiendus Hugo Grotius, qui omnes de Christo Prophetias docet involvere primarium quemdam, proximum, propriúmque sensum, ad historiam ejus temporis quo proferebantur, referendum; secundarium verò, remotum, mysticum & allegoricum pertinentem ad Christum? Si ita est: nullius ad persuadendum momenti esse possunt tot prædictiones. *Cùm enim è rebus occlusis omnis ista quæ dicitur allegoria sumatur, nec habeat finem certum, in quo rei quæ dicitur, sit fixa atque immota sententia, unicuique liberum est in id quo velit attrahere lectionem, & affirmare id positum, in quod eum sua suspicio & conjecturæ opinabilis duxerit*: ut ait Arnobius lib. 5. Adversus Gentes. Id sanè agnoscens Grotius fassus est Prophetias ad Christianam fidem probandam infirmas esse & invalidas, nihílque ad ponenda fidei fundamenta prodesse, sive, ut is loquitur, *non in vim argumenti propriè adhiberi, sed ad illustrandam atque confirmandam rem jam creditam.*

CATH.

Digitized by Google

CATH. 9. Procul sum ab errore quo Grotius, vir quidem in studio sacrarum literarum non parum versatus, verùm acatholicus, vehementer maculavit splendorem suæ doctrinæ. Prædictiones Prophetarum sunt fidei nostræ fundamenta firmissima, non quædam solùm convenientiæ veteris & novi testamenti, à piis & ingeniosis hominibus excogitatæ. *Ut enim*, inquit S. Augustinus lib. 12. contra Faustum Manichæum, cap. XLV. *non contemnerentur, neque fabulosa ducerentur quæ Apostoli annunciabant, demonstrabantur hæc à Prophetis antè fuisse prædicta: quia etsi attestabantur miracula, non defuissent, sicut adhuc quidam mussitant, qui magicæ potentiæ cuncta illa tribuerent, nisi talis eorum cogitatio, contestatione prophetica vinceretur. Magicis enim artibus, longè antequàm nascerentur, Prophetas sibi constituere, à quibus prænunciarentur, nemo utique diceret.* Cum de trahendo ad Jesum Christum Nathanaele agit Philippus, *dicit ei*: *Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph à Nazareth*. Joan. I. 45. Ipsemet Christus Judæorum incredulitatem compellat his verbis: *Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.* Ibidem cap. 5. verf. 45. 46. Hoc eodem argumento usus est divus Paulus caussam suam defendens coram Agrippa rege & Festo præside. *Auxilio autem adjutus Dei*, ajebat, *usque in hodiernum diem sto, testificans minori atque majori, nihil extra dicens quàm ea quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses, si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annunciaturus est populo & Gentibus*. Act. XXVI. 22. 23. Nihil isto argumentandi genere est magis in usu apud Apostolos & Evangelistas, quorum scriptis constituuntur fundamenta fidei. Nihil apud Sanctos Patres est receptius: nihil nobis plausibilius, nihil apertius est. Sic promissio Abrahæ facta: *Et benedicentur in semine tuo omnes Gentes terræ*: manifestò completa est in Jesu Nazareno de semine Abrahæ, vero Messiâ, vero Christo, *in quo benedici omnes Gentes non nunc prænunciamus, sed quod tunc prænunciatum est, nunc videmus*, ut verbis utar S. Augustini è libro duodecimo contra Faustum, cap. XLI. Sic *in Christo nostro evidentissima luce claruerunt*, (ut rursum eloquar eundem Augustinum capite mox sequenti) illa Jacobi Patriarchæ: *Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus; donec veniat qui mittendus est; & ipse erit expectatio Gentium*: Quia Jesus Nazarenus cujus regnum spiritale quaquaversùs per omnes Gentes patet, venit his temporibus quibus ablatum est sceptrum de Juda. Is est verus *Sciloh* Jacobæi Oraculi, verus Messias, seu verus Christus.

SAM. 10. Hic me implicant non parum mei Samaritani. Dosthen seu Dositheus, æqualis Simoni mago, in Prophetas vehementer invectus est, maximè in Judam, unum de duodecim Patriarchis, ad quem Jacob direxit oraculum de *Sciloh*. Hunc Dosthen quidam putarunt esse illum quem Moses prædixit his verbis: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies*. Deuteron. XVIII. 15. Alii Samaritani censuerunt Jesum Nave seu Josuam filium Nun, successorem Mosis, fuisse illum Prophetam. Hinc *Plebs Samaritana in contrarias divulsa factiones, inter se dissidebat, & peregrinus*

 se

Digitized by Google

ſe opinionibus propugnabat: ut ex quadam Eulogii oratione tradit Photius in ſua Bibliotheca, cod. CCXXX.

ETH. 11. Spectabatne iſta bacchatio ad Silenum Bacchi comitem? Profectò ut ex שיר *Sir*, id eſt cantico, factum eſt Phœnicum שירן *Siran* & Græcorum *Sirenes*; ita ex שילה *Silo* vel שיל *Sil* prodiit illorum שילן *Silan*, iſtorum *Silenus*, obſervante Bocharto lib. 1. de Phœnicum coloniis, cap. 18. ubi etiam Jacobæum de *Silo* oraculum refertur ad Silenum. Addo ex Pauſaniæ libro ſexto, pag. 391. eſſe Silenum Hebræorum, qualis eſt *Silo*. *ἐν γὰρ τῇ Ἑβραίων χώρᾳ Σιληνοῦ μνῆμα. In regione enim Hebræorum*, inquit ille, *eſt monumentum Sileni*. Quòd ſi oraculum de *Silo* ſit antiquiſſimum: antiquiſſima eſt memoria de Sileno, *qui unde genus ducat, ab omnibus ignoratur διὰ τὴν ἀρχαιότητα propter antiquitatem*, ut ait Diodorus Siculus lib. 3. Biblioth. pag. 143.

CATH. 12. Sunt ergo antiquiſſimæ prædictiones librorum Moſis: ad demonſtrandam eorum divinitatem ſunt aptiſſimæ. At cavendum à Diabolica ſanctiſſimi oraculi profanatione, quæ inconcuſſam de *Silo* veritatem fœdiſſimis de Sileno fabulis contaminat, & convertit religioſiſſima & omni admiratione digna myſteria in orgia Bacchi impiiſſima & horrendiſſima; ut à Sancto Juſtino martyre animadverſum ac notatum eſt in majori Apologia pro Chriſtianis, & in dialogo cum Tryphone Judæo. Natus in Samaria vetuſtiſſimus hic defenſor religionis Chriſtianæ docet nos in laudata Apologia, quòd *Judæi & Samaritani, Verbum à Deo per Prophetas traditum habentes, & numquam non Chriſtum præſtolantes, advenientem & præſentem non agnoverunt: paucis exceptis, quos ſanctus Propheticus ſpiritus per Eſaiam eſt prælocutus ſalvatum iri*. Ex tanta cæcitate orta eſt poſterioribus temporibus diſſenſio, quâ Samaritana plebs in varias factiones divulſa impulit S. Eulogium Patriarcham Alexandrinum ad edendum Decretum in Samaritanos, quod Photius memorat laudato jam codice CCXXX. ſuæ Bibliothecæ. Utraque factio, ut ibidem narratur, poſtulata ſua detulerat ad hunc ſanctum Patriarcham, qui, diſcuſſis in concilio *quæ ab utraque parte adſerebantur, & utraque erroris à veritate procul remoti convicta, illum à Prophetis prædictum Meſſiam, ex ſcripturis ſacris docuit eſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum: illos verò graviſſimo errore laboraſſe: hos quidem quòd Jeſum Nave illum Prophetam prænunciatum fingerent; illos verò quòd Doſthen ſeu Doſitheum impium portentosè comminiſcerentur. Atque ita concilium ſolvit*. Locus ille Moſis qui in controverſiam adducebatur, jam tum naſcente Chriſtianiſmo objectus Iſraelitis fuerat à divo Petro in concione ad eos habitâ, ut oſtenderet quæ de Chriſto ſuo *locutus eſt Deus per os ſanctorum ſuorum à ſæculo Prophetarum*. Act. III. 21. Eundem etiam objecerat eis divus Stephanus. Ibid. cap. VII. v. 37. At tranſeamus ad alios libros.

SAM. 13. Erunt forſan qui putabunt meos Samaritanos non habere in ſuo Canone ſolum Pentateuchum: quia Doſitheus Samaritanus, ſi Photio jam laudato credere fas eſt, *ſpuriis ſcriptis & omni genere mixtis corruptelis adulteravit τὴν Μωσαϊκὴν ὀκτάτευχον Moſaicum Octateuchum*. Octateuchus enim non libros quinque, ſed octo includit. Quòd tamen Moſaicus dicatur, id argumento eſt Doſitheum attendiſſe tantum ad Moſaicum volumen, quod diſtribuerit in libros octo, dùm in quinque vulgò dividitur.

Digitized by Google

ditur. Et certè cùm de Samaritanis loquitur Hieronymus in Prologo Galeato, seu Præfatione in libros Regum, non ait Octateuchum ab illis admitti, sed Pentateuchum. *Samaritani*, inquit, *etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant*, quot Hebræi, *figuris tantum & apicibus discrepantes*. Alii vocem exclusoriam adjiciunt. Sic Nicetas Choniatus in Thesauro Orthodoxæ fidei, lib. 1. cap. 34. ait: *Solum autem Pentateuchum admittunt*. Sic apud Gregorium Abulpharagium in Historia Dynastiarum, pag. 42. *Samaritani non recipiunt è libris divinis præter Legem*. Non est tamen arbitrandum gentem Samaritanam abjecisse curam omnium aliorum librorum. Epistola prima Samaritanorum ad Josephum Scaligerum scripta & edita Londini inter Antiquitates Ecclesiæ Orientalis, Clarissimorum virorum Dissertationibus epistolicis enucleatas, docet nos petiisse Scaligerum à Synagoga Samaritana, *librum Legis perfectæ*, nempe Mosaicum Pentateuchum, *& librum Josuæ*, *& librum Canticorum & Psalmorum*, *hæcque omnia Dialecto lingua sanctæ*. Tum ex altera eorumdem Samaritanorum epistola discimus eos habere librum Josue; de quo dicunt: *Non licet nobis vendere librum Josue neque describere, nisi juxta formam Samaritanorum*.

CATH. 14. Quid? Liber Josue servatus est à Samaritanis? Ergo summa antiquitas schismatis Israelitico-Samaritani argumento est librum illum esse antiquissimum. *Non enim coutuntur Judæi Samaritanis*; ut ad Christum ajebat mulier Samaritana, Joan. IV. 9. Id verò nusquam alibi magis elucet, quàm ubi agitur de libris Judæorum.

SAM. 15. Re ipsa: quia secundùm Samaritanos, scribentes ad Scaligerum epistolâ 2. jam laudatâ, *Judæorum Scriptura*, *Scriptura est Esdræ*, *maledicta in æternum*.

CATH. 16. Non hoc objurgandi causâ dicas, sed gratiâ commovendi. Nam Scriptura Esdræ non est diris devovenda. Multum itaque me movet, ad summam antiquitatem libri Josue astruendam, quòd eum servent Samaritani, quòd juxta formam Samaritanorum seu characteribus Samariticis descriptus sit. An ipse Josue sit auctor istius libri, disseritur etiam inter Catholicos. Quicumque tamen illum alteri adscribunt, infirmis ducuntur argumentis. Fuit *Jesus Nave successor Moysi in Prophetis*, ut dicitur in Ecclesiastico, cap. XLVI. vers. 1. quia Jesus Nave seu Josue *scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini*: ut habetur capite postremo libri Josue. Sicut ergo Moses fungens Prophetæ munere scripsit libros legis Domini: Ita Josue, exequens idem munus, scripsit librum qui præfert ejus nomen, eóque auxit volumen Legis.

JUD. 17. Mei Thalmudistæ in Baba bathra, capite primo, pro certo tenent librum Josue esse ab ipso Josua scriptum. Atque his maximè nituntur verbis, quæ jam audivi è postremo libri istius capite, quæque Hebraicè sonant: ויכתב יהושע את הדברים האלה בספר תורת אלהים Id est, *Et scripsit Josue verba hæc in libro legis Dei*. Idipsum confirmatur ex libro primo Malachim, vulgò tertio Regum, capite XVI. vers. 34. ubi dicitur, quòd in diebus Achab regis Israel *ædificavit Hiel de Bethel, Jericho: in Abiram primitivo suo fundavit eam, & in Segub novissimo suo posuit portas ejus*: כדבר יהוה אשר דבר ביד יהושע בן נון Id est, *Juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Josue filii Nun*.

Nun. Verbum illud Domini extat in libro Josue, cap. VI. v. 26. ubi captâ Jericho, & funditùs deletâ, *imprecatus est Josue, dicens: Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit & ædificaverit civitatem Jericho. In primogenito suo fundamenta illius jaciat, & in novissimo liberorum ponat portas ejus.*

CATH. 18. Attigisti, ô Judæe, locum insignem libri tertii Regum, quo divinitas libri Josue non minus ostenditur quàm genuina ejus antiquitas declaratur: cùm inde pateat Josuam afflatum spiritu divino librum istum scripsisse, eventu comprobante quæ in eo prædixerat. Unde verbum Josue, quod ibi appellatur, dicitur absolutè *verbum Domini, quòd locutus fuerat in manu Josue filii Nun.*

ETH. 19. Non est mihi ignotus iste Josue filius Nun, vel, ut ab aliis vocatur, Jesus filius Nave. Victi ab eo & fugati Chananæi seu Phœnices, desertâque patriâ per universam Africam diffusi, Tingim in Numidia ædificaverunt, ibique erexerunt columnas duas habentes Phœnicios characteres inscriptos, qui Phœnicum linguâ sic sonant, prodente Procopio lib. 2. Vandalicorum, cap. 10. Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ υἱοῦ Ναυῆ. *Nos sumus qui fugimus à facie Jesu latronis filii Nave.* Tingi, vetustissima civitas, *quam transvecti ex Africa Phœnices habitant*, ajebat Pomponius Mela & ipse Tingiranus lib. 2. cap. 6. fertur condita ab Antæo, illo Gigante quem devicit Hercules, Herculem verò profectum esse adversus Antæum cum filiis Abrahami, sive cum Israelitis, quorum pater fuit Abrahamus, testis est Cleodemus apud Eusebium lib. 9. Præparationis Evangelicæ cap. 20. Id mihi rursum demonstrat summam historiæ Josue antiquitatem. Nam ille Hercules quem nummi Thasiorum vocant Σωτῆρα, hoc est, *Servatorem*, quémque veteres inscriptiones *Magnum custodem & Conservatorem* nominant apud Gruterum, quis est nisi *Josue*, seu יהושע *Jehoscive*, hoc est, *Servator?* Ut enim Hercules fuit dux filiorum Abrahami, devicit Antæum qui Tingim Phœnicum coloniam condidit, & vocatus est per antonomasiam Servator, Conservator, Magnus Custos: ita Josue fuit dux filiorum Abrahami, nempe Israelitarum; debellavit eum qui Tingim ædificavit, nempe populum terræ Chanaan, seu Phœnicas quos fugæ dedit; & nominatus est Servator, quia nomen Josue id sonat. Plura de Hercule Josuam adumbrante notant viri eruditi, quæ studio brevitatis nunc mitto.

HÆR. 20. Favet meo Manichæismo inscriptio illa Tingitana, quam jam audivimus; cùm Josuam habeat non virum Dei, sed nefarium prædonem. Scriptores enim veteris fœderis repudiat Manichæismus, quia *malos & turpes* odit.

CATH. 21. Impuro & sacrilego Manichæorum ore sanctissimos scriptores lædere non vereris? Fuit Jesus Nave *magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei.* Eccl. XLVI. 1. 2. Non de furto, & latrocinio condemnandus, sed fide commendandus est ille debellator Chananæorum, ille Jerichuntis expugnator & eversor: quia *fide muri Jericho corruerunt, circuitu dierum septem*. Hebr. XI. 30. Plena stomachi inscriptio Tingitana nullam divino Josuæ labem aspergit, sed ostendit furorem quem in eum effundebant Chananæi ejecti è suis sedibus. Ejus

tamen

Digitized by Google

tamen summa antiquitas est argumentum summæ antiquitatis historiæ Josuanæ. Quòd si fuerit Hercules qui Josuam adumbraverit, nempe ille qui clarus habebatur in Syria; inde quoque elucet ejusdem historiæ γνησιότης & antiquitas, eò quidem apertiùs quòd ætas istius Herculis competat in Josue tempora, ut patet ex Chronico Eusebii. Unde S.August. lib. 18. de Civit. Dei, cap. 12. describens *tempora ab exitu Israel ex Ægypto, usque ad mortem Jesu Nave, per quem populus idem terram repromissionis accepit*, ait: *His temporibus Hercules in Tyria* seu Syria *clarus habebatur*. Tum notat istum diversum esse ab illo de quo jam fuerat locutus: *Secretiore quippe historia plures fuisse dicuntur & Liberi patres & Hercules*.

POL. 22. Omni fide major est historia Josuana, cujus antiquitatem prædicatis & divinitatem, nisi eam temperemus. Juxta illam, ingressis Jordanem Israelitis, *steterunt aquæ descendentes in loco uno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul*. Jos. III. 16. Contigit & majus portentum, nempe statio Solis & Lunæ facta ad imperium Josue. Ibid. cap. 10. v. 13. Cui non fidem statim abrogat hæc narratio? Nonne potiùs credendum est cum Præadamitarum patrono non Solem tunc stetisse, sed lucem quandam post Solis occasum tamdiù perseverasse, donec Josue hostes suos vinceret?

CATH. 23. Impium esset apponere & adhibere modum narrationi, quæ solis impiis fidem abrogat. Invertere quæ habentur in Sacris Scripturis, non debemus: ut suadeamus ea incredulis. Deus qui facit *quæ impossibilia esse putantur, promisit & fecit, ut ab incredulis gentibus incredibilia crederentur*: ait peregregiè S. Augustinus lib. 21. de Civitate Dei, cap. 7. Notat idem Ecclesiæ doctor capite mox sequenti illud Virgilii è quarto Æneidos:

Sistere aquam fluviis, & vertere sidera retrò;

esse derivatum partim ex historia Josue, partim ex aliis quæ sunt in sacra scriptura. *Nam & fluvium*, inquit, *stetisse superiùs, inferiusque fluxisse, cùm populus Dei duƈtore supra memorato Jesu Nave viam carperet, & Helia propheta transeunte, ac posteà discipulo ejus Helisæo id esse factum in sacris literis legimus, & retrorsum fuisse maximum sidus regnante Ezechia, modò commemoravimus*.

ETH. 24. Hic recordor mei Lucani sic canentis libro sexto Pharsaliæ:

Cessavere vices rerum, dilataque longa
Hæsit noƈte dies: Legi non paruit æther:
Torpuit & præceps, audito carmine, Mundus;
Axibus & rapidis impulsos Jupiter urgens
Miratur non ire polos.

Si juxtà historiam Josue de statione Solis *non fuit anteà nec posteà tam longa dies*, nempè in uno Hemisphærio: non fuit ex consequenti in altero Hemisphærio tam longa nox: atque ita cessantibus vicibus rerum, dilata dies hæsit longâ noƈte. Reliquam cœli machinam tunc etiam stetisse non ambigitur, cùm Sole stante, simul Luna stetisse dicatur. Tunc ergo axibus rapidis impulsi non ibant poli: tunc præter Solem & Lunam arcebantur à progressu alia Sydera: tunc maximè Hesperus visus est mutasse cursum suum, cùm solitum diei finem non ostenderet. *Est in Marci Varronis libris, quorum inscriptio est de Gente Populi Romani: quod*

eisdem

eisdem verbis, quibus ibi legitur, & hic ponam cum Augustino lib. 21. de Civit. Dei, cap. 8. jam laudato: *In cœlo*, inquit, *mirabile extitit portentum. Nam in stella Veneris nobilissima, quam Plautus Vesperuginem, Homerus Hesperon appellat, pulcherrimam dicens; Castor scribit tantum portentum extitisse, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum: quod factum ita neque antea neque postea sit. Hoc factum Ogyge rege dicebant Adrastus Cyzicenus, & Dion Neapolites, mathematici nobiles*. Recentissima erat memoria Ogi regis Basan, quando, die ad preces Josue longiùs producta, cursu destitit vesperugo, & tempus quo solet apparere, mutatum est in illud quo luceret Sol: quasi hæc colorem, magnitudinem, figuram, cursum mutasset.

CATH. 25. Sunt permulta quæ possem addere huic præclaræ observationi. Sed tempus est vertendi stylum ad alios Libros Sacri Canonis.

JUD. 26. Est ergo nunc agendum de libro שופטים *Sciophetim* seu Judicum, cujus veluti pars aut appendix est liber Ruth, nedum juxta recentiores Hebræos, verum etiam juxta antiquiores. Nam Κριταὶ, Ῥοὺθ παρ' αὐτοῖς, ἐν ἑνί. Σωφετὶμ. *Judices, Ruth apud ipsos uno libro* continentur dicto *Sophetim*: ut testis est Origenes apud Eusebium lib. 6. Hist. Eccles. cap. 25. Idem scitis ex Hieronymo in Prologo Galeato, dicente quod Hebræi post *Josue ben Nun subtexunt Sophetim, id est Judicum librum. Et in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Judicum facta ejus narratur historia*. Thalmudistæ in Baba bathra, cap. 1. item R. Moses Kimchi Davidis frater, & Abrabaniel adscribunt hunc librum Samueli.

CATH. 27. Ejusdem sententiæ est inter nostros S. Isidorus Hispalensis lib. 6. Originum, cap. 2. Nec ea caret probabilitate. Quisquis tamen illum scripserit, habendus est antiquissimus & Prophetico spiritu afflatus. Nam ex ejus capite decimo-tertio, v. 5. desumptum est *quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur*. Matth. II. 23. Similiter ex ejusdem libri capite quinto, vers. 4. & 5. delibati sunt versus octavus, & nonus Psalmi Davidici sexagesimi septimi: ita ut auctor libri Judicum sit antiquior Davide, Saulis successore & secundo qui post Judices Hebræis præfuit. Ex quo conficitur hunc librum esse genuinæ antiquitatis.

ETH. 28. Possum aliquid & ego proferre, quod demonstret genuinam esse Judicum Hebræorum historiam. Si unum Herculem vidi in Josua, alium animadverto in Samsone. Nam *Hebræorum Judex Samson, cùm mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules* apud Augustinum lib. 18. de Civit. Dei, cap. 19. Item apud Philastrium lib. de Hæresibus, cap. 8. ubi *Pagani fortes viros ex Samsonis figura usurpantes, Hercules nuncuparunt.* Sed longum esset percurrere ex meis scriptoribus gesta omnia Herculis quæ referunt gesta Samsonis. Ad alios Judices quod attinet, unus eorum est valdè mihi notus, nempè *Gedeon*, alio nomine dictus *Jerobaal*, vel ירבעל *Jerubbaal*, ut pronunciant Hebræi. Js enim est *Jerombalus*, ex cujus commentariis profecit Sancboniathon, vetustissimus rerum Phœniciarum scriptor, qui floruit ante Trojana tempora, quique *rerum ad Judæos pertinentium Historiam summa fide conscripserit*, prodente Porphyrio apud Eusebium lib. 1. Præpar. Evang. cap. 9.

POL.

POL. 29. Imprudenter, ô Gentilium inconsideratissime; tribuis testimonium ei qui *aram Baal* destruxit, *et ædificavit altare Domino*. Is enim est *Gedeon Jerobaal* commendatus in libro Judicum, cap. VI. An duceris spe Joasi, dum Gedeonem ejus filium legis vocatum esse *Jerobaal*, *eo quòd dixisset Joas*: *Ulciscatur se de eo Baal, qui suffodit aram ejus?* Præmeditare melius quæ tibi sumis apud Catholicum enuncianda. Non est in rem tuam agere cum illo, qui verbis tuis niti adversùm Deos ritúsque tuos quærit & satagit. Medicinæ faciendæ locus quidem est, modò tamen non te geras inconsultè. Mihi ausculta, & adhuc caput extolles. Qui ædificat altare Domino, non potest tibi videri destruere *aram Baal*, dummodò ostendatur nomine *Baal* significari Dominum. Quandiù reddetur tibi illud nomen, altare ædificatum Domino, erit tibi ara ædificata *Baal*. Non te præterit Hebraicam, Phœniciam & Chaldaicam vocem בעל *Baal*, aliâ pronunciatione *Beel*, significare Dominum, etiam ab ultimâ antiquitate. Nam tuus Sanchoniathon, quem modo appellasti, apertè tradidit Phœnicias voces *Beel-samen* significare κύριον οὐρανοῦ *Dominum cœli*. Et apud Augustinum lib. 7. Locutionum cap. 1. *Baal Punici videntur dicere Dominum*: *unde Baal-samen quasi Dominum cœli intelliguntur dicere*; *Samen quippè cœli apud eos appellantur*, nempe ab Hebraica voce שמים *Sciamaim*.

CATH. 30. Cavillationes tuas intelligo, fautor insane superstitionum Ethnicarum. Vocem quam pravat cònsuetudo, non sanat antiqua illius ratio; prima origo non eam nobilitat. Ponamus nomen Dæmonum exempli causâ. *Ipsa origo hujus nominis, si divinos intueamur libros*, inquit S. Augustinus lib. 9. de Civit. Dei, cap. 20. *aliquid affert cognitione dignissimum*. Δαίμονες *enim dicuntur, quoniam vocabulum Græcum est, ob scientiam nominati*. Fecit nihilominus consuetudo, ut non nisi malignorum spirituum sit hoc nomen. Et quamvis non deesset nobis aliqua declaratio, quæ illud in bonam partem traheret; nulla tamen est causa, cur posset adhiberi, ut illud in bonam partem converteremus. *Quæ* enim, inquit laudatus Augustinus cap. 19. ejusdem libri, *nos causa compellit, ut post offensionem aurium tam multarum, ut jam penè sint omnium, quæ hoc verbum non nisi in malam partem audire consueverunt, quod diximus cogamur exponere, cùm possimus Angelorum nomine adhibito, eandem offensionem quæ nomine Dæmonum fieri poterat, evitare?* Idem dico de nomine *Baal*, cujus quidem origo aliquid affert cognitione dignissimum, sed usus fecit illud proprium Idolo. Hinc certè est adeò execrandum hoc nomen, ut ipse Dominus noluerit ita vocari ab Israele dicens per Oseam, cap. 2. vers. 16. *Et non vocabit me ultra* בעלי *Baali*, seu *Baal meus*: *Et auferam nomina Baalim de ore ejus, & non recordabitur ultra nominis eorum*. Nomen quod usus traxerat ad significandum Idolum, non poterat in Israelitarum animis notionem veri Dei imprimere. Unde Dominus ait iterum per Jeremiam cap. XXIII. v. 13. *Et in Prophetis Samariæ vidi fatuitatem*: *prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israel*. Tum versu 27. *Qui volunt facere ut obliviscatur populus meus nominis mei . . . sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal*. Quamvis ergo nomen *Baal* significet Dominum, tamen non potest vero Domino consonare. Ut *de servis Do-*

mini,

mini, non sunt *servi Baal*, libro quarto Regum, cap. X. 23. ita de nominibus Domini, veri scilicet & summi Dei, non est ipsum nomen *Baal*.

JUD. 31. De Regum libris quorum quartum appellasti, nunc vellem aliquid commemorare. Jam vidimus duos priores vocari ab Hebræis primum & secundum Samuelis, duos posteriores primum & secundum Regum. Non unus fuit horum librorum scriptor. Thalmudistæ, quibus assentitur R. Moses Kimchi, censent in Baba bathra, cap. 1. viginti quatuor priora capita libri primi Samuelis quæ complectuntur res ante obitum ejus transactas, à Samuele ipso fuisse conscripta; à Nathane verò & Gado Prophetis, quæ sequuntur usque ad finem libri secundi. In ea parte quæ Samueli adscribitur, narrantur gesta Davidis priora, in reliquis posteriora recensentur. *Gesta autem David regis priora, & novissima, scripta sunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad Videntis.* 1. Paral. XXIX. 29. Quod ad alios Regum libros attinet, tertium scilicet & quartum, hos Thalmudistæ aliique Rabbini adscribunt Jeremiæ. Id tamen liquidò non possum confirmare; nam convenientia postremi capitis libri quarti regum cum ultimo Jeremiæ capite, quæ prorsus refert eundem scriptorem, non est magni ponderis: quandoquidem caput illud non videtur scriptum à Jeremia, cujus verba terminantur quinquagesimo-primo capite, proximo à postremo, ut ostendit hæc clausula: עד הנה דברי ירמיהו *Hucusque verba Jeremiæ*.

CATH. 32. Doctè infringis argumentum, quo maximè nituntur ii qui putant Jeremiam esse auctorem libri tertii & quarti Regum. Ut genuinam eorum antiquitatem inspiciamus; operæ pretium est observare non ab uno eodemque scriptore eos esse profectos. Caput ultimum libri quarti refert scriptorem recentiorem conflagratione templi Salomonici factâ à Chaldæis: caput octavum libri tertii refert scriptorem antiquiorem hâc conflagratione; quandoquidem ibi est sermo de Cherubim qui expandebant alas super locum arcæ introductæ in templum Deo dedicandum, & dicitur quòd *fuerunt ibi usque in præsentem diem*: adeóque templum non erat eversum, cùm hæc scribebantur. Theodoretus præfatione in libros Regum egregiè notat, quòd προφητῶν ἕκαστος εἰώθει συγγράφειν τὰ συμβαίνοντα γίνεσθαι κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρόν. *quisque Prophetarum solebat conscribere quæcumque suo tempore contingebant*. Sic Samuel, Nathan & Gad Prophetæ conscripserunt res ætatis suæ memorabiles, quas liber primus & secundus Regum complectuntur, ut jam observasti. Sic Salomonis acta in literas relata sunt à Prophetis coævis, laudato Nathane, Ahiâ Silonite & Addo: quia *reliqua operum Salomonis priorum & novissimorum scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in Visione quoque Addo Videntis, contra Jeroboam filium Nabat*. 2. Paral. IX. 29. Sic idem Addo & Semeias alter Propheta ejusdem ævi monumentis commendarunt res Roboami filii Salomonis: quia *opera Roboam prima & novissima, scripta sunt in libris Semeiæ Prophetæ, & Addo Videntis, & diligenter exposita*. Ibid. XII. 15. Sic rursus Addo scriptis mandavit res Abiæ Roboami filii: quia *reliqua sermonum Abia, viarumque & operum ejus, scripta sunt diligentissimè in libro Addo Prophetæ*. Ibid. XIII. 22. Sic *Jehu filius Hanani Videns*, seu Propheta, qui fuit tem-

Digitized by Google

temporibus Jo saphati regis Juda, filii Asæ, & nepotis Abiæ, scripsit gesta ejusdem Josaphati, quæ locum habent in libris Regum: quia *reliqua gestorum Josaphat priorum & novissimorum, scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani; quæ digessit in libros regum Israel*. Ibid. XX. 34. Sic Isaias qui Prophetiæ suæ initio prodit se fuisse *in diebus Oziæ, Joathan, Achaz, & Ezechiæ, regum Juda*, reliquit scriptas res sui temporis; eas præsertim quæ sunt Oziæ & Ezechiæ. Nam *reliqua sermonum Oziæ priorum & novissimorum scripsit Isaias filius Amos Propheta*. Ibidem XXVI. 22. Gesta verò Ezechiæ, quæ habentur libro quarto Regum, cap. XVIII. XIX. & XX. describuntur verbis ejusdem Isaiæ, quæ in ejus prophetia conficiunt quatuor integra capita, nempè XXXVI. XXXVII. XXXVIII. & XXXIX. In libris Regum non citantur isti Prophetæ, sed vel *Liber sermonum dierum regum Juda*, vel *Liber verborum dierum regum Israel*; vel cùm agitur de Salomone, *Liber verborum dierum Salomonis*. 3. Reg. XI. 41. Inde tamen non sequitur hosce libros non esse à Prophetis illorum temporum. Quis enim non diceret librum verborum dierum Salomonis, illud volumen in quo legeret opera Salomonis priora & novissima descripta verbis Nathanis, Ahiæ Silonitis atque Addo? Quis negare potest verba Jehu filii Hanani fecisse partem librorum vel libri Regum Israel? Quis & partem libri sermonum dierum regum Juda non agnoscat in his Isaiæ capitibus, quæ inserta sunt in librum quartum Regum? Libri ergo Regum non sunt profecti ab uno scriptore, sed à pluribus qui res sui temporis præclaras literis mandarunt: proindéque sunt genuinæ antiquitatis. Esto, illa collectio conflata fuerit potiùs ex fragmentis quàm ex integris Prophetarum operibus: ut idcircò desiderentur *reliqua* gestorum quæ memoriæ tradebantur in amplioribus commentariis. Finis collectionis parem cum additamento ad Prophetiam Jeremiæ gradum obtinet. Prima hujus additamenti pars, adeóque prima pars ultimi capitis libri quarti Regum, est repetitio eorum quæ Jeremias amanuensi Barucho dictavit capite trigesimo-nono suæ Prophetiæ: ac proinde est à propheta scribente res sui temporis. Id agit hæc repetitio, ut historiæ de Jerusalem à rege Babylonis captâ subnectatur historia de templo à Nabuzardano incenso anno mox sequenti; item de Judæis in Babylonem translatis tum illis tum aliis Nabuchodonosori temporibus: ac tandem de sublimato per Evilmerodachum Nabuchodonosori filium & successorem Joachino seu Jechoniâ usque ad initium ejus regni detento in carcere. Cùm ultrà non progrediatur sacrum hoc monumentum, refert scriptorem antiquiorem solutione captivitatis Babylonicæ per Cyrum inchoatâ, proindéque auctorem coætaneum. Quis enim crederet continuatorem Jeremiæ, hâc solutione posteriorem, silentio transivisse expletionem & perfectionem rei, quam ipse Jeremias prædixerat? Continuator iste non improbabiliter putatur à Sixto Senensi Baruchus Propheta, Jeremiæ notarius, cujus vaticinia conficiunt unum librum cum Jeremianis: adeò ut multi ex Sanctis Patribus à primâ Ecclesiæ ætate usi sint Baruchi testimoniis sub nomine Jeremiæ.

ETH. 33. Apud Hebræos, quantum ego assequi possum, id faciebant Prophetæ, quod Hierophantæ apud Ægyptios, quod Chaldæi apud Babylonios, quod Magi apud Persas, quod Gymnosophistæ apud Indos, quod Lite-

Digitized by Google

Literati apud Sinas, quod Pontifices apud Romanos. Notum est istos habuisse curam referendi in literas res ætatis suæ memorabiles, qualem audio gessisse Prophetas Hebræorum. Nexus rerum Hebraicarum cum rebus aliarum gentium fecit, ut illæ innotuerint ipsis rerum gentilium scriptoribus. Docent me Chaldæi in suo Regum Babyloniorum mathematico canone tempus Mardokempadi seu Merodachi regis Babylonis, qui Ezechiæ regi Judæ legationem misit memoratam libro quarto Regum, cap. XX. Tempus etiam mihi aperiunt Nabocolassari seu Nabuchodonosori, qui Judæos abduxit in servitutem Babylonicam juxta monumenta nedum Hebraica, verum etiam Chaldaica quæ Berosus sacerdos Beli excussit apud Josephum lib. 10. Antiquit. cap. 11. & lib. 1. contra Apionem. Eadem monumenta, idémque canon, mihi quoque manifestant tempus Ilvarodami seu Evilmerodachi, qui Joachinum regem Juda exemit vinculis. In antiquissimis annalibus Tyriorum quorum fragmentum eximium recitat Josephus libro primo contra Apionem mox laudato, & lib. 8. Antiquitatum cap. 2. memoratur Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεὺς *Solomon Jerosolymorum rex*: item templum ædificatum Jerosolymis duodecimo anno regni Hiromi, seu Hirami regis Tyri, qui juxta librum tertium Regum cap. V. concessit Salomoni cæsores lignorum ad templi ædificationem. In iisdem annalibus celebratur *Ithobalus Astartæ Sacerdos*, & Tyriorum, adeóque Sidoniorum rex, qui est *Ethbaal rex Sidoniorum*, cujus filiam Jezabelem in uxorem duxit Achab rex Israel. 3. Reg. XVI. 31. Attentâ ærâ Carthaginis, quam habemus ex Solino, cap. XXVII. editionis Salmasianę, idem ab Hiromo numerus annorum colligitur ex Tyriorum antiquitatibus, qui reperitur ab Salomone ex Regum libris. Inde quoque manifestum est tempus Ithobali esse tempus Ethbaali, tempus Mardokempadi esse tempus Merodachi, tempus Nabocolassari esse tempus Nabuchodonosori, tempus Ilvarodami esse tempus Evilmerodachi. Adhæc *Assaradinus* qui locum habet in mathematico regum Babyloniorum canone, refert ętate *Asor-haddanum*, aliàs *Asar-haddonem*, illum regem Assyriorum qui *de Babylone*, aliisque ditionis suę locis adduxit quos collocavit *in civitatibus Samariæ pro filiis Israel*. IV. Reg. XVII. 24. Asar-haddonis hujus pater ac decessor *Sennacheribus*, qui juxta caput decimum-octavum ejusdem libri bello infestávit Judęam aliásque Asię regiones, & cujus legatus, nomine *Rabsaces*, de *Ægypto* loquebatur velut de *baculo arundineo atque confracto*: exprimit sine dubio Σαναχάριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων *Sanacharibum regem Arabum, & Assyriorum*, quem ἐπ' Αἴγυπτον ἐλαύνειν στρατὸν μέγαν *adversùs Ægyptum movisse magnum exercitum* testatur Herodotus lib. 2. cap. 141. Sed & *Berosus, Chaldaicarum rerum scriptor, Senacheribi regis meminit; quòd omnem Asiam & Ægyptum bello infestaverit*; ut observat Iosephus lib 10. Antiq. cap. 1. Idem auctor lib. 7. cap. 6. exscribit pręclarum de Regibus Syrię fragmentum ex Nicolai Damasceni Historiarum libro quarto, in quo celebratur *Adadus Damasci & reliquæ Syriæ* rex, qui *Bello inter eum & Davidem Judææ regem exorto, crebris præliis cum illo conflictatus, postremò apud Euphratem victus est*. Liber secundus Regum vocat eum *Adar-ezerem* seu *Adad-ezerem* regem Soba, sub cujus ditione erat *Syria Damasci*, & quem *percussit David ... quando profectus est, ut dominaretur super flumen Euphratem*;

tem; quemadmodùm legitur cap. VIII. verſ. 3. Si antiquitates Ægyptiorum diligenter excutiantur, reges Ægypti memorati in Judaicis Regum libris reperiuntur eo tempore, quo ponuntur in iſtis antiquitatibus. Quando in libris Regum invenitur *Seſac*, aliàs *Seſoc*, eâ ratione quâ *Iramus Iromus* eſt; in Dynaſtiis Ægyptiorum celebratur *Seſonchoſis* ſeu *Seſoch-oſis*. Quando in iſtis legitur *Necos*, in illis habetur *Nechao*. Video ergo Judaicos Regum libros quàm aptiſſimè cohærere cum antiquiſſimis variarum Gentium monumentis, quæ non poſſum abdicare atque rejicere.

POL. 34. O egregiam conſequentiam! Siccine causâ ſuperior erit Gentiliſmus? Nonne vides, ô Ethnice, te rursùm tibi ipſi peſtem machinari? Fateris ſinceritatem librorum qui nedum adverſiſſimi ſunt tuis Diis, tuis ritibus; verumetiam qui produnt antiquitatem Prophetarum qui futuram per Chriſtum everſionem Deorum tuorum prænunciaverunt. Sinceritas librorum Regum demonſtrat ſinceritatem librorum Paralipomenon: utrique oſtendunt antiquitatem multorum Prophetarum, nedum eorum quorum verba paſſim exprimunt, verumetiam aliorum quorum libri inſeruntur in Canonem de quo rixamur. Liber primus & ſecundus Eſdræ qui continuantur libris Paralipomenon, habent ex ipſo canone mathematico regum Babyloniorum & Perſarum quem appellaſti, notam antiquitatis quam non poteris inficiari; cùm complectantur hiſtoriam ſub Perſarum regibus, maximè ſub Cyro, ſub Dario Hyſtaſpide, & ſub Artaxerxe Longimano, quorum tempora tibi demonſtrat ille canon. Liber Tobiæ deſcribit res ſub Salmanaſare & Sennacheribo regibus Aſſyriorum geſtas, quarum antiquitatem perſpicies ex libris Regum & Paralipomenon. Imo jam præbuiſti te gnarum Sennacheribi ex tuis ſcriptoribus. Liber Judith narrat acta ſub rege Aſſyriorum debellatore regis Medorum qui ædificavit Ecbatana, & eujus antiquitatem te tuus Herodotus docebit. Hiſtoria libri Eſther ſpirat antiquitatem Artaxerxis Longimani, tuis notam ſcriptoribus rerum Perſicarum. Ut nihil repetam de antiquitate librorum Moſis, Joſue & Judicum, quam libri Regum, Paralipomenon, Eſdræ, Tobiæ, Judith, & Eſtheris valdè illuſtrant etiam in argumentum eorum divinitatis, dum impletas oſtendunt varias Prophetias quas continent: plana eſt ex his monumentis antiquitas Davidis, præcipui auctoris Pſalterii: plana eſt & antiquitas Salomonis, cujus ſunt Parabolæ quas colligit liber Proverbiorum, cujus eſt liber Eccleſiaſtis, cujus eſt Canticum Canticorum, & ex cujus libris excerptum eſſe librum Sapientiæ, item librum Eccleſiaſtici à Jeſu filio Sirach concinnatum, plura perſuadent. Plana tandem eſt ex iiſdem fontibus antiquitas Prophetarum ſive majorum, ſive minorum. Ezechiel, unus ex majoribus, & Tobias jam memoratus tribuentes apertè teſtimonium hiſtorię Jobi, ille cap. XIV. v. 14. iſte Cap. II. v. 12. & 15. argumento ſunt genuinam eſſe antiquitatem hujus hiſtorię. Plurima quoque inde delibata paſſim per alios libros deprehenduntur. Supereſt Hiſtoria Machabaica duobus libris comprehenſa, cujus veracitatem non poteris repudiare, quandiu attenderis nexum quem habet cum hiſtoria Syro-Macedonum. Planè & apertè id tibi ſignifico; ut cernas quàm tibi ſit perniciofum confiteri ex tuis monumentis ſinceritatem librorum, de quibus agimus. Ne igitur negligas Deos tuos, abſtine potiùs à lectione hujuſmodi monumentorum. Recordare antiqui edicti, quo capite damnantur lectores librorum Hydaſpis & Sibyllę propter Chriſtianos qui his utebantur in defenſionem


nem

Digitized by Google

nem suorum Prophetarum. *Patres Sancti*, quos Aurelianus imperator alloquitur apud Flavium Vopiscum, sunt illi Deorum tuorum cultores, quos constat *tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris; perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo Deorum omnium* tractaretur.

CATH. 35. Insanis, ô Politice. Veritas quam pro nihilo putasti, se contra calliditatem solertiámque tuam defendit. *Opera & instinctu malorum Dæmonum* (ut verbis concludam S. Justini M. è majori Apol.) *mortis supplicium adversus librorum Hydaspis aut Sibyllæ aut Prophetarum lectores constitutum est: ut per timorem homines ab illis, quo minus scripta ea legentes rerum bonarum notitiam percipiant, sed in servitute eorum retineantur, absterreantur, quod certè quidem efficere, & ad finem suum perducere nequiverunt. Non enim absque timore tantùm hujusmodi scripta legimus, verumetiam vobis ad inspiciendum quæ in eis traduntur, ut videtis, offerimus; grata acceptaque omnibus fore scientes. Atque hoc etiamsi paucis persuaserimus, maximum tamen inde feremus lucrum: nam, ut boni agricolæ, amplam à Domino capiemus mercedem*. Ut detur locus argumentis quę proponenda sunt extra dialogum, plura prętermitto pręsertim adversus ętatis hujus Heterodoxos, à quibus repudiatur quidquid librorum veteris fœderis desideratur in hodierno Judęorum Canone, ut Tobias, & Judith, Sapientia & Ecclesiasticus, prophetia Baruchi & epistola Jeremię illi adnexa, partes quędam Danielis ac Estheris, & libri duo Machabęorum. Quòd Hebraica vel Chaldaica horum sacrorum monumentorum exemplaria hodie non extent, id non est argumento olim non fuisse. Librum Tobię *Chaldæo sermone conscriptum* & ab Hebręis mancipatum *his quæ Hagiographa memorant*, ad Latinum stylum traxisse divum Hieronymum liquet ex ejus in Tobiam pręfatione. Ejusdem pręfatio in librum Judith nos docet, quòd etiam *apud Hebræos liber Judith inter Hagiographa legitur*, & *Chaldæo sermone conscriptus inter historias computatur*. Gręca eloquentia quam redolet stylus libri Sapientię, non obtexit Hebraismos qui sunt indicio librum illum ex Hebraico archetypo vel conversum esse vel collectum. Librum Ecclesiastici Hebraico primùm sermone conscriptum fuisse notum est ex prologo Jesu filii Sirach & ex phrasi quę Hebraismum olet. Prophetiam Baruchi & epistolam Jeremię opus esse Hebraicę originis evincunt etiam Hebraismi complures. Idem elucet in additamentis Danielis. Sex integra capita libri Esther, quę desiderantur in hodiernis Judęorum exemplaribus, fuisse in antiquis docet Origenes in epistola ad Africanum. Hic liber est velut appendix librorum Esdrę; quòd contineat res gestas sub Artaxerxe Longimano. Unde nihil mirum, si descriptores Judaici Canonis, prętertim antiquiores, eum aliquando separatim à reliquis non recensuerint. *Machabæorum primum librum, Hebraicum* se reperisse testatur S. Hieronymus in prologo Galeato. Gręca loquela quâ Machabaicis temporibus utebantur plerique Judęorum, fecit ut solus *secundus Græcus* sit, *quod ex ipsa quoque phrasi probari potest*, ait idem Sanctus Doctor. Sed id satis superque.

DIA-



DIALOGUS III.

CATH. 1. IN longum sermonem nos etiamnum vocaret controversia quam de Canone librorum veteris testamenti jam habuimus. Plura postulabat argumenti amplitudo, quæ brevitate temporis abrepta sunt. Eam rerum copiam quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus: ut majorem locum daremus disputationi externæ & adventitiæ, quæ nos cogeret esse paratiores promptioresque ad Catholicam sacri Canonis veritatem ab insultationibus quibuscumque vendicandam. Eandem ob causam strictim quoque differemus in hodierno dialogo de Canone librorum novi testamenti, qui sunt quatuor Evangelia secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem: Actus Apostolorum à Luca Evangelista conscripti: Quatuordecim epistolæ Pauli Apostoli; una ad Romanos, duæ ad Corinthios, una ad Galatas, una ad Ephesios, una ad Philippenses, una ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, una ad Titum, una ad Philemonem, una ad Hebræos: Petri Apostoli duæ: Joannis Apostoli tres: Jacobi Apostoli una: Judæ Apostoli una: & Apocalypsis Joannis Apostoli.

HÆR. 2. Judicia nostra, opinionésque non concordant, ô Catholice. Multa probas, quæ Hæresis repudiavit: multa rejicis, quæ illa suscipit. Evangelium Matthæi, cæteris repudiatis, admisit Cerinthus: sed mutilavit Ebion: Manes prorsùs abjecit. Evangelium Lucæ ex quo selecta quædam excipiebant Cerdo & Marcio, penitùs respuit etiam Carpocrates. Evangelium Joannis sprevit secta Alogorum. Basilides habuit suum Evangelium, habuit Apelles, habuit & Tatianus. Legebatur à Gnosticis Evangelium secundum Philippum: ab Ebionitis & Encratitis, secundum Hebræos: à Manichæis, secundum Thomam. Nec defuēre qui probaverint Evangelia Petri, Andrææ, Bartholomæi, Judæ seu Thaddæi, Jacobi junioris, Matthiæ, Barnabæ, Nicodemi; sicut & illa quæ secundum Ægyptios erant & secundum duodecim Apostolos. Si credatur Evangelio Matthæi, Marci, Lucæ & Joannis: cur non credetur Evangelio Petri,

Digitized by Google

Andrææ, Bartholomæi, aliorumque Apostolorum? Aut si repudietur istorum Evangelium: cur non repudiabitur & aliorum? Numquid Matthæus, Marcus, Lucas, & Joannes præstantiores sunt Petro, Andrzâ, Jacobo, Thomâ, Bartholomæo, atque aliis Apostolis? Spuriane dicentur, quæ tribuuntur istis Evangelia, genuina verò quæ illis adscribuntur? Delectus igitur est habendus Evangeliorum, atque is nostro judicio ponderandus. *Nec immeritò nos ad hujusmodi scripturas tam inconsonantes & varias*, (ajebat olim Faustus Manichæus) *nunquam sanè sine judicio ac ratione aures afferimus: sed contemplantes omnia, & cum aliis alia conferentes, perpendimus utrum eorum quidque à Christo dici potuerit necne. Multa enim à majoribus vestris eloquiis Domini nostri inserta verba sunt, quæ nomine signata ipsius, cum ejus fide non congruant: præsertim, quia, ut jam sæpe probatum à nobis est, nec ab ipso hæc sunt, nec ab ejus Apostolis scripta: sed multa post eorum assumptionem à nescio quibus & ipsis inter se non concordantibus, semijudæis per famas opinionesque comperta sunt: qui tamen omnia eadem in Apostolorum Domini conferentes nomina, vel eorum qui secuti Apostolos viderentur, errores ac mendacia sua secundum eos se scripsisse mentiti sunt.*

CATH. 3. Mentita & falsa non sunt sancta quatuor Evangelia quæ Ecclesia Catholica servat & legit. Infallibili ejus judicio, non arbitrio nostro standum est. Sola illa Evangelia, quæ Hæretici confinxerunt, inconsonantia sunt & varia. Contrariæ atque inter se repugnantes erant horum pseudoevangelistarum hæreses: contraria diversáque erant eorum pseudoevangelia. Averti ab Ecclesia, unus Hæreticis omnibus est error: pugnantia loqui, monstrum hujus erroris est. Scripturarum vindex traditio, traditionis index antiquitas, antiquitate numquam eadens Catholica fides discernit vera Evangelia à falsis, se ab istorum deformitate pravitatéque abstrahit, incorruptâ nititur illorum integritate. *Infelices inimici animæ vestræ*, (exclamat S. Augustinus lib. 33. contra Faustum Manichæum, cap. 6.) *quæ unquam literæ ullum habebunt pondus auctoritatis, si Evangelicæ, si Apostolicæ non habebunt? De quo libro certum erit, cujus sit, si literæ, quas Apostolorum dicit & tenet Ecclesia, ab ipsis Apostolis propagata, & per omnes Gentes tanta eminentia declarata, utrum Apostolorum sint, incertum est: & hoc erit certum scripsisse Apostolos, quod huic Ecclesiæ contrarii Hæretici proferunt auctorum suorum nominibus appellati, longè post Apostolos existentium? Quasi verò & in literis sæcularibus, non fuerint certissimi auctores, sub quorum nominibus posteà multa prolata sunt, & ideo repudiata, quia vel iis quæ ipsorum esse constaret, minimè congruerunt, vel eo tempore quo illi scripserint, nequaquam innotescere, & per ipsos vel familiarissimos eorum in posteros prodi commendarique meruerunt. Nonne, ut alios omittam, sub Hippocratis medici nobilissimi nomine, quidam libri prolati, in auctoritatem à medicis non recepti sunt? Nec eos adjuvavit nonnulla similitudo rerum atque verborum, quando comparati eis quos verè Hippocratis esse constaret, impares judicati sunt, & quòd ab eo tempore quo & cætera scripta ejus non innotuerunt, quòd verè ejus essent. Hos autem libros, quibus illi, qui de transverso proferuntur, comparati respuuntur; unde constat esse Hippocratis, unde si quis hoc neget, nec saltem refellitur, sed ridetur, nisi quia sic eos ab*

Digitized by Google

ab ipso Hippocratis tempore, usque ad hoc tempus, & deinceps successionis series commendavit, ut hinc dubitare dementis sit. Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque ejusmodi auctorum libros, unde noverunt homines quòd ipsorum sint, nisi eadem temporum sibimet succedentium contestatione continua? Multi multa de literis Ecclesiasticis conscripserunt, non quidem auctoritate canonica, sed aliquo adjuvandi studio sive discendi. Unde constat quid cujus sit, nisi quia his temporibus, quibus ea quisque scripsit, quibus potuit, insinuavit atque edidit, & inde in alios atque alios continuata notitia latiusque firmata ad posteros, etiam usque ad nostra tempora pervenerunt, ita ut interrogati cujus quisque liber sit, non hæsitemus, quid respondere debeamus? Sed quid pergam in longè præterita? Ecce istas literas, quas habemus in manibus, si post aliquantum tempus vitæ hujus nostræ, vel illas cujusquam Fausti esse, vel has neget esse meas, unde convincitur, nisi quia illi, qui nunc ista noverunt, notitiam suam ad longè etiam post futuros continuatis posterorum successionibus trajiciunt? Quæ cùm ita sint, quis tandem tanto furore cæcatur, nisi dæmoniorum mendaciloquorum malitia atque fallacia consentiendo subversus sit, qui dicat hoc mereri non potuisse Apostolorum Ecclesiam, tam fidam, tam numerosam fratrum concordiam, ut eorum scripta fideliter ad posteros trajicerent; cùm eorum cathedras usque ad præsentes Episcopos certissima successione servarint, cùm hoc qualiumcunque hominum scriptis, sive extra Ecclesiam, sive in ipsa Ecclesia tanta facilitate proveniat. Non piguit dilatare disertissimis magni Augustini verbis validissimum argumentum, quo constat genuina esse Evangelia, aliáque scripta Apostolorum quæ Ecclesia recipit; adulterina verò quæ contra Ecclesiam sunt ab Hæreticis producta. Series illa sæculorum quæ à primis Ecclesiæ temporibus dat testes in singulos novi testamenti libros, exagitat omnes Hæreticorum fraudes atque fallacias, nefarios eorum conatus detegit, ostendit casum: quantáque fuerit sectæ illorum turpitudo, quantum dedecus, quanta labes, in apertum conjicit.

POL. 4. Mirum quantum, ô Catholice, te adversus Hæreticos præbes sollicitum de Evangelicis atque Apostolicis scripturis. Deberes saltem eos excipere, qui ad certas conditiones descenderunt, transegeruntque cum hujusmodi scripturarum obtrectatoribus. Discordias sedat accommodatio ad aliorum voluntatem. Proponamus nobis Adriani Augusti tempora, & intuebimur animo consensionem mirificam Christianorum cum Ethnicis, cum Samaritanis, cum Judæis in colendo uno Deo, quem quidem Ægyptii vocabant Serapin, sed quem Imperator ille declaravit esse ipsummet quem Christiani, Judæi & Samaritæ colunt. Id elucet ex ejus epistolâ ad Servianum Consulem, quam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam refert Flavius Vopiscus in Saturnino. *Illi*, inquit, *qui Serapin colunt Christiani sunt: & devoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt. Nemo illic archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus, non aruspex, non aliptes*, qui non Serapin colat. *Ipse ille Patriarcha quum Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum . . . Unus illis Deus est. Hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes venerantur & gentes.* Adeò perspicua Imperatoris declaratio Christianos ex magno timore colligebat: quip-

pe quæ levabat eis suspicionem omnem idololatriæ, quæ in omnium aures influebat nomine Serapidis, quandiu eo non intelligebatur Judæorum, Samaritanorum atque Christianorum Deus.

SAM. 5. Serapis quem Jovem putant Gentiles apud Diodorum lib. 1. Biblioth. pag. 15. non poterat non adducere eos in cognitionem Dei Samaritanorum; cùm templum ipsi dedicatum jam viderimus inscriptum Jovi, & nihil inde detrahatur de dignitate ejus & sanctitate. Damascius apud Photium codice CCXLII. Bibliothecæ celebrat Har-Garizum, seu montem Garizin, *ἐν ᾧ Διὸς ὑψίστου ἁγιώτατον ἱερὸν in quo summi Jovis sanctissimum templum est.* Quòd *Har-Garizus* sit mons Garizin, nullus est dubitandi locus: quia vocula Hebræa הר *Har* significat montem, & quia laudatus Damascius ponit juxta Har-Garizum Neapolim Palæstinæ, quæ est Neapolis Samariæ juxta montem Garizin sita. Si autem Judæorum Samaritanorúmque sit unus idémque Deus: etiam in summo illo Jove Deus Judæorum intelligitur. Habent Christiani suum Augustinum, apud quem lib. 1. de consensu Evangelistarum, cap. 22. *Varro* Romanorum, *quo doctiorem apud se neminem inveniunt, Deum Judæorum Jovem putavit, nihil interesse censens quo nomine nuncupetur, dum eadem res intelligatur.* Sapientes Ethnicorum non movent gesta illa Jovis abjecta & jacentia quæ canuntur à Poetis. *Ista, inquiunt, fabulæ sunt aut interpretandæ à sapientibus, aut ridendæ. Nos autem Jovem colimus, de quo ait Maro;* Jovis omnia plena: *id est omnia vivificantem spiritum. Meritò ergo & Varro Jovem opinatus est coli à Judæis, quia dicit per Prophetam illorum;* CÆLUM ET TERRAM EGO IMPLEO. Jerem. XXIII. 24.

CATH. 6. Etiam hodie ignominiam & dedecus Garizitani templi canis, ô Samaritane? Tu quoque, ô Politice, vis afferre mihi pacem iniquissimam cum hostibus librorum novi testamenti? Non in cognitionem Dei Christianorum, Hebræorum atque Samaritanorum Gentilem ducunt Deorum ejus nomina: sed illum ipsi quasi unum ex istis exprimunt, objiciuntque. Varronis theologia vanissima non disseruit de suo Jove secundum notionem Dei Judæorum, sed de Deo Judæorum ratiocinata est secundum notionem sui Jovis. Dicit enim idem auctor apud Divum Augustinum lib. 4. de Civit. Dei, cap. 31. *quòd ii soli ei videantur animadvertisse, quid esset Deus, qui crediderunt eum esse animam, motu ac ratione mundum gubernantem.* Et lib. 7. cap. 6. adhuc de naturali theologia præloquens dicit *Deum se arbitrari esse animam mundi, quem Græci vocant κόσμον, & hunc ipsum mundum esse Deum.* Quo quid disjunctius est à notione Dei Judæorum, qui hunc ipsum mundum fecit? Adriani superstitio non modica cultum ab Ægyptiis Serapidem non adscivit ad Deum quem agnoscunt Christiani, Judæi & Samaritani: sed istum aliquando censuit esse Serapidem Ægyptiorum. Damascii impietas & blasphemia sanctissimum vocavit templum Garizitanum non propter verum Deum, sed propter suum Jovem cui inscribebatur. Samaritani dissimulatio finit potius quempiam ferri præcipitem in Gentilismum, quàm à Gentilismo averti. Unde Marinus Procli successor, de quo memoratus Damascius agit apud laudatum Photium, *Samaritanus initio factus cùm esset*, tandem *ad Gentilismum se convertit.* Si fuerint Christiani qui dissimulatâ

verâ

verâ religione superstitionem Gentilium simulaverint, eos hâc in re culpo, non imitor. Scio enim cum Sancto Augustino lib. 18. de Civit. Dei, cap. 51. quòd *non desunt, imò multi sunt intùs, qui corda piè viventium suis perditis moribus cruciant: quoniam per eos blasphematur Christianum & Catholicum nomen. Quod quantò charius est eis, qui volunt piè vivere in Christo, tantò magis dolent, quod per malos intùs positos fit, ut minus quàm piorum mentes desiderant, diligatur. Ipsi quoque Hæretici cùm Christianum cogitantur habere nomen, & sacramenta Christiana, & Scripturas, & professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum: quia & multi volentes esse Christiani, propter eorum dissensiones hæsitare coguntur, & multi maledici etiam in his inveniunt materiam blasphemandi Christianum nomen: quia & ipsi quoquo modo Christiani appellantur.*

ETH. 7. De me multa te sollicitant, ô Catholice, angúntque; dum nihil unquam dare meis ritibus satagis. An putas me ita allici & rapi ad tuum Evangelium? Jam minas nolo jactare, pericula nolo intendere, formidines nolo opponere. Sed quæso, venustiùs & concinniùs agamus.

CATH. 8. Venustas Evangelii non patitur insulsitatem superstitionum Ethnicarum. In illis acquiescere est præbere se durum & agrestem, est invenustè, inconcinnè, inelegantet agere. Experimento id probant, quotquot admovent aures ad Evangelicam veritatem, quotquot illam amant. Veraces autem esse libros Evangeliorum, reliquósque novi fœderis, quis nisi desipiens poterit inficiari? Rem vestris suffragationibus committo; ut nemo non cognoscat æquitatem causæ quam tueor. Ac tu primùm, ô Judæe, qui nondum es locutus, dic nobis quæ te tui scriptores docent.

JUD. 9. Me incitas, ô Catholice, multò plusquàm mea ferret voluntas. Scis quantâ contentione Judæi cum Christianis certant de Christo seu Messia, cujus adventum prædicant libri quos novi testamenti dicis. Non aliam ob causam *Synagogæ Judæorum fontes persecutionum* reputantur à Tertulliano, libro inscripto *Scorpiacè*. Non aliam ob causam Judæi apud tuum Justinum in Dialogo cum Tryphone diris devovent in suis Synagogis τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ τὸν Χριστὸν *credentes in Christum*. Et apud Hieronymum, commentariis in caput 5. Isajæ, *ter per singulos dies in Synagogis, sub nomine Nazaræorum anathematizant vocabulum Christianum.* Odium illud implacabile potuitne tibi fuisse aliquando propitium?

CATH. 10. Nedum potuit, sed fuit revera: ut eluceret esse *salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos*, juxta dictum Zachariæ patris Joannis Baptistæ apud Evangelistam Lucam, cap. I. v. 71. Non dubito tibi tuisque molestam fuisse veritatem. Siquidem ex ea tantum odium natum est. At neque ignoro vinci hujusmodi molestiam simplici ratione veritatis, quam vel inviti confessi sunt aliquando tui scriptores. Age ergo, narra nobis simpliciter & candidè, quæ antiquiores Hebræi saltem dixerunt.

JUD. 11. Non diffitebor fuisse Hebræos qui putaverint jam venisse Messiam, eóque die esse natum quo excisa fuit à Romanis Hierosolyma. Nam id

id tradit R. Selomoh Jarchi. Ex his etiam quæ alii Rabbini tenent de adventu Messię, ut R. Ghedalias in Catena Cabalę, R. Bechai in caput secundum Genesis, R. Azarias in lumine oculorum, R. Saadias, & R. Levi ben Gherson in Danielem, R. Abraham Hannasi in libro *Meghilat hameghilah*, R. Moses filius Nachmanis in libris de Fine & de Redemptione, Abrabaniel in Isajam & Jeremiam, dicendum esset elapsum esse illud tempus. Adhęc plerique è veteribus magistris pro certo habuerunt, stante Templo secundo vel venturum fuisse Messiam vel venisse; ut constat ex Thargumista Cantici Canticorum ad caput septimum & octavum, item ex Echa Rabbathi, & ex capite ultimo libri Sanhedrin, ubi R. Akiba docet Messiam esse *Desideratum cunctis Gentibus*, cujus adventus novam Templo secundo gloriam erat conciliaturus, dicente Domino per Aggęum, cap. II. vers. 7. & 8. *Adhuc unum modicum est, & ego commovebo cælum, & terram, & mare, & aridam. Et movebo omnes Gentes:* ET VENIET DESIDERATUS CUNCTIS GENTIBUS: *& implebo domum istam gloria.* Inter Hebręos qui viderunt extrema hujus templi tempora, maximè celebratur Josephus scriptor Antiquitatum Judaicarum. Is libro 18. cap. 4. ingenuè narrat venisse his temporibus Christum prętnunciatum à prophetis, nempe Jesum qui plurimos & ex Judęis & ex Gentibus pertraxit ad se. Ait enim: *Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ· εἴ γε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής· διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τ᾽ ἀληθῆ δεχομένων· καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο· ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν· καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων παρ᾽ ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες· ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων· εἰς τε νῦν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.* *Fuit autem per id tempus* JESUS, *vir sapiens; si modò virum illum dicere oportet. Erat enim admirabilium operum effector, magister hominum qui vera libenter accipiunt. Ac multos quidem Judæos, multos etiam Gentiles ad se pertraxit. Christus hic erat: cumque ipsum à primoribus nostris accusatum Pilatus damnasset ad crucem, ab eo diligendo non destiterunt qui primùm cœperant. Apparuit enim ipsis tertio post die redivivus; cùm divini Prophetæ hæc aliaque innumera prodigia de eo prædixissent. Neque ad hanc diem defecit denominatum ab eo Christianum genus.* Idem scriptor lib. 20. cap. 8. celebrat Jacobum τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ, τοῦ Χριστοῦ λεγομένου, *fratrem Jesu, qui dicitur Christus.* Meminit & alibi Joannis cognomento Baptistę, Herodis qui illum interfecit, Herodiadis, Pontii Pilati, Caiphę, Agrippę, Festi, Felicis, aliorùmque in Novo Testamento memoratorum.

POL. 12. Stupiditatem nostri Judęi cognoscite. Testem de Christo Jesu adhibet Josephum, quem tamen ita esse locutum plures hodie inficiantur.

CATH. 13. Qui, nisi Criticę intemperantioris auctores? Germanum Josephi fœtum esse pręclarum illud de Christo Jesu testimonium, quod apud eum legitur, ostendunt quotquot reperiuntur Josephi codices sive typis sive calamo exarati, sive Gręci sive Latini, qui omnes mirè consentiunt

in

in retinendo hoc testimonio : Illius sinceritatem nemo veterum negavit, nemo ipsorum vocavit in controversiam : dum tamen multi inter illos, iique gravissimi, locum adeò celebrem laudarunt, exscripseruntque ; ut Eusebius in tertio Demonstrationis Evangelicę & in primo Historię Ecclesiasticę Cap. XI. ut S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, agens de Josepho ; ut S. Isidorus Pelusiota lib. 4. epist. 225. ut Sozomenus lib. 1. cap. 1. quibus adde Georgium Cedrenum in Historiarum Compendio pag. 196. Nicephorum Callisti lib. 1. cap. 39. & Suidam in Lexico, verbo Ἰώσηπος. Cùm idem ille scriptor aliis in locis minimè dubiis & controversis meminerit *Joannis Baptistæ & Jacobi fratris Jesu τοῦ Χριστοῦ λεγομένου qui Christus dicitur*: cúmque retulerit, multos Judęos hortatore Joanne Baptista ad virtutem & pietatem fuisse excitatos; nec siluerit aquę lavacrum quod in pœnitentiam ille adhibuit ; ad hęc narraverit bonos omnes ęgrè tulisse factum Anani Pontificis letho dantis Jacobum fratrem Jesu : quis rectè dubitare potest eum dixisse testimonium de ipso Jesu, cujus nomen longè illustrius clariúsque fuit? Si facta hujus Judęi ostendant eum non habuisse pro Christo, quem Christum dixit, quia non accessit ad fidem Christi ; non ideò spuria & adulterina censenda sunt verba, quę in ejus scriptis declarant eundem Christum. Nam & Philosophi Gentiles *cùm cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt : sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.* Rom. I. 21. Evanuit revera Josephus in cogitationibus suis, cùm per turpissimam assentationem accomodavit Vespasiano jactata per id tempus de Messia totius orbis moderatore oracula. Dicit enim lib. 7. de Bello Judaico, cap. 31. τὸ δὲ ἐπᾶραν Ἰουδαίους μάλιστα πρὸς τὸν πόλεμον, ἦν χρησμὸς ἀμφίβολος ὁμοίως ἐν τοῖς ἱεροῖς εὑρημένος γράμμασιν, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης· τοῦτο οἱ μὲν ὡς οἰκεῖον ἐξέλαβον, καὶ πολλοὶ τῶν σοφῶν ἐπλανήθησαν περὶ τὴν κρίσιν· ἐδήλου δ' ἄρα τὴν περὶ ΟΥεσπασιανοῦ τὸ λόγιον ἡγεμονίαν, ἀποδειχθέντος ἐπὶ Ἰουδαίας αὐτοκράτορος. *Quod autem Judæos ad bellum maximè impellebat, erat vaticinium ambiguum, similiter repertum in sacris literis, quòd per id tempus ex regione aliquis eorum imperaret toti orbi. Id nonnulli quidem ut proprium accipiebant, & multi sapientum in ferendo judicio decepti sunt. Oraculum autem significabat simul imperium Vespasiani, renunciati in Judæa imperatoris.* Dum Josephus ait eo loci, quod oraculum in sacris repertum literis prænuncium ejus, qui ex Judęa toti orbi imperaret illo tempore, ἐδήλου ἅμα *significabat simul* imperium Vespasiani, ostendit se soli Vespasiano non aptasse vaticinia Christi prænuncia, sed putasse illum orbis moderatorem quem ex Judæa promittebant prædicta in sacris paginis Messiæ tempora, esse Vespasianum, alias verò Messiæ notas alteri à Vespasiano competere. Cùm enim cerneret in his Messiæ temporibus neminem ex Judæis obtinere temporarium ac terrenum imperium orbis, quale expectabatur à terrenis & carnalibus; oculos conjecit in Vespasianum, creatum in Judæa orbis Romani imperatorem. Rabbini complures comminiscuntur duos Messias, alterum infelicem & ærumnis ac cruentæ morti devotum, alterum Israelitici regni vindicem, summam gesturum gloriam, & dispersos Israelitas congregaturum, juxta

 do-

doctrinam quam habent in libro sexto partis secundæ Thalmudis, & in Beresith Rabba. Quid ergo mirum si Josephus raptus partim cæco assentationis impetu, partim terrenâ Judaismi cupiditate, duos quoque admiserit, quibus aptaret res Messiæ, alterum, nempe Jesum, afflictum, ærumnosum, & ignominiosæ mortis supplicio addictum; alterum nempe Vespasianum, temporario ac terreno orbis Romani imperio clarum? Nec incredibile est hunc scriptorem dixisse Jesum fuisse mirabilium operum patratorem, & inde ejus supra homines excellentiam quandam agnovisse, nec tamen esse amplexum Christianam legem: quandoquidem Christus dixit de Judæis, qui perspectis miraculis quæ ipse patraverat, nihil remittebant de sua pertinacia; *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*. Joan. XV. 24. Quin & in libris veterum Hebræorum, maximè in *Avoda Zara* Thalmudis Jerosolymitani, & in *Midrasch Coheleth*, traditur haustus veneni & serpentium morsus nomine Jesu sanatos fuisse; nec tamen illi verpi credunt in Jesum. Ipsi quoque Mahummedani miraculis à Christo Jesu patratis habent fidem, quamvis Christianam religionem aspernentur.

ETH. 14. Oraculum quod Vespasiano accommodavit Josephus, est mihi exploratum ex Tacito & Suetonio, celeberrimis rerum Romanarum scriptoribus. Juxta istum in Vespasiano, cap. 4. *percrebuerat, Oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur*. Juxta illum libro Historiarum quinto, *pluribus persuasio inerat, antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur*. Si ista non quadrant in Vespasianum, ut tu, Catholice, contendis; saltem me docent vaticinium hoc per ea tempora fuisse implendum secundum persuasionem quæ pluribus inerat ex antiquis Sacerdotum literis, & secundum veterem & constantem opinionem quæ percrebuerat Oriente toto. Notum est præsertim ex laudato Suetonio natum esse Vespasianum sub Cæsare Augusto, sub quo ortum Christi ponis ex capite secundo Evangelii secundum Lucam. Descriptio orbis ex ejusdem Augusti edicto facta his temporibus juxta idem Evangelium verissima est, quam nec Porphyrius, nec Celsus, nec Julianus Augustus, Christianis infensissimi ausi sunt negare. Nemo quoque Gentilium reclamavit sive Justino Christianorum defensori, Antoninum Pium Augustum, ipsúmque senatum Romanum provocanti in majori Apologia ad tabulas censuales, quæ probabant Christum Jesum natum esse Bethleemi: sive Tertulliano lib. 4. contra Marcionem cap. 7. loquenti *de Censu Augusti, quem testem fidissimum Dominicæ nativitatis Romana Archiva custodiunt*. Spelunca Bethleemitica in qua Dei Christianorum cunæ fuerant, ostendebatur ab ipsis Ethnicis ut nosti ex Origene lib. 1. contra Celsum. Atrocissimam Infantium cædem, quam Evangelista Matthæus capite secundo narrat ab Herode perpetratam his Christi nati temporibus, memorabili dicacitate prosequitur Augustus apud Macrobium lib. 2. Saturn. cap. 4. *Cùm audisset*, inquit, *inter pueros, quos in Syria Herodes rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait, Melius esse Herodis porcum esse quam filium*. Jesum prænunciasse futura tradidit Phlegon Trallianus, Adriani Imperatoris libertus, in Chronicis quæ citat Origenes lib. 2. contra Celsum.

Idem

Idem Phlegon meminit in his chronicis prodigiosissimi deliquii Solis, Imperante Tiberio facti, quo tempore Christus mortuus est: ut pridem observarunt Origenes, Africanus, Eusebius, Hieronymus, Georgius Syncellus, & Philoponus, quorum loca tritissima sunt. Sed & Archiva Romanorum tribuerunt testimonium huic prodigio. Id quod minimè latuit Tertullianum in Apologetico cap. 21. *Eum*, inquit, *mundi casum relatum in Archivis vestris habetis*. Quòd mors Christi inciderit in Tiberii tempora sub Pontio Pilato, disertissimè testatur Tacitus lib. 15. Annalium. Loquens enim de Christianis, quos suppliciis affecit Nero, ait: *Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperitante per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat*. Probrosa illa mors non impedivit quominùs divinitas Christo quandoque data sit ab Ethnicis Imperatoribus. Nam Alexander Severus (ut Ælius Lampridius refert in ejus vita) *Christo templum facere voluit, eumque inter deos recipere. Quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri . . . Sed prohibitus est ab iis qui consulentes sacra, repererant omnes Christianos futuros, si id optatò evenisset, & templa reliqua deserenda*. Nec enim verbera, vincula, supplicium crucis, quibus affectus est Christus, possunt quidqnam apud sapientes detrahere de ejus justitia: quia de Justo qui contrarius est operibus impiorum, scripsit Plato in secundo de Republica: *Justo illi qui sic animo comparatus erit, verbera imponentur, injicientur vincula, oculi eruentur. Idem postremò omnia hæc perpessus, agetur in Crucem*. Joannes Evangelista qui Christi divinitatem sublimiter prædicat ipso statim exordio sui Evangelii, Barbari nomine cognitus est & citatus ab Amelio Platonico Philosopho probante ex ejus dictis æterni Verbi per quod omnia facta sunt, divinitatem & incarnationem. Ait enim ille apud Eusebium lib. 11. præpar. Evang. cap. 19. & apud Cyrillum Alexandrinum lib. 8. contra Julianum: *Atque hoc planè Verbum erat, per quod, sempiternum cùm esset, existebant omnia quæ fiebant, quemadmodùm Heraclitus loqueretur: Quod ipsum videlicet Barbarus etiam ille, apud Deum in principii gradu ac dignitate constitutum, imò & Deum simul esse pronunciat: per quod facta simpliciter omnia sint, in quo quicquid factum est, & vivens, & vita, & aliquid pro sua quodque natura fuerit. Idem porrò in corpora delabi tradit, & carne indutum, humanam speciem præ se ferre, sic tamen ut sua intereà natura Majestatem ostendat: adeoque solutum ubi jam fuerit, Dei locum denuò capessere, ac Deum prorsus eumdem esse, qui erat, priusquàm in corpus atque in carnem hominemque descenderet*.

POL. 15. Te pœnitebit, Ethnice, quòd tanta fueris fassus. Ego quidem tibi & vigilias & custodias polliceor. Sed, amabo te mi frater! ne ita dilapides eruditionem tuam. Gentilium tuorum dicta reserva tibi ad aliud negotium. Cave interim, ne quod temerè fassus es, profitearis tandem, & à diis tuis deficias. Non deficies, si Christum in numero Deorum tuorum ponas, si Christianos Deorum tuorum contemptores non imiteris. Christicola quem tutò poteris æmulari, est Alexander Severus, qui, teste Ælio Lampridio à te laudato, *si facultas esset, id est, si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in larario suo (in quo & divos principes, sed optimos electos & animas sanctiores, in queis & Apollonium, & quan-*

quantum scriptor suorum temporum dicit, CHRISTUM, *Abraham*, *& Orpheum*, *& hujuscemodi deos habebat*, *ac majorum effigies*) *rem divinam faciebat*. Christiani quidem non patiuntur hujusmodi consociationem; cùm & Tablina in quibus ponebantur majorum effigies, habeant *Tabularia Idolorum*; ut ea vocat Tertullianus lib. de Idololatria, cap. 10. Sed quis Gentilium ferre id posset? Si nonnulli tribuerint præconium Christo, nihil de laude & prædicatione Deorum suorum derogare voluerunt, nihil de cultu illorum detrahere. Habent Ethnici sua oracula, quæ, si Christum celebraverint, despicatissimos contemptissimósque habuerunt Christianos Deorum irrisores. Porphyrius id observat apud Augustinum lib. 19. de Civit. Dei, cap. 23. *Præter opinionem*, *inquit*, *profectò quibusdam videatur esse quod dicturi sumus*. *Christum enim dii piissimum pronunciaverunt*, *& immortalem factum*, *& cum bona prædicatione ejus meminerunt*. *Christianos autem pollutos*, *inquit*, *& contaminatos*, *& errore implicatos esse dicunt*. Deinde profert quæ id declarant, oracula Hecates.

CATH. 16. *Quis* (ut eloquar S. Augustinum mox laudatum) *ita stultus est*, *ut non intelligat aut ab homine callido*, *eoque Christianis inimicissimo hæc oracula fuisse conficta*, *aut consilio simili ab impuris dæmonibus ista fuisse responsa*, *ut scilicet*, *quoniam laudant Christum*, *propterea credantur veraciter vituperare Christianos*: *atque ita*, *si possint*, *intercludant viam salutis æternæ*, *in qua fit quisque Christianus? Suæ quippe nocendi astutiæ milleformi non credunt esse contrarium*, *si credatur eis laudantibus Christum*, *dum tamen credatur etiam vituperantibus Christianos*: *ut eum*, *qui utrumque crediderit*, *talem Christi faciant laudatorem*, *ne velit esse Christianus*. Itaque, Ethnicis approbantibus, in magna laude ponendus est Christus, quippè quem alii piissimum & immortalem fateantur, alii agnoscant prophetam verè præscium futurorum, alii Deum habeant: nec alios lateat eum esse Verbum sempiternum, quod in carnem hominémque descendit. Lex ergo Christi est lex sancta, lex piissima, lex divina: Christianus eam amplectens, eam profitens, est laudandus, est imitandus: libri novi testamenti, in quibus describitur, componitur & sancitur, sunt legendi, sunt recipiendi. Christo veracissimo credendum est dicenti in libris illis veridicis: *Nemo potest duobus Dominis servire*. Matth.VI.24. Christus natus Bethleemi, etiam secundum Ethnicos, eo ipso tempore, quo expectabatur Dominator ex Judæa, constanti famâ atque omnium sermone celebratis in Oriente prænunciis hujus dominatoris vaticiniis antiquissimis, est ille de quo Michæas cap. 5. vers. 2. dixit: *Et tu*, *Bethlehem Ephrata*, *parvulus es in millibus Juda*: *ex te mihi egredietur qui sit* DOMINATOR *in Israel*, *& egressus eius ab initio*, *à diebus æternitatis*. Augustus sub quo natus est unus ille Dominator, non sine divina dispositione *Dominum se appellari*, *ne à liberis quidem aut nepotibus suis*, *vel seriò vel joco passus est*: ut refert Suetonius cap. 53. Alexander Severus qui Christi divinitatem agnovit, colens tamen eum cum falsis diis, ut non uni serviret Domino, præbuit se æquè impium ac Alexander magnus, qui, ut ait S. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei, cap. 45. *hostias immolavit in Dei templo*, *non ad eius cultum vera pietate conversus*, *sed impia vanitate cum diis eum falsis colendum putans*. Est hæc vesania pseudopoliti-

Digitized by Google

depoliticorum confundere vera eum falsis, impia & superstitiosa piis ac religiosis intexere, sacra admiscere profanis, humana cum divinis implicare. Quod bonum, quod malum, quod prohibitum, quod concessum, modò cernatur accommodatum, est eorum animis acceptissimum. Fuit & contaminatissimus turpissimúsque imperator Antoninus Heliogabalus, qui, ædificato Romæ templo Deo suo Heliogabalo seu Elagabalo, *dicebat* (Ælio Lampridio teste) *Judæorum & Samaritanorum religiones, & Christianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret.* Vide, ô Politice, quem patronum habet tua insania.

POL. 16. Quid vocas insaniam? Moderare animo, & attende paulisper quid dicas. Res nihili, ut video, te magnâ animi perturbatione commovent, te inani cogitatione percutiunt. *Scimus quia nihil est idolum in mundo*: ut ait Apostolus in prima ad Corinthios, cap. VIII. v. 4. Sciebat & hoc Christianus recumbens in idolio illo Carthaginensi, eujus meminit S. Augustinus serm. VI. de Verbis Domini, eap. 6. Discumbens enim *apud falsos deos*: *Non est*, *inquit*, *Deus*. Quid ergo metuis? Quæ timiditas te tenet? Nihili terrore commovêris?

CATH. 17. Attende tu paulisper, dementissime Politicorum, & cogitationem sobrii hominis aliquando suscipe. Deus Idololatrarum Deus non est, quia deus falsus est, & quia nihil est idolum in mundo. *Sed quomodo ab ipsis habeatur, attende, non quid sit*, ait laudatus Augustinus. *Nam & ego tecum scio, quia lapis est . . . Novimus quia non est Deus: utinam & ipsi sic norint. Sed propter eos, qui hoc non norunt, infirmos, non debet percuti conscientia ipsorum. Hoc monet Apostolus. Nam & illi quod numen habeant, & pro numine accipiant illam statuam, ara testatur. Quid illic facit ara, si illud non habetur pro numine? Nemo mihi dicat; Non est numen, non est Deus. Jam dixi: utinam sic ipsi norint hoc, quomodo novimus omnes nos. Sed quid habeant, pro qua re habeant, quod ibi faciant, ara illa testatur. Convicit omnium colentium mentes, non convincat recumbentes.* Si fuerint Gentiles qui rem divinam fecerint mortuis, quamvis putarent animam post discessum à corpore dissolvi & redire in quandam mundi generalitatem, quemadmodùm *Romani faciebant, comburentes cadavera, ut statim anima in generalitatem, id est in suam naturam rediret*, ait Servius in tertium Æneidos: tantum abest, ut inde excusabilior fuerit eorum idololatria, ut ex adverso accusabilior fuerit. Illis enim possemus dicere quod impiis Manichæis aiebat S. Augustinus lib. 20. contra Faustum, cap. 9. *Hæc omnino non sunt, & colitis ea. Hinc vos Paganis dicimus deteriores, eo tantum similes, quòd multos deos colitis; eo verò in pejore parte dissimiles, quòd illi pro diis ea colunt, quæ sunt, sed dii non sunt: vos autem colitis ea, quæ nec dii, nec aliquid sunt, quoniam prorsus nulla sunt.*

SAM. 18. Nihil exprimere ab isto Catholico, nihil ullo pacto possumus ab illo extorquere. Non modò eonatus nostros refutat, refrænat, comprimit: verum etiam cernit jam animo, præripitque divertieula & flexiones quæ contra ejus doctrinam adhuc quæri & inveniri possent. Nolo ulterius pro idolis vocem mittere, nolo contendere de novo templo Garizitano.

tano. Vereor enim ne hoc idem in novo contingeret, quod in veteri inscripto Jovi; ut tandem ritibus Christianis cederet. Nam Zeno Augustus ædificavit in vertice montis Garizin templum quod dicavit Deo Optimo Maximo sub invocatione Virginis quam Deiparam habent Christiani. Refert id Procopius libro primo de ædificiis Justiniani Imperatoris. Ad Messiæ adventum quod attinet, timidè dico, sed tamen dicendum est, veteres Samaritanos agnovisse prophetias de Messia quem expectabant, debuisse impleri eo tempore, quo Christiani eas tenent in suo Christo impletas. Notum est Simonem Magum fuisse his temporibus. Notum est Dositheum Samaritanum genere floruisse temporibus Simonis Magi: nam eum συνακμάσαντα κατά τε τοὺς χρόνους Σίμωνι τῷ μάγῳ *æqualem & contemporaneum Simoni Mago* dicit Eulogius Alexandrinus apud Photii Bibliothecam, Cod. CCXXX. Atqui iste Dositheus voluit persuadere Samaritis suis, ὅτι αὐτὸς ἦν προφητευόμενος ὑπὸ Μωυσέως Χριστὸς *quòd ipse erat Christus prædictus à Mose*, & visus est induxisse nonnullos in suam sententiam; quemadmodum narrat Origenes libro I. contra Celsum, & confirmat laudatus Eulogius. Evanuit quidem secta Dositheanorum, & Samaritani etiamnunc expectant suum Messiam. Attentâ tamen origine hujus sectæ, cogor asserere priscos Samaritanos qui alium à Christo Jesu Messiam agnoverunt, convenisse cum Christianis de tempore adventûs Messiæ.

CATH. 19. Convenias ergo & de Christo necesse est, ô Samaritane. Habes quam imiteris, mulierem illam Samaritanam, dicentem Christo Jesu apud Joannem Evangelistam Cap. IV. v. 25. *Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus*. Habes & apud eundem Evangelistam, quòd *multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis*. Ibid. v. 39. Scriptum à Joanne Evangelium non potest tibi suspectum esse. Non soli Christiani illud norunt. Audisti jam Ethnicum qui illud probavit, Amelium Platonicum Philosophum. *Nec defuerunt qui de Joannis Evangelio confirmarint, illud Hebraicè translatum asservari Tiberiade* ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων γαζοφυλακίοις *in Judæorum Gazophylaciis*: ut refert Sanctus Epiphanius Hær. 30. quæ est Ebionitarum.

20. Conspiratio & concordia Samaritanorum, Judæorum, Gentiliúmque ad admittendum unum idémque tempus, quo venturus erat Messias, & quo re verâ Christus Jesus advenit, non est coitio, non est factio, clandestino scelere conflata. Consensus quatuor Evangelistarum quorum incalliditatem, ingenuitatem, sinceritatem monstrat etiam historia illorum temporum sive à Josepho Judæo, sive à Cornelio Tacito, Suetonio, Phlegonte, aliisque Ethnicis scriptoribus, consignata literis & mandata monumentis, non est versutorum, fallacium, malitiosorum, vafrorum hominum; sed simplicium & apertorum, candidorúmque cultorum veritatis, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis narraverunt. Harmonia & concentus librorum Veteris Testamenti cum libris Novi, figurarum Legis cum veritate Evangelii, vaticiniorum testatissimæ antiquitatis cum exploratissimâ rerum longè post gestarum historiâ, non est solers subtilisque fictarum & commentitiarum fabularum in ordinem distributio, sed sapientissimum opus æterni summíque Dei, quo dictante, utrumque Testamentum

mentum scriptum est. Adhibiti testes contra adversarios librorum Novi Testamenti sive Samaritanos sive Judæos sive Gentiles ab ipsis Samaritanorum, Judæorum atque Gentilium subselliis malitiâ falsi fictique non sunt. Indicia omnia & vestigia veri Messiæ quæ in Christum Jesum quadrant ex libris receptis à Samaritanis, à Judæis, & quorum genuinam vetustatem ostendunt monumenta Ethnicorum, certissimo & ineluctabili argumento sunt Christum Jesum esse verum Messiam expectatum à Samaritanis, à Judæis, à Gentibus. Erant prætereà depositi apud Gentiles libri veteris Testamenti, libri prænuncii Christi Jesu, libri parantes ad legem Evangelicam, ex quo missi è Judæa Alexandriam Ægypti septuaginta interpretes, converterunt eos in Græcum coactu & efflagitatu Ptolemæi Philadelphi regis Ægypti qui sacros illos codices reposuit asservandos in celeberrima bibliotheca Alexandrina. Adhæc Hellenistæ Judæi utebantur passim per Ægyptum Græcâ hâc translatione.

21. Quid multa? Ipsa perfidia eorum qui sive ex Judæis, sive ex Samaritanis, sive ex Gentilibus, alium à Christo Jesu Messiam habuerunt, perhibuit testimonium de Christo Jesu, veritatem Evangelii manifestavit: cùm inde pateat, quod idem Christus prænunciavit, dicens; *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* (Joan. V. 43.) *Videte ne quis vos seducat: Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent.* (Matth. XXIV. 5.) Talis inter Samaritanos fuit vecordissimus Dositheus: fuit & consceleratus Simon magus, mentitus se Deum qui Samaritanis Pater, Judæis Filius, reliquis Gentibus Spiritus Sanctus apparuerit, ut refert S. Irenæus lib. 1. cap. 20. Talis tempore Hadriani Imperatoris fuit impostor ille procacissimus qui dicebatur *Barcochebas*, seu בר כוכבא *Bar-Cocheba*, id est *Filius Stellæ*; sed qui tandem post deprehensam imposturam vocatus est בר כוזיבא *Bar-Coziba*, id est *Filius Mendacii*. Tales fuerunt & alii non pauci, quorum petulantia & vafrities mox detecta & patefacta est.

22. Hæretici quoque in sui perniciem dant nobis perspiciendam veritatem & divinitatem librorum Novi Testamenti; cùm opere compleant, quod de illis est prænunciatum his in libris. Ibi enim Christus Dominus ait quòd *multi pseudoprophetæ surgent & seducent multos*: Matth. XXIV. 11. Ibi divus Paulus scripsit, quòd *oportet & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant*: 1. Corinth. XI. 19. Ibi juxta eundem Apostolum, *Spiritus manifestè dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam*: 1. Timoth. IV. 1. 2. Ibi juxta Apostolorum principem divum Petrum hoc primùm debemus scire *quòd venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes*: 2. Pet. III. 3. Ibi juxta Epistolam Catholicam B. Judæ Apostoli debemus esse memores *verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Jesu Christi*, dicentibus; *Quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus*. Itaque divinitas librorum Novi Testamenti ex eo etiam elucet, quòd venerint pseudoprophetæ, pseudoevangelistæ, pseudochristiani, qui pseudoevangelia confinxerint: qui

repu-

Digitized by Google

repudiaverint vera: qui vel aliquid de illis detraxerint: qui suppofuerint falfa Acta Apoftolorum, falfas epiftolas, falfas Apocalypfes; ut emen-titis patrociniis mendacia fua defenderent: qui abrogaverint fidem vel Actis Apoftolicis à B. Luca confcriptis, ut Cerinthus & Severus: vel quibufdam Epiftolis Divi Pauli, ut Tatianus & Encratitæ; vel multis, ut Bafilidiani & Marcionitæ; vel omnibus, ut Ebionitæ, Severiani, & Elcefaitæ: vel Epiftolæ Catholicæ B. Jacobi, vel fecundæ B. Petri, vel fecundæ & tertiæ B. Joannis, vel Catholicæ B. Judæ, ut alii Hæretici, maximè recentiores.

23. Ecclefia Chrifti quæ illufores iftos ferit anathemate eft omni re-prehenfione carens, fpectatiffimæ fanctitatis & fidei, invicta, inconcufsa, inexpugnabilis, columna & firmamentum veritatis, perpetua, univerfalis, Apoftolica; cui femper invigilat qui fupremam & infallibilem Petri cathedram tenet Romanus Pontifex, ut in aliud divinitatis librorum Novi Teftamenti argumentum impleatur quod in illis prænunciatum eft à Chrifto Domino dicenti ad Petrum: *Quia tu es Petrus, & fuper hanc Petram ædificabo Ecclefiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverfus eam.* Matth. XVI. 18.



Digitized by Google


Imprimatur, si videbitur.

Nicolaus Collius Vicarius Generalis.

Imprimatur,

Alexander Mazzinellius Reverendissimi Patris Magistri S. A. P. Vicarius.

Digitized by Google



DISSERTATIO I.

De Septuaginta Hebdomadibus

DANIELIS.



SELECTARUM Dissertationum in sacras Paginas, maximè *in Evangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundùm carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundùm Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri* (Rom. I.) exordium duco ab Danielis hebdomadibus. Quia, *si supputatis etiam temporibus hebdomadum, ille numerus pertractetur; non solùm Christus, sed etiam tempus reperitur, quo eum oportuit venire passurum*, ut scribit S. Pater Augustinus lib. 12. contra Faustum, cap. 44. Hoc in argumento versatus jam strictim summatimque fui digressione ad brevem exercitationem in monumenta Coptica Bibliothecæ Vaticanæ, quam proximè ante annum sæcularem decimum septimum edidi. Id statim egi, ut hebdomadas Danielis revocarem ad calculos hebdomadum annalium Hebraicarum, quarum character erat annus Sabbaticus. Juxta hunc modum numerandi, Hebræis usitatissimum, hebdomades sexaginta novem, ducendas ab edicto de instaurandis Jerosolymis usque ad Passionem Christi intellexi de totidem hebdomadibus annorum Hebraicis, quas ab Autumno anni periodi Julianæ 4264. ante vulgarem Christi epocham quadringentesimi & quinquagesimi, colligo ex characterismo annorum Sabbaticorum. Nihil habeo, quo discedam de hâc sententiâ. Imo plura in ejus confirmationem afferam, quæ in digressiunculâ desiderabantur. Cùm tamen observaverim, exquisitiùs re discussâ, hebdomadam annalem Hebraicam ad quam pertinet edictum, esse secundam hebdomadum annalium Reipublicæ Judæorum restitutæ, eumdemque in Danielis Prophetia esse terminum hebdomadum sexaginta novem ductarum ab edicto, & hebdomadum septuaginta abbreviatarum seu decisarum *super populum*, retentâ epochâ hebdomadum sexaginta novem, *septuaginta hebdomades quæ abbreviatæ sunt super populum*, mihi veniunt colligendæ ab Autumno anni periodi Julianæ 4257. ante æram Christianam

quadringentesimi quinquagesimi septimi, & postremi Olympiadis octogesimæ. Moram non traho ad demonstrandum Hebræos recepisse *hebdomadas annorum* in suis temporum enumerationibus. Id enim est notissimum ex lege de annis Sabbaticis & Jubilæis. Exploratum est quoque tales hebdomadas in usu fuisse extra Hebræos, præsertim apud Astrologos, Medicos ac Philosophos, qui *hebdomadibus humanam vitam emensi sunt*, teste Censorino De die Natali, cap. 14. Hinc certè *Septeni anni, qui hebdomatici à Græcis appellantur*, notantur à Julio Firmico lib. 4. Astronomicor. cap. 14. Hinc & apud Macrobium lib. 1. in somnium Scipionis, cap. 6. *post ter Septenos annos . . . quarta annorum hebdomas* ponitur pro quarta hominis ætate implendâ. Et D. Basilius Magnus in Psalmum 114. tres ætates hominis priores quas ducit *usque ad annum vigesimum primum*, scribit peragi ἐν τρισὶ ἑβδομάσιν ἐτῶν *in tribus hebdomadibus annorum*. Alia in idem argumentum, oblatâ occasione, extant inferius §. 3. Sit interim

§. I.

De tempore quo Daniel habuit revelationem de Septuaginta hebdomadibus.

1. IN *anno primo Darii filii Assueri de Semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum*, Septuaginta hebdomades patefactæ sunt Danieli, ut patet ex ejus capite nono, v. 1. & 24. Non planè convenit inter Chronologos de tempore hujus Darii. Qui putant novem annos regni Cyri notatos in mathematico regum Babyloniorum canone, statim post Nabonadium, ita esse numerandos, ut duo primi non tam ad Cyrum, quam ad Socium regni Darium Medum pertineant, reliqui verò septem sint solius Cyri, longè probabiliorem sententiam tuentur. S. Hieronymus lib. 1. commentariorum in Danielem, exponens locum jam laudatum scribit; *Hic est Darius, qui cum Cyro Chaldæos Babyloniosque superavit*. Græci vocarunt Cyaxarem Astyagis filium, quem sacræ paginæ dicunt Darium filium Assueri. De Cyaxare autem prodit Xenophon lib. 8. de Institutione Cyri, pag. 227. Cyrum ei seposuisse Babylone domum & palatia; ut si eò veniret, tamquam in sua posset divertere: *Cumque*, inquit, *se complexi salutassent, primum Cyrus Cyaxari dixit, domum & curiam ei Babylone selectam esse; ut si etiam eò veniret*, ὡς εἰς οἰκεῖα κατάγεσθαι *tamquam in sua divertere posset*. Ipse Daniel cap. 6. v. 28. ait de seipso; *porrò Daniel perseveravit usque ad regnum Darii, regnumque Cyri Persæ*. Et cap. 1. v. 21. *Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis*. Tum cap. 10. narrat visionem quam habuit *anno tertio Cyri regis Persarum*. Nempe annus tertius Cyri numeratus à consortio Darii Medi post captam Babylonem, erat annus primus ejusdem Cyri ex quo Monarchiam obtinuit; seu solus imperavit. Et quidem ex Mathematico Regum Babyloniorum canone Cyrus Babyloniis regnavit annos omnino novem post Nabonadium seu Balthasarem ultimum regum Chaldæorum. At ex Xenophonte lib. 8. de Instit. Cyri jam laudato, idem Cyrus, obtentâ monarchiâ, non pervenit ad annum nonum sed ἕβδομον ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς *septimum sui principatus*. Regnum ergo novennale Babylonicum Cyri complecti-

tur

Digitized by Google

tur in primis duos annos elapsos in consortio Darii Medi, seu Cyaxaris, tum septem qui ipsius Monarchiæ tempus explicant.

3. Hoc tempus Darii Medi insigniter confirmatur ex eo, quod Nabonadius, qui juxta Mathematicum canonem septemdecim annos regnavit Babylone ante novennale regnum Cyri, est ipse qui *Baltassar* dicitur in sacris paginis. Josephus lib. 10. Antiquit. cap. 12. texit catalogum successorum Nabuchodonosori, & Nabonadii loco ponit *Βαλτάσαρον τὸν καλούμενον Ναβοάνδηλον παρὰ Βαβυλωνίοις Balthassarum vocatum Naboandelum à Babyloniis*. *Naboandel*, per metathesim *Nabonadel*, inflexione Græcâ est *Nabonadius*. Et sanè, ut Nabonadius ante Cyrum regnavit annos septemdecim, ita Naboandel seu Baltassarus: *Sub Baltassare enim* (inquit laudatus Josephus) *capta est Babylon, anno regni ejus decimo-septimo. Hic finis fertur posterorum Nabuchodonosori. Darius autem cum extingueret Babyloniorum imperium adjutus à Cyro suo cognato, annum agebat sexagesimum secundum, qui fuit Astyagis filius, apud Græcos alio vocatus nomine*, nempe Cyaxaris. ut jam notavi. Respicit hîc Josephus ad finem capitis quinti Danielis, ubi dicitur, quòd, interfecto Baltassare rege Chaldæo, *Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duos*. Si Cyri mentio nulla fiat eò loci, id mirum non est; quia (ut scribit S. Hieronymus explanans illud Danielis) *quod vincente Cyro rege Persarum, & Dario rege Medorum, solus Darius successisse in regno scribitur: ordo ætatis, & propinquitatis, & regni est. Darius enim sexaginta duorum annorum erat; & majus regnum Medorum quàm Persarum legimus, & avunculus qui prior erat jure naturæ, successor regni debuit numerari.* Unde ad initium sequentis capitis, notato Darii Medi Cyrique Synchronismo, nos monet, ut *nemo perturbetur, quod nunc in regno Darii, nunc in regno Cyri, Daniel fuisse dicatur.*

4. Jam facile erit indagare quotus ante epocham Christi vulgarem fuerit annus primus Darii Medi, quo Danieli facta est revelatio de septuaginta hebdomadibus. Exploratissimum est ex Mathematico regum Babyloniorum canone regnum Babylonicum Cyri, adeóque & Darii Medi, sublato Nabonadio seu Balthasare, cœpisse anno æræ Nabonassari ducentesimo decimo, qui certissimâ Nabonassareorum annorum methodo iniit die quintâ mensis Januarii prolептici anni ante æram Christianam quingentesimi trigesimi octavi. Hoc igitur anno agebatur primus Darii Medi, quo Angelus patefecit Danieli futuras super populum ejus septuaginta hebdomadas.

5. Veteres chronologi qui epocham regni Cyri Persicam à Babylonicâ non distinxerunt, mirè confuderunt chronologiæ sacræ calculos: quia Cyrus, qui, expletis in regno Persico annis viginti novem juxta Herodotum, seu triginta inchoatis juxta Ctesiam, occubuit in bello Massagetico, *Persicum regnum obtinuit, cum Olympias ageretur quinquagesima quinta, uti ex Diodori Bibliotheca, Thalli & Castoris, necnon Polybii & Phlegontis historiis, aliisque præterea, qui Olympiadum seriem texuerunt*, docet Julius Africanus apud Eusebium lib. 10. præp. Evang. cap. 10. ubi etiam scribit expressè, quòd Cyri annus primus *νε' Ολυμπιάδος τὸ ἔτος τὸ πρῶτον erat Olympiadis LV. annus primus*. Hæc regni Cyri Persica epocha Babylonicam præcedit annis viginti & uno, si conjiciatur in annum ante æram Christianam quingentesimum quinquagesimum nonum, ante cujus æstatem labebatur annus primus Olympiadis quinquagesimæ quintæ; ita ut, additis annis novem, Babylonico Cyri imperio tributis in Mathematico canone, habeatur numerus annorum triginta, quibus definitum est à Ctesiâ Persicum illius regnum.

In sequentibus paragraphis epocham hebdomadum Danielis aperio. Nec enim conjici ullatenùs potest in annum primum Darii Medi vel Cyri, quo revelatæ sunt.

§. II.

§. II.

De Epocha Hebdomadum Annalium, quas propter annos Sabbaticos observarunt Judæi post obtentam ab Artaxerxe Longimano autonomiam.

6. SAbbaticorum Jubileorumque observatio, propter quam tempora per *hebdomadas annorum* numerabantur apud Judæos ex præscripto legis divinæ, postulabat ut populus suis legibus uteretur, suis prædiis. Unde loca aliena peragrantibus Israelitis ante ingressum in terram Chanaan, & Reipublicæ erectionem, injunxit quidem Deus legem anni Sabbatici & Jubilei, sed post ingressum observandam. *Quando*, inquit, *ingressi fueritis terram quam ego dabo, sabbatizes Sabbatum Domino . . . septimo autem anno Sabbatum erit terræ: requietionis Domini . . . Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta novem: & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in universa terra vestra. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim Jubileus.* Levit. XXV. Obiter hic nota Jubileum partim attinere ad annum quadragesimum nonum, partim ad quinquagesimum: Numeratis enim annis quadraginta novem, *mense septimo, decima die mensis*, aperiebatur Jubileus. Eo autem aperto, semente anni quadragesimi noni prohibitâ, messis anni quinquagesimi amittebatur, nec colligi poterant primitiæ vindemiæ, juxta illud; *Non seretis, neque metetis sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis, ob sanctificationem Jubilei.* Ibid. v. 11. Idipsum fiebat & in anno Sabbatico, qui idcirco partim pertinebat ad annum septimum, partim ad octavum. Unde sicut annus octavus ex anteriori parte Sabbaticus initium dabat alteri hebdomadi annorum terminatæ in altero Sabbatico; ita annus quinquagesimus ex anteriori solùm parte Jubileus inchoabat alteram hebdomadum annorum septimanam expletam in alio Jubileo. Quocirca *Jubilæus*, non quinquaginta annis solidis, ut plures arbitrantur, sed *septenis annorum hebdomadibus, id est, quadraginta novem annis texitur*, ut scribit S. Hieronymus in cap. 111. Esajæ. *Nam & septimus annus requiei erat in lege, sicut & septies septem decursis Jubileus fiebat annus magnæ remissionis*. ut scitè loquitur Paschasius Ratbertus, lib. 8. In Matthæum.

7. Judæi hodierni, quorum possessiones nullæ, tribuumque confusio maxima, nec Sabbaticos observant, nec Jubileos. Eandem ob causam cessaverat olim hujus rei observatio tempore captivitatis & dispersionis Babylonicæ, redactâ eorum terrâ in continuum Sabbatismum ob continuam solitudinem; ut compleretur quod minatus illis erat Deus Levit. XXVI. 33. his verbis: *Vos autem dispergam in Gentes, & evaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta, & civitates vestræ dirutæ. Tunc placebunt terræ Sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ; quando fueritis in terra hostili, sabbatizabit, & requiescet in Sabbatis solitudinis suæ, eò quòd non requieverit in Sabbatis vestris, quando habitabatis in ea.*

8. Se-

8. Septuaginta hebdomadas annales quas *super populum* suum abbreviatas intellexit Daniel, Judæos spectant liberatos servitute Babylonicâ, & suis legibus, suis possessionibus restitutos. Has ergo hebdomadas illustraturi debemus primùm inquirere in autonomiam concessam illis reducibus, velut in epocham hebdomadum annalium, quas numerandas habuerunt ad observandam legem anni remissionis, sive Sabbatici, sive Jubilei. Ideo enim Propheta Ezechiel commemorans *annum remissionis* ea inter quæ Judæi restituti suis legibus, suis terris, observaturi erant post captivitatem Babylonicam, epocham omnium ponit divisionem, seu distributionem terræ illorum. *Cumque*, inquit, *cœperitis terram dividere sorte* &c. Cap. XLV. 1. XLVI. 17.

9. Prædixerat Isajas futuram Judæorum per Cyrum liberationem, inducens Deum sic loquentem, cap. XLIV. 26. *Qui dico Jerusalem: Habitaberis; & civitatibus Juda: Ædificabimini, & deserta ejus suscitabo. Qui dico profundo: Desolare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro: pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem: Ædificaberis; & templo: Fundaberis.* Audientes nomen Cyri, non tam ipsum Cyrum, quam Cyri successorem aliquem possumus intelligere. Parentum enim, procerumque nomina apud Prophetas patronymicè sæpè sumuntur pro filiis & posteris. Sic apud Isajam, Jeremiam, Ezechielem & Oseam nomen Davidis tribuitur Messiæ; *quia David ille est, qui venit ex semine David.* uti loquitur S. P. Augustinus sermone XLVII. De Ovibus, in caput 34. Ezechielis, & fusius docet in libro de octo Dulcitii quæstionibus, quæst. viii. Sic & apud Aggæum Zorobabelis nomen eandem ob causam de Christo intelligitur. Et certè non uni Cyro convenit, quæ facienda erat per Cyrum Judæorum liberatio. Nec enim ille complevit omnem voluntatem Dei circa hanc liberationem, quippe qui facultatem eis non dedit reædificandi Jerusalem, constituendi populum ab aliis Gentibus segregatum, & plenè utendi patriis legibus. Qui Dei voluntatem in his complevit, fuit unus ex successoribus Cyri, Artaxerxes cognomento Longimanus. Imò pauci illi qui reversi sunt in Judæam sub Cyro ad reædificandum in ea templum, non erant sui juris ac mancipii; *quia filii captivitatis*; uti vocantur in primo Esdræ, cap. iv. v. 1. Sed & facultas reædificandi templum ipsis concessa, brevi post interiit, Cambyse in locum Cyri succedente. Quandoquidem *tunc intermissum est opus domus Domini in Jerusalem, & non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum.* ut fertur in eodem capite, v. 24. Quid quod redditâ eisdem Judæis facultate instaurandi templum isto Darii anno, soluta tamen non fuit eorum captivitas. Nam *adhuc in captivitate erant, & majore sui parte in Medis atque Chaldæis & Assyriis exulabant.* ut observat S. Hieronymus in caput primum Zachariæ.

10. Et sanè visio quam habuit Zacharias exeunte secundo Darii anno, non sinit, ut credamus Judæos hujus temporis captivitate Babylonicâ liberatos fuisse, & completam de illis omnem voluntatem Dei per Isajam jam laudatum dicentis *Jerusalem: Habitaberis; & civitatibus Juda: Ædificabimini, & deserta ejus suscitabo.* Ut quid enim Angelus, qui interpellabat pro Israel, videns cæteras orbis partes à suis populis habitari, arreptâ inde occasione deprecandi pro Judæis, dixisset ad Deum; *Domine exercituum usquequò tu non misereberis Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus es?* Zachar. 1. 12. Ut quid & alter Angelus his Judæos verbis hortatus esset ad relinquendum terram, in qua adhuc erant dispersi, & ad redeundum in regionem suam: *O, ò fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quattuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus. O Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis .... possidebit Dominus Judam partem suam in terra sanctificata; & eliget adhuc Jerusalem.* Ibid. cap. ii. vers. 6. 12. Nondum itaque desierat Babylonica Judæorum dispersio & captivitas, nondum respublica illorum erat restituta. Qui reversi erant in Judæam ad templum reædificandum, repentinis hostium incursionibus facilè exagi-

Digitized by Google

tandi, nudi à præsidiis, nudi à sufficienti multitudine, quæ viduatas urbes instauraret, impleret, defenderet, populifugia agere potius videbantur, quàm Rempublicam vel excitare vel condere. Uno verbo, *non populus* erant, sed fracta pars populi, seu *reliquiæ*, ad quas ne rebus suis diffiderent in tot angustiis, in tanta imbecillitate, in tanta dejectione: *Hæc dicit Dominus exercituum: Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi hujus in diebus illis, numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum. Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego salvabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus Solis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Jerusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, in veritate & in justitia. Hæc dicit Dominus exercituum: Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os Prophetarum, in die qua fundata est domus Domini exercituum, ut templum ædificaretur.* Ibid. cap. viii. vers. 6. Sic augebatur, sic firmabatur bona Judæorum spes confligens cum omnium rerum desperatione, anno Darii quarto, quo hæc Prophetia lata est.

11. De annis septuaginta desolationis templi, expletis Darii tempore, alius erit differendi locus. Nunc inquirendum in omnes annos per quos duravit tota captivitas Babylonica à deportatione Jechoniæ in Babylonem ad autonomiam concessam ab Artaxerxe Longimano. Baruchus Propheta capite sexto refert *exemplar epistolæ, quam misit Jeremias ad abducendos captivos in Babyloniam à rege Babyloniorum, ut annuntiaret illis secundùm quod præceptum est illi à Domino.* Ipso in limine tempus magnæ hujus captivitatis definitur septenis generationibus: *Propter peccata*, inquit, *quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi à Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis* USQUE AD GENERATIONES SEPTEM*: post hoc autem educam vos inde cum pace.* Frigidum esset explorare in re Assyriaca quot annos Græci & Latini postulent pro una generatione. Interpres ejus rei longè locupletior Tatianus Assyrius Oratione contra Græcos, & apud Eusebium lib. 10. præpar. Evang. cap. 11. *γενεὰς εἴκοσι generationes viginti* describit ἔτεσι τετρακοσίοις *annis quadringentis*, quòd una generatio complectatur vicenos annos: ideo fortè quia *infra eam ætatem viginti annorum videntur habiti pueri apud Hebræos, qui, sicut & mulieres, censeri non solebant, sed excipi*, ut doctissimè observat Lorinus ad versum secundum capitis primi libri Numeri. Itaque septem generationes sunt centum quadraginta anni. Re vera totidem intercessere à deportatione Jechoniæ in Babylonem ad autonomiam concessam in solutionem captivitatis Babylonicæ.

12. Et quidem deportatio illa Jechoniæ, quam *transmigrationem Babylonis* Scripturæ nominant, contigit *anno octavo regni* Nabuchodonosori. IV. Reg. XXIV. 12. Solutio autem captivitatis, & autonomiæ concessio facta est *anno septimo Artaxerxis regis*. I. Esd. vii. 7. Si Mathematicum Babyloniorum regum canonem jam consulamus, reperiemus *annum octavum regni* Nabuchodonosori fuisse centesimum quinquagesimum primum æræ Nabonassari, inito die vigesimâ mensis Januarii proleptici, anno ante epocham Christi vulgarem quingentesimo nonagesimo septimo: indeque elabixisse annos centum quadraginta terminatos in *anno septimo Artaxerxis regis*. Nempe triginta sex *Nabocolassari*, seu Nabuchodonosori. Duo *Ilvarodami* seu Evilmerodachi, cujus annus primus copulatur cum *trigesimo septimo anno transmigrationis Joachin regis Juda*. Jerem. LII. 31. & iv. Reg. XXV. 27. Quatuor *Niricassolassari*, seu Nerigilissari, in quibus continetur Laborolarduchi pueri novemmestris principatus. Septemdecim *Nabonadii*, seu Balthasari. Novem *Cyri*, quorum primi duo censentur communes cum Dario Medo, Cyaxare nuncupato à Græcis. Octo *Cambysis*, qui suppostitii Tanyoxarcis seu Smerdis menses septem complectuntur. Triginta sex *Darii* Hystaspis filii. Viginti & unus *Xerxis*. Denique septem *Artaxerxis*, cognomento *Longimani*.

13. Chro-

13. Chronicon Eusebii copulat annum primum hujus Artaxerxis cum Olympiadis septuagesimæ nonæ anno primo qui init æstate anni ante epocham Christi vulgarem 464. Eandem chronologiæ rationem tenuerat ante Eusebium diligentissimus temporum explanator Julius Africanus. Nam juxta illum *quando Artaxerxes rex vicesimum regni sui habebat annum, erat octogesimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus*. ut ex ejus quinto temporum volumine refert D. Hieronymus in cap. ix. Danielis. Id autem planè supponit annum primum ejusdem regis fuisse Olympiadis septuagesimæ nonæ primum; quia quinque Olympiades conficiunt annos viginti. Eosdem quoque calculos firmat canon Mathematicus Ptolemæi. Olympias enim septuagesima nona iniit anno Nabonassari ducentesimo octogesimo quarto, quem ille canon primum facit Artaxerxis Longimani. Adhæc Diodorus lib. xi. Bibliothecæ describens annum Olympiadis septuagesimæ octavæ quartum, quem clausit æstas anni ante Christianam æram 464. refert eo contigisse necem Xerxis, patris Artaxerxis, ipsumque Artaxerxem, Artabano regicidâ interfecto, imperii Persici gubernacula accepisse. Tum lib. xii. ad annum Olympiadis octogesimæ octavæ quartum, quo archon erat Athenis Stratocles, ait: Ἀρταξέρξης δ' ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα. *Artaxerxes verò Persarum rex mortuus est, cùm regnasset annos quadraginta*. Cùm ergo annus quadragesimus illius regni fuerit quartus Olympiadis octogesimæ octavæ, primus ejusdem regis fuit Olympiadis septuagesimæ nonæ primus. Ex his patet *annum septimum Artaxerxis* quem quærimus, copulandum esse cum Olympiadis octogesimæ anno tertio, qui iniit æstate anni ante Christianam æram quadringentesimi quinquagesimi octavi, & desiit cum vere anni ante eandem æram quadringentesimi quinquagesimi septimi.

14. Statutâ hâc regni Artaxerxis Chronologiâ, facilè astruemus epocham hebdomadum annalium ducendatum à concessâ Judæis reducibus autonomiâ. Edictum quod tunc Esdras obtinuit à rege, & habetur libro primo Esdræ capite septimo; ostendit primò plenissimam Judæis exulibus datam esse facultatem revertendi in patrium solum: *A me decretum est*, ait ad Esdram rex Artaxerxes, *ut cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, & de Sacerdotibus ejus, & de Levitis, ire in Jerusalem, tecum vadat*. Secundò leges suas reddit Judæis: *A facie enim regis, & septem consiliatorum ejus, missus es*, inquit, *ut visites Judæam & Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua*. Tertiò præter plura beneficia, quæ largè illis impendit, liberat tributo Sacerdotes, aliosque allectos in Sacrorum ministrorum ordinem, his ad exactores verbis: *Vobis quoque notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & cantoribus, & Ianitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas, non habeatis potestatem imponendi super eos*. Quartò confert Esdræ potestatem constituendi magistratus: *Tu autem Esdra*, inquit, *secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue judices & præsides, ut judicent omni populo, qui est trans flumen, his videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè*. Quintò concedit etiam jus gladii, nempe potestatem animadvertendi in facinorosos, quam meri imperii Jurisconsulti dicunt: *Et omnis*, inquit, *qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, judicium erit de eo, sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiæ ejus, vel certè in carcerem*.

15. His optimæ Reipublicæ dotibus instructi Judæi venerunt *in Jerusalem anno septimo Artaxerxis regis*. Qui ducebat eos Esdras *in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in primo die mensis quinti venit in Jerusalem*, 1. Esdr. vii. 9. Cùm *principium mensium* juxta legem Mosaicam esset à primo vere, nempe in mense Paschali, qui idcircò dicitur *primus in mensibus anni*, Exod. xii. 2. primus dies mensis primi quo Esdras cœpit ascendere de Babylone anno septi-

mo

mo Artaxerxis, spectat ad ver anni ante Christianam æram quadringentesimi quinquagesimi septimi, puta ad vigesimum quintum diem mensis Martii proleptici, quo commissum est novilunium. Primus verò dies mensis quinti fuerit hoc pacto vigesimus primus mensis Julii, quo quintum ab illo novilunium contigit, etiam juxta veterem Cyclum Judæorum, quem in alia dissertatione illustramus. Græci qui annos colligebant à diebus æstivis, Esdræ Judæorumque quos ducebat, adventum in Jerusalem cogerent conjiciendum in annum octavum Artaxerxis Longimani; quia jam desierat annus tertius Olympiadis octogesimæ, & inierat quartus. Verùm quia Orientales populi annum suum civilem ducebant ab autumno: *Apud Orientales enim populos, post collectionem frugum & torcularia, quando decimæ deferebantur in templum, October erat primus mensis*; ut nos docet Sanctus Hieronymus in caput primum Ezechielis: quintus mensis Judaicus, cujus primo die venit Esdras cum suis in Jerusalem, pertinet juxta calculos Orientalium ad æstatem anni septimi Artaxerxis. Et sanè *venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis*. 1. Esd. vii. 8. *Dederunt autem edicta regis Satrapis, qui erant de conspectu regis, & ducibus trans Flumen, & elevaverunt populum, & domum Dei.* Ibid. viii. 36.

16. Anno igitur septimo Artaxerxis Longimani in quadringentesimum quinquagesimum septimum ante æram Christi vulgarem incidente, elapsis ab Jechoniæ deportatione in Babyloniam annis centum & quadraginta, Judæi Esdrâ duce patrium solum repetiverunt cùm facultate utendi suis legibus. Cùm ergo leges illæ sancirent, ut, sex annis ab ingressu in terram elapsis, datisque agrorum culturæ, *septimo anno Sabbatum esset terræ; requietionis Domini*: & ageretur Jubileus post *septem hebdomadas annorum* ab eodem ingressu æquè ductas: operæ pretium est colligere ab anno ante æram Christi vulgarem quadringentesimo quinquagesimo septimo *hebdomadas annorum* usurpatas à Judæis reducibus ex præscripto legis divinæ. Hinc certe hebdomadum annalium epocham postulant anni Sabbatici quos reperimus in Judaica historia. In primis *anno centesimo quinquagesimo* memorato libro primo Machabæorum, cap. vi. v. 20. contigit bellum, quod Antiochus Eupator, mortuo Epiphane, movit adversum Judæos tunc agentes annum Sabbaticum: *quia Sabbata erant terræ . . . eò quòd septimus annus esset*. ut dicitur vers. 49. & 53. Mos inchoandi annum à Nisan, primo mense verno, receptus ab auctore libri primi Machabæorum, effecit, ut anni ab eo notati antevertant sex mensibus annos Seleucidarum ductos ab autumno & usurpatos ab auctore libri secundi Machabæorum, qui idcirco dictam Eupatoris expeditionem *anno centesimo quadragesimo nono* contigisse retulit, cap. xiii. v. 1. Cùm anni Sabbatici colligantur ab autumno æquè ac anni Seleucidarum, annus septimus, seu Sabbaticus, in quem incidit præfata Eupatoris expeditio, examussim respondet anno Seleucidarum centesimo quadragesimo nono, qui init autumno anni ante æram Christianam centesimi sexagesimi quarti, Reipublicæ Judæorum per Esdram restitutæ ducentesimi nonagesimi quarti, adeóque *septimi* quadragesimæ secundæ annorum hebdomadæ. Alter annus Sabbaticus, de quo constat, is est quo Joannes cognomento Hyrcanus, Simone patre à genero suo Ptolemæo occiso, paternum Pontificatum accepit. Erat enim *annus ille quo solenne est Judæis cessare ab operibus, recurrente anno septimo*; ut auctor est Josephus lib. xiii. Antiq. Judaic. cap. xv. Porrò mors Simonis contigit ex libro primo Machabæorum, cap. xvi. vers. 14. *anno centesimo septuagesimo septimo, mense undecimo: hic est mensis Sabath*, seu Peritius Syro-Macedonum, cujus novilunium medio motu & secundùm veterem Cyclum Judæorum reperitur die sextâ Januarii proleptici, calculo directo ad annum ante æram Christi vulgarem centesimum trigesimum quintum, quo labebatur annus æræ Seleucidarum centesimus septuagesimus

mus septimus, inchoatus more Ecclesiastico Judæorum à primo vere anni superioris ante æram Christianam centesimi trigesimi sexti, civili verò Syro-Macedonum ab autumno, à quo pariter ducitur annus Sabbaticus, seu septimus quadragesimæ sextę hebdomadis annalis Reipublicæ Judæorum restitutæ. Tertium annum Sabbaticum ad eandem hebdomadum annalium seriem historicè confirmandam nobis suppeditat Iosephus lib. xiv. Antiq. cap. ultimo, narrans fuisse *τὸν ἑβδοματικὸν ἐνιαυτὸν hebdomadicum annum*, seu *Sabbaticum*, quo Sosius & Herodes Jerosolymam expugnarunt anno ante æram Christianam trigesimo octavo, Reipublicæ Iudæorum restitutæ quadringentesimo ac vigesimo, adeóque septimo sexagesimæ hebdomadæ annalis. Ad hunc enim annum pertinere hanc Jerosolymorum expugnationem alibi observamus, Eminentissimum Cardinalem Norisium & Usserium secuti.

§. III.

De modo revocandi LXX. Hebdomades Danielis ad calculos LXX. Hebdomadum annalium ductarum à restituta per Esdram Republica Judaica.

17. NOvum non est colligere septuaginta Hebdomades Danielis ab anno quo Esdras, obtentâ ab Artaxerxe Longimano autonomiâ, restituit Rempublicam Judaicam, nempe ab anno quarto Olympiadis octogesimæ, ante æram Christi vulgarem quadringentesimo quinquagesimo septimo, quo desiit annus septimus ejusdem Artaxerxis, & init octavus. Nam Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio, pag. 144. editionis Regiæ, ait: *Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ, ἔτη μ΄ . . . . ἀπὸ τοῦ ὀγδόου ἔτους τούτου, ἀριθμεῖσθαι δεῖ τὰς ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας τῆς τοῦ Δανιὴλ ὀπτασίας, μέχρι τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας. Artaxerxes Longimanus annos quadraginta* regnavit. *Ab octavo ejus anno numerare oportet septuaginta Hebdomadas visionis Danielis usque ad Domini adventum.*

18. Qui septuaginta has Hebdomadas putant debere numerari ab anno quo exivit sermo seu edictum de reædificandis Jerosolymis, talem admittere epocham non possunt: quia Nehemias nonnisi *in mense Nisan, anno vigesimo Artaxerxis regis*, impetravit ab eó litteras, quibus facultas dabatur Judæis ædificandi *muros Jerusalem*. ut patet ex capite secundo libri secundi Esdræ. Tempus pertinet ad mensem Aprilem Julianum prolepticum anni ante æram Christi vulgarem quadringentesimi quadragesimi quarti, quo agebatur mensis Nisan anni vigesimi Artaxerxis Longimani, Kalendis Aprilis initus. Re tamen sedulò ponderatâ, nullam video causam ponendi principium septuaginta Hebdomadum Danielis in anno quo prodiit edictum de instaurandis Jerosolymis. Hebdomades enim quas numeravit Angelus ab hoc edicto usque ad Christum, non sunt septuaginta, sed septem & sexaginta duæ, seu sexaginta novem. *Scito ergo* (ait ille ad Danielem) *& animadverte: Ab exitu sermonis, ut iterùm ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea & muri*

in

Digitized by Google

in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus. Dan. IX. 25. 26. Cur ista hebdomadarum divisio in septem & sexaginta duas facta sit, inferiùs explorabimus.

19. Nunc propono Systema quod in enodationem hujus Prophetiæ mihi videtur omnium planissimum. Sexaginta novem hebdomades numeratæ ab edicto porriguntur usque ad salutiferam Christi passionem, quâ consummata est prævaricatio, & finem accepit peccatum, & deleta est iniquitas. Idem est terminus septuaginta hebdomadum abbreviatarum seu decisarum super populum Judaicum, dicente Angelo ad Danielem: *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio, & Prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum.* Dan. ix. 24. Itaque septuagesima hebdomadum abbreviatarum seu decisarum *Super populum* Judaicum est sexagesima nona hebdomadum quæ numerantur ab edicto de instaurandis Jerosolymis: adeo ut hebdomas ad quam edictum hoc pertinet, sit secunda hebdomadum quæ *abbreviatæ sunt super populum*, nempe secunda Hebdomas annalis Reipublicæ Judæorum restitutæ, quâ labente, edictum illud exiit, ut post tabulam quæ sequitur, clarè ostendemus.



DA-

DANIELIS HEBDOMADES.

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judæorum restitutæ.	ANNI Ante æram Christianam.	ANNI Olympiadum.		Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judæorum restitutæ.	ANNI Ante æram Christianam.	ANNI Olympiadum.		Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judæorum restitutæ.	ANNI Ante æram Christianam.	ANNI Olympiadum.	
		—	464	1	79	4	1	22	436	1	86	8	1	50	408	1	93
		—	463	2			2	23	435	2			2	51	407	2	
		—	462	3			3	24	434	3			3	52	406	3	
		—	461	4			4	25	433	4			4	53	405	4	
		—	460	1	80		5	26	432	1	87		5	54	404	1	94
		—	459	2			6	27	431	2			6	55	403	2	
		—	458	3		Sab	7	28	430	3		Sab	7	56	402	3	
1	1	1	457	4		5	1	29	429	4		9	1	57	401	4	
	2	2	456	1	81		2	30	428	1	88		2	58	409	1	95
	3	3	455	2			3	31	427	2			3	59	399	2	
	4	4	454	3			4	32	426	3			4	60	398	3	
	5	5	453	4			5	33	425	4			5	61	397	4	
	6	6	452	1	82		6	34	424	1	89		6	62	396	1	96
Sab	7	7	451	2		Sab	7	35	423	2		Sab	7	63	395	2	
2	1	8	450	3		6	1	36	422	3		10	1	64	394	3	
	2	9	449	4			2	37	421	4			2	65	393	4	
	3	10	448	1	83		3	38	420	1	90		3	66	392	1	97
	4	11	447	2			4	39	419	2			4	67	391	2	
	5	12	446	3			5	40	418	3			5	68	390	3	
	6	13	445	4			6	41	417	4			6	69	389	4	
Sab	7	14	444	1	84	Sab	7	42	416	1	91	Sab	7	70	388	1	98
3	1	15	443	2		7	1	43	415	2		11	1	71	387	2	
	2	16	442	3			2	44	414	3			2	72	386	3	
	3	17	441	4			3	45	413	4			3	73	385	4	
	4	18	440	1	85		4	46	412	1	92		4	74	384	1	99
	5	19	439	2			5	47	411	2			5	75	383	2	
	6	20	438	3			6	48	410	3			6	76	382	3	
Sab	7	21	437	4		Jub	7	49	409	4		Sab	7	77	381	4	

DA-

DANIELIS HEBDOMADES.

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI Ante ęram Christianam.	Olympiadum.	
12	1	78	380	1	100
	2	79	379	2	
	3	80	378	3	
	4	81	377	4	
	5	82	376	1	101
	6	83	375	2	
Sal	7	84	374	3	
13	1	85	373	4	
	2	86	372	1	102
	3	87	371	2	
	4	88	370	3	
	5	89	369	4	
	6	90	368	1	103
Sab	7	91	367	2	
14	1	92	366	3	
	2	93	365	4	
	3	94	364	1	104
	4	95	363	2	
	5	96	362	3	
	6	97	361	4	
Iub	7	98	360	1	105
15	1	99	359	2	
	2	100	358	3	
	3	101	357	4	
	4	102	356	1	106
	5	103	355	2	
	6	104	354	3	
Sab	7	105	353	4	

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI Ante ęram Christianam.	Olympiadum.	
16	1	106	352	1	107
	2	107	351	2	
	3	108	350	3	
	4	109	349	4	
	5	110	348	1	108
	6	111	347	2	
Sab	7	112	346	3	
17	1	113	345	4	
	2	114	344	1	109
	3	115	343	2	
	4	116	342	3	
	5	117	341	4	
	6	118	340	1	110
Sab	7	119	339	2	
18	1	120	338	3	
	2	121	337	4	
	3	122	336	1	111
	4	123	335	2	
	5	124	334	3	
	6	125	333	4	
Sab	7	126	332	1	112
19	1	127	331	2	
	2	128	330	3	
	3	129	329	4	
	4	130	328	1	113
	5	131	327	2	
	6	132	326	3	
Sal	7	133	325	4	

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI Ante ęram Christianam.	Olympiadum.	
20	1	134	324	1	114
	2	135	323	2	
	3	136	322	3	
	4	137	321	4	
	5	138	320	1	115
	6	139	319	2	
Sab	7	140	318	3	
21	1	141	317	4	
	2	142	316	1	116
	3	143	315	2	
	4	144	314	3	
	5	145	313	4	
	6	146	312	1	117
Iub	7	147	311	2	
22	1	148	310	3	
	2	149	309	4	
	3	150	308	1	118
	4	151	307	2	
	5	152	306	3	
	6	153	305	4	
Sab	7	154	304	1	119
23	1	155	303	2	
	2	156	302	3	
	3	157	301	4	
	4	158	300	1	120
	5	159	299	2	
	6	160	298	3	
Sab	7	161	297	4	

DANIELIS HEBDOMADES.

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI Ante ęram Christianam.	Olympiadum.	
24	1	162	296	1	121
	2	163	295	2	
	3	164	294	3	
	4	165	293	4	
	5	166	292	1	122
	6	167	291	2	
Sab	7	168	290	3	
25	1	169	289	4	
	2	170	288	1	123
	3	171	287	2	
	4	172	286	3	
	5	173	285	4	
	6	174	284	1	124
Sab	7	175	283	2	
26	1	176	282	3	
	2	177	281	4	
	3	178	280	1	125
	4	179	279	2	
	5	180	278	3	
	6	181	277	4	
Sab	7	182	276	1	126
27	1	183	275	2	
	2	184	274	3	
	3	185	273	4	
	4	186	272	1	127
	5	187	271	2	
	6	188	270	3	
Sab	7	189	269	4	

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI Ante ęram Christianam.	Olympiadum.	
28	1	190	268	1	128
	2	191	267	2	
	3	192	266	3	
	4	193	265	4	
	5	194	264	1	129
	6	195	263	2	
ſab	7	196	262	3	
29	1	197	261	4	
	2	198	260	1	130
	3	199	259	2	
	4	200	258	3	
	5	201	257	4	
	6	202	256	1	131
Sab	7	203	255	2	
30	1	204	254	3	
	2	205	253	4	
	3	206	252	1	132
	4	207	251	2	
	5	208	250	3	
	6	209	249	4	
Sab	7	210	248	1	133
31	1	211	247	2	
	2	212	246	3	
	3	213	245	4	
	4	214	244	1	134
	5	215	243	2	
	6	216	242	3	
Sab	7	217	241	4	

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI Ante ęram Christianam.	Olympiadum.	
32	1	218	240	1	135
	2	219	239	2	
	3	220	238	3	
	4	221	237	4	
	5	222	236	1	136
	6	223	235	2	
Sab	7	224	234	3	
33	1	225	233	4	
	2	226	232	1	137
	3	227	231	2	
	4	228	230	3	
	5	229	229	4	
	6	230	228	1	138
Sab	7	231	227	2	
34	1	232	226	3	
	2	233	225	4	
	3	234	224	1	139
	4	235	223	2	
	5	236	222	3	
	6	237	221	4	
Sab	7	238	220	1	140
35	1	239	219	2	
	2	240	218	3	
	3	241	217	4	
	4	242	216	1	141
	5	243	215	2	
	6	244	214	3	
ſab	7	245	213	4	

DANIELIS HEBDOMADES.

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judæorum restitutæ.	ANNI Ante æram Christianam.	Olympiadum.	
36	1	246	212	1	142
	2	247	211	2	
	3	248	210	3	
	4	249	209	4	
	5	250	208	1	143
	6	251	207	2	
Sab	7	252	206	3	
37	1	253	205	4	
	2	254	204	1	144
	3	255	203	2	
	4	256	202	3	
	5	257	201	4	
	6	258	200	1	145
Sab	7	259	199	2	
38	1	260	198	3	
	2	261	197	4	
	3	262	196	1	146
	4	263	195	2	
	5	264	194	3	
	6	265	193	4	
Sab	7	266	192	1	147
39	1	267	191	2	
	2	268	190	3	
	3	269	189	4	
	4	270	188	1	148
	5	271	187	2	
	6	272	186	3	
Sab	7	273	185	4	

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judæorum restitutæ.	ANNI Ante æram Christianam.	Olympiadum.	
40	1	274	184	1	149
	2	275	183	2	
	3	276	182	3	
	4	277	181	4	
	5	278	180	1	150
	6	279	179	2	
Sab	7	280	178	3	
41	1	281	177	4	
	2	282	176	1	151
	3	283	175	2	
	4	284	174	3	
	5	285	173	4	
	6	286	172	1	152
Sab	7	287	171	2	
42	1	288	170	3	
	2	289	169	4	
	3	290	168	1	153
	4	291	167	2	
	5	292	166	3	
	6	293	165	4	
Iub	7	294	164	1	154
43	1	295	163	2	
	2	296	162	3	
	3	297	161	4	
	4	298	160	1	155
	5	299	159	2	
	6	300	158	3	
Sab	7	301	157	4	

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judæorum restitutæ.	ANNI Ante æram Christianam.	Olympiadum.	
44	1	302	156	1	156
	2	303	155	2	
	3	304	154	3	
	4	305	153	4	
	5	306	152	1	157
	6	307	151	2	
Sab	7	308	150	3	
45	1	309	149	4	
	2	310	148	1	158
	3	311	147	2	
	4	312	146	3	
	5	313	145	4	
	6	314	144	1	159
Sab	7	315	143	2	
46	1	316	142	3	
	2	317	141	4	
	3	318	140	1	160
	4	319	139	2	
	5	320	138	3	
	6	321	137	4	
Sab	7	322	136	1	161
47	1	323	135	2	
	2	324	134	3	
	3	325	133	4	
	4	326	132	1	162
	5	327	131	2	
	6	328	130	3	
Sab	7	329	129	4	

DA-

DANIELIS HEBDOMADES.

Hebdomadum Danielis		ANNI Reip. Judæorum restitutæ	ANNI Ante æram Christianam	Olympiadum	
48	1	330	128	1	163
	2	331	127	2	
	3	332	126	3	
	4	333	125	4	
	5	334	124	1	164
	6	335	123	2	
Sab	7	336	122	3	
49	1	337	121	4	
	2	338	120	1	165
	3	339	119	2	
	4	340	118	3	
	5	341	117	4	
	6	342	116	1	166
Sab	7	343	115	2	
50	1	344	114	3	
	2	345	113	4	
	3	346	112	1	167
	4	347	111	2	
	5	348	110	3	
	6	349	109	4	
Sab	7	350	108	1	168
51	1	351	107	2	
	2	352	106	3	
	3	353	105	4	
	4	354	104	1	169
	5	355	103	2	
	6	356	102	3	
Sab	7	357	101	4	

Hebdomadum Danielis		ANNI Reip. Judæorum restitutæ	ANNI Ante æram Christianam	Olympiadum	
52	1	358	100	1	170
	2	359	99	2	
	3	360	98	3	
	4	361	97	4	
	5	362	96	1	171
	6	363	95	2	
Sab	7	364	94	3	
53	1	365	93	4	
	2	366	92	1	172
	3	367	91	2	
	4	368	90	3	
	5	369	89	4	
	6	370	88	1	173
Sab	7	371	87	2	
54	1	372	86	3	
	2	373	85	4	
	3	374	84	1	174
	4	375	83	2	
	5	376	82	3	
	6	377	81	4	
Sab	7	378	80	1	175
55	1	379	79	2	
	2	380	78	3	
	3	381	77	4	
	4	382	76	1	176
	5	383	75	2	
	6	384	74	3	
Sab	7	385	73	4	

Hebdomadum Danielis		ANNI Reip. Judæorum restitutæ	ANNI Ante æram Christianam	Olympiadum	
56	1	386	72	1	177
	2	387	71	2	
	3	388	70	3	
	4	389	69	4	
	5	390	68	1	178
	6	391	67	2	
Sab	7	392	66	3	
57	1	393	65	4	
	2	394	64	1	179
	3	395	63	2	
	4	396	62	3	
	5	397	61	4	
	6	398	60	1	180
Sab	7	399	59	2	
58	1	400	58	3	
	2	401	57	4	
	3	402	56	1	181
	4	403	55	2	
	5	404	54	3	
	6	405	53	4	
Sab	7	406	52	1	182
59	1	407	51	2	
	2	408	50	3	
	3	409	49	4	
	4	410	48	1	183
	5	411	47	2	
	6	412	46	3	
Sab	7	413	45	4	

DANIELIS HEBDOMADES.

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI Ante ęram Christianam.	Olympiadum.	
60	1	414	44	1	184
	2	415	43	2	
	3	416	42	3	
	4	417	41	4	
	5	418	40	1	185
	6	419	39	2	
Sa	7	420	38	3	
61	1	421	37	4	
	2	422	36	1	186
	3	423	35	2	
	4	424	34	3	
	5	425	33	4	
	6	426	32	1	187
Sab	7	427	31	2	
62	1	428	30	3	
	2	429	29	4	
	3	430	28	1	188
	4	431	27	2	
	5	432	26	3	
	6	433	25	4	
Sab	7	454	24	1	189
63	1	435	23	2	
	2	436	22	3	
	3	437	21	4	
	4	438	20	1	190
	5	439	19	2	
	6	440	18	3	
Iub	7	441	17	4	

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI Ante eram Christianam.	Olympiadum.	
64	1	442	16	1	191
	2	443	15	2	
	3	444	14	3	
	4	445	13	4	
	5	446	12	1	192
	6	447	11	2	
Sab	7	448	10	3	
65	1	449	9	4	
	2	450	8	1	193
	3	451	7	2	
	4	452	6	3	
	5	453	5	4	
	6	454	4	1	194
Sab	7	455	3	2	
66	1	456	2	3	
	2	457	1	4	
	3	458	[illegible] 1	1	195
	4	459	2	2	
	5	460	3	3	
	6	461	4	4	
Sab	7	462	5	1	196
67	1	463	6	2	
	2	464	7	3	
	3	465	8	4	
	4	466	9	2	197
	5	467	10	2	
	6	468	11	3	
Sab	7	469	12	4	

Hebdomadum Danielis.		ANNI Reip. Judęorum restitutæ.	ANNI ęram Christianam.	Olympiadum.	
68	1	470	13	1	198
	2	471	14	2	
	3	472	15	3	
	4	473	16	4	
	5	474	17	1	199
	6	475	18	2	
Sab	7	476	19	3	
69	1	477	20	4	
	2	478	21	1	200
	3	479	22	2	
	4	480	23	3	
	5	481	24	4	
	6	482	25	1	201
Sab	7	483	26	2	
70	1	484	27	3	
	2	485	28	4	
	3	486	29	1	202
	4	487	30	2	
	5	488	31	3	
	6	489	32	4	
Iub	7	490	33	1	203

20. Quæ

20. Quæ jam descripta est tabula Hebdomadum Danielis sextuplici ducitur numerorum versu. Primus & secundus pertinent ad hebdomadas annales cum Sabbaticorum Jubileorumque characterismo ductas à concessâ Judæis autonomiâ post captivitatem Babylonicam, seu à restitutâ per Esdram Republica Judaicâ. Tertius exhibet annos ejusdem Reipublicæ restitutæ. Quartus annos ante æram Christi vulgarem. Quintus & sextus Olympiades. Cùm mensis Nisan anni vigesimi Artaxerxis congruat cum Aprile Juliano proleptico anni ante æram Christi vulgarem quadringentesimi quadragesimi quarti, in cujus autumno iniit annus Sabbaticus, character secundæ Hebdomadis annalis Reipublicę Judæorum restitutę, evidens est edictum regium de instaurandis Jerosolymis concessum Nehemiæ exiisse hâc secundâ hebdomade: quam proinde primam habebimus earum quæ numerantur ab edicto. Hinc & septuagesimam hebdomadam abbreviatarum *super populum*, seu decisarum super Rempublicam Judæorum restitutam, quæ cœpit anno æræ Christianæ vigesimo septimo, & quam terminavit annus Sabbaticus initus anno ejusdem æræ trigesimo tertio, calculo planè necessario dicemus sexagesimam nonam ab eodem edicto, sive ab hebdomade ad quam edictum pertinet. Ea autem est hebdomas annalis, intra quam passio Domini contigit: quamvis inter se Chronologi differant, assignantes annum quo Christus mortuus est, dum alii certant pro anno æræ Christianæ vigesimo nono, alii pro trigesimo, alii pro trigesimo primo, alii pro trigesimo secundo, alii pro trigesimo tertio. Patet ergo septuaginta hebdomadas annales Reipublicæ Judæorum restitutæ esse septuaginta illas hebdomadas quæ *abbreviatæ sunt super populum* Judaicum, & quarum sexaginta novem postremæ numerantur ab edicto de instaurandis Jerosolymis. Rem patentissimis rationibus & exemplis illustriorem nunc faciamus, ne quis miretur hebdomadem annalem in qua datum est edictum, incompletam reperiri, ut & postremam, si dixerimus cum antiquissimis Patrum Christum mortuum esse consulibus duobus Geminis, sive anno æræ Christianæ vigesimo nono. Quam sententiam judico cæteris præferendam.

21. Ut sexaginta novem hebdomades numerentur ab edicto de reficiendis Jerosolymis usque ad Passionem Christi, satis est edictum illud emissum esse intra unam hebdomadam annalem Hebraicam, quocumque illius anno prodiverit, & Passionem Domini contigisse intra alteram hebdomadam annalem quæ ab illâ fit sexagesima nona, quocumque illius anno evenerit. Ad veritatem enim vel hebdomadis vel decadis annorum sedulò explorandam in computo per hebdomades vel decades annales facto, non requiritur, ut possit sciri quoto hebdomadis vel decadis anno contigerint, quæ ad hebdomadem vel decadem aliquam dicuntur pertinere: *Sed possit sciri, qua hebdomade annorum, vel qua decade, tamquam dici possit atque definiri intra illos vel illos septem annos, aut intra illos vel illos decem annos ... atque ideo verum erit quod ita definitur, ut dicatur intra tot annos erit, quamvis nesciatur, quo anno futurum sit.* Verba sunt S. Patris Augustini, epist. 199. aliàs 80. ad Hesychium, num. 16. 20. S. Hieronymus in cap. 4. Isaiæ scribit, quòd *septenarius & denarius numerus, propter Sabbatum & decem præcepta legis, Judæis familiaris est: & ideò hoc frequenter abutuntur.* Sabbatum est character hebdomadum Judaicarum tam dierum quàm annorum. Quocirca abusus septenarii propter Sabbatum in his facilè reperitur; imò necessariè, si respiciamus unum illum hebdomadum annalium Cyclum, quem una Sabbaticorum Jubileorumque celebratio postulabat in tota republicâ. Ideo namque non tam illi qui sex annis coluerant agros suos, quàm alii qui pauciores annos huic culturę dederant, adveniente anno quem septimum habebat Respublica, debebant celebrare Sabbatum seu cessationem terræ; *Erat enim toti terra universalis; cùm aliàs uno, aut altero anno, ac aliqui etiam tantùm agri coli non possint, quia non poterant singulis annis ferre fructum*, ut rectè notat eruditissimus Lorinus in cap. XXV. Levitici, ad versum 4. Ideò quoque servus Hebræus & sex & pauciorum annorum gaudebat remissione anni septimi; *ita ut*

ultra sex annos non teneretur servire: & si fortè contigisset inchoari servitutem anno uno aut altero, immò non multò ante dictum annum ...libertas ei concedenda esset. ut idem docet in cap. XV. Deuteronomii, ad versum 12. Ideò tandem omnes possessiones, accedente Jubileo, redibant ad priores dominos, quotorumcumque annorum essent. ut patet ex capite XXV. libri Levitici. Id nempè deputabatur vel hebdomadi annorum quam explebat annus Sabbaticus, vel septimanæ hebdomadum annalium quam terminabat Jubileus, quod pertinebat ad aliquam earum partem. Cùm ergo jam viderimus edictum de instaurandis Jerosolymis exivisse intra secundam hebdomadam annalem Reipublicæ Judæorum restitutæ; quocumque illius anno datum fuerit, debemus hanc hebdomadam habere primam sexaginta novem quæ numerantur ab edicto: eademque ratione harum postremam dicemus eam, quam Angelus pro Salutifera Christi Passione Danieli designavit, quia Christus intra illam certissimè passus est, quamvis annus illius hebdomadis quo id contigit, non sit ita exploratus.

22 Plura sunt exempla ejus rei in *Sacra Scriptura*, *quæ* (ut ait Sanctus Pater Augustinus lib. quæstionum in Exodum, quæst. 47. num. 6.) *Solet tempora ita nuncupare ut quod de summa perfectioris numeri paululum excrescit aut infra est, non computetur.* Sic idem Sanctus Doctor lib. 4. de Trinitate, cap. 6. exponit triduum Resurrectionis Domini: *Ipsum autem triduum*, inquit, *non totum, & plenum fuisse, Scriptura testis est: sed primus dies à parte extrema totus annumeratus est; dies verò tertius à parte prima, & ipse totus; medius autem inter eos, id est, secundus dies absolutè totus viginti-quatuor horis suis, duodecim nocturnis, & duodecim diurnis.* Sic etiam lib. 3. de consensu Evangelistarum, cap. 24. num. 65. docet noctem nomine vesperæ significari apud Matthæum; *quia usitatus loquendi modus divinæ Scripturę est à parte totum*. Et libro 1. Quæstionum Evangeliorum, quæst. 7. ponit in exemplum partum decemmestrem nuncupatum, quamvis decimus mensis non sit completus. *Quod enim*, inquit, *dicuntur decem menses prægnantis, novem sunt pleni: sed initium decimi pro toto accipitur.* Censorinus lib. de die natali, cap. xi. describens partum *decemmestrem qui edatur die CCLXXIV.* insigniter confirmat usum accipiendi, etiam apud Judæos hebdomadis initium pro tota hebdomade. Postquam enim observavit, quòd *ille partus qui major est, majori numero continetur, Septenario scilicet, quo tota vita humana finitur; ut & Solon scribit*, Et Judæi, inquit, in dierum omnium numeris sequuntur, *& Etruscorum libri Rituales videntur indicare*: multiplicatis in hebdomadicam ejusmodi partûs descriptionem diebus quadragenis per septenos, concludit; *Hi igitur dies XL. per septem illos initiales multiplicati, fiunt dies CCLXXX. id est, hebdomades quadraginta. Sed quoniam ultimæ illius hebdomadis primo die editur partus, sex dies decedunt: & ducentesimus septuagesimus quartus observatur.* Itaque ratio septenarii, quam *Judæi in dierum omnium numeris sequuntur*, elucet in partu decemmestri. quadraginta hebdomadibus definito, quamvis sex dies decedant de ultimâ hebdomade; *quoniam ultimæ illius hebdomadis primo die editur partus.* Ergo in computo Judæorum per hebdomadas facto non est necesse ut extremæ hebdomades sint plenæ, & completæ. Quapropter ut sexaginta novem hebdomades Judaicâ ratione numerentur ab edicto de reficiendis Jerosolymis usque ad Passionem Domini, satis est edictum illud datum esse intra primam hebdomadem, & Passionem Dominicam contigisse intra sexagesimam nonam.

23. Hanc supputandi sexaginta novem illas hebdomades rationem admisit S. Cyrillus Jerosolymitanus, Catechesi 12. quamvis enim fateatur, quòd ἑξήκοντα καὶ ἐννέα ἑβδομάδες τῶν ἐτῶν συνάγουσιν ἔτη τετρακόσια ὀγδοήκοντα τρία. *Sexaginta & novem hebdomades annorum complectuntur annos quadringentos octoginta tres*: detrahit tamen tres de ultimâ hebdomade, reducens calculum ad Olympiades centum & viginti, quæ non postulant, nisi annos quadringentos octoginta. Unde concludit; συνάγονται τοίνυν τῶν ἑκατὸν εἴκοσιν ὀλυμπιάδων ἔτη τετρακόσια ὀγδοήκοντα. τὰ γὰρ τρία ἔτη λοιπόν...

καὶ

καὶ ἔχεις τὴν ἀπόδειξιν, κατὰ τὴν γραφὴν, λέγουσαν, ἀπὸ ἐξόδου τοῦ λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομηθῆναι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο. *Colliguntur ergo centum viginti Olympiadum anni quadringenti octoginta. Tres enim desunt.... Et habes demonstrationem secundum Scripturam, quæ dicit: Ab exitu sermonis dandi edictum & ædificandi Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ.*

§ 24. In supputationibus quæ fiunt per Olympiades, quòd illæ procedant per quadriennia, æquè accidit ut extremę velut completæ numerentur, quamvis revera completæ non sint. Constat, exempli gratiâ, Alexandrum Macedonem obiisse ineunte anno primo Olympiadis centesimæ decimæquartæ, æræ vulgaris Olympiacæ, quam plures Iphito adscripserunt, quinquagesimo tertio supra quadringentesimum. Est etiam res explorata Alexandrum Severum, Romanorum Imperatorem, inivisse annum Imperii sui decimumtertium anno primo labente Olympiadis ducentesimæ quinquagesimæ tertiæ, Iphiteo vulgari millesimo nono. Et tamen vetus Chronologus qui sub Alexandro Severo vixit, libro de divisionibus & generationibus Gentium, à Canisio primùm, deinde à Labbeo edito, scribit: *Usque ad Alexandrum Macedonem fuerunt Olympiades CXIV. quæ faciunt annos CCCCLVI. ab Iphito qui constituit Olympiades ..... Sunt ergo omnes Olympiades usque annum* XIII. *Alexandri Cæsaris, Olympiades CCLIII. quod sunt anni MXII.* Satis nempe habuit ille auctor obiisse Alexandrum Macedonem intra Olympiadem centesimam decimamquartam, ut eam totam computaret. Satis habuit & annum decimumtertium Alexandri Severi locum invenisse in Olympiade ducentesimâ quinquagesimâ tertiâ, ut illam quoque poneret in suo Olympiadum numero. Nihil igitur mirum & in computo per hebdomadas annales facto, si extremæ hebdomades non reperiantur completæ.

25. Judæi, juxta quos, Solonemque & Rituales Etruscorum libros, *numero septenario tota vita humana finitur*, teste Censorino, libro de die Natali, cap. xi. jam laudato, talem per hebdomades annales extremè incompletas rationem numerandi ex hoc quoque habebant admittendam. Nam *omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullius certus est terminus*: ut verbis utar Ciceronis in Catone Majore, seu De senectute. Nihilo tamen seciùs Solon partes totius vitæ humanæ *fecit decem*, quas idem Censorinus cap. 14. vocavit *Solonis decem hebdomadas*. Ad quas Stascas Peripateticus (ut est apud eundem Censorinum) *addidit duas, & spacium plenæ vitæ quatuor & octoginta annorum esse dixit.... Etruscis quoque libris Fatalibus ætatem hominis duodecim hebdomadibus describi Varro commemorat*. Præterea idem Varro apud A. Gellium lib. 3. Noctium Atticarum, cap. 10. *Se quoque, duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse* prodit. Et lib. 1. De Re Rustica cap. 1. ait se attigisse annum octogesimum, utique pertinentem ad duodecimam hebdomadam annalem, sed eam non explentem; *Annus enim*, inquit, *octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam, antequàm proficiscar è vita*. Quò pariter spectat apud laudatum Censorinum illud ejusdem Varronis Ethnicum dictum de hominis ætate, *quæ duo ad decies* (lege *ad duodecies*) *septenos annos posset fatalia deprecando rebus divinis proferri: ab anno autem octuagesimo nec postulari debere, nec posse ab Diis impetrari*. Nimirum (quòd Judæi noverant ex psalmo 89. vers. 10.) *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum, labor, & dolor*. Ubi duplicem secundum Sacram Scripturam, adeóque secundum Judæos, descriptionem habemus ætatis humanæ, unam quam *Solonis decem hebdomadas* expressisse patet: alteram quam Etruscorum libri exponebant *duodecim hebdomadibus*; quamvis duodecima annorum hebdomas plena ut plurimum non esset. Manifestum est ergo Judaicam numerandi rationem per hebdomadas annales, ipsis quoque exteris probatam, non postulare ut extremæ hebdomades sint plenæ.

26. Haud

26. Haud desunt alia multa, quibus eandem adstruamus legem supputandi per numeros extremè incompletos. Plinius lib. 7. Naturalis Historiæ, cap. 5. ait partus qui denis undenisque mensibus describuntur, pertinere *ad initia decimi undecimique*. Hippocrates lib. de septimestri partu, scribit; κατ' ἐμὲ καὶ τὸ μέρος ἐν τοῖς ἕνδεκα μησὶ, μείς ἐστι· ὥστε ὅτου οὐ μνημονευτὸν εἶναι *Et mea quidem sententia pars in undecim mensibus, mensis est: licet non memorabilis sit*. Idem in principio ejusdem libri docet incompletos esse primum septimumque mensem partûs septimestris. Unde Joannes Lalamantius scholio primo in hunc librum optimè concludit: *Sic ergo quinque menses intermedii pleni erunt, imperfecti verò primus, & septimus*. Et in fine commentariorum in ejusdem Hippaŕchi librum de Octimestri partu, postquam notavit plerumque fieri, *ut mulieres circa plenilunium, mense scilicet dimidiato, aut etiam post aliquantò concipiant*: subiungit; *quod cùm sit, mensis inceptus, pro completo, & integro venit supputandus*. Inde patet nihil inauditum esse, nihil mirum in nostra ratione supputandi sexaginta novem hebdomadas Danielis ductas ab edicto, secundum quam sexaginta septem intermediæ perfectæ sunt & completæ, prima verò & sexagesima nona imperfectæ & incompletæ reperiuntur, quamquam pro completis, plenis, & integris veniunt supputandæ.

27. In sententia eorum qui coniiciunt Passionem Christi in annum æræ Christianæ trigesimum tertium, propè expletur ultima hebdomas, non tamen extremè: quia Sabbatismus qui eam terminat, inchoandus est solùm ab autumno illius anni; ita ut mensis Paschalis incidens in hunc Sabbatismum pertineat ad annum trigesimum quartum ejusdem æræ, ad quem proinde referenda esset Christi Passio, si putaretur contigisse in anno extremo seu Sabbatico illius hebdomadis. At adeò scrupulosa calculorum subductio minimè necessaria est, ut liquet ex jam dictis.

§. IV.

De Septuaginta annis desolationis Jerusalem prædictis à Jeremia, & de Septuaginta annis Sabbaticis inde perspectis à Daniele in visione LXX. *hebdomadum.*

28. EX analogiâ Septuaginta annorum desolationis Jerusalem prædictorum à Jeremiâ, intellectorumque à Daniele in enodationem Septuaginta hebdomadum, non obscurè colligitur has hebdomadas annales fuisse, & tales quas debeamus ex annorum Sabbaticorum characterismo discutere. Apud Jeremiam cap. XXIX. v. 10. *Hæc dicit Dominus; Cùm cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum*. Et in secundo Paralipomenon. cap. XXXVI. v. 20. dicitur de Judæis abductis in servitutem Babylonicam: *Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit regi & filiis ejus, donec imperaret rex Persarum, & compleretur*

sermo

sermo Domini ex ore Jeremiæ, & celebraret terra Sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit Sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni. Angelus Domini quem Zacharias Propheta inducit loquentem in visione quam habuit *in die vigesima & quarta undecimi mensis Sabath, in anno secundo Darii*, ait; *Iste jam septuagesimus annus est*. Zach. 1. 7. 12. Ante duos menses *in vigesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darii regis*, dixerat Dominus per Aggæum Prophetam: *Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum, à die qua fundamenta jacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum. Numquid jam semen in germine est: & adhuc vinea & ficus, & malogranatum, & lignum olivæ non floruit? ex die ista benedicam*. Agg. ii. 11. 19. Cùm ex vi decreti quo Cyrus sanxerat, *ut domus Dei ædificaretur*, Darius rex concesserit Judæis facultatem instaurandi templum, ut patet ex capite sexto libri primi Esdræ: docente nos alibi Sacrâ Scripturâ, quòd *anno primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum*. 2. Paral. XXXVI. 22. & 1. Esd. i. 1. non debemus existimare sermonem Domini de septuaginta annis desolationis, manifestatum per Jeremiam, fuisse expletum anno primo Cyri, ita ut annus primus Cyri dicendus sit annus desolationis septuagesimus; sed Dominum suscitasse tunc temporis spiritum Cyri ad explendum hunc sermonem emissione decreti quod sortiretur suum effectum anno Darii secundo, de quo Angelus proinde dixit: *Iste jam septuagesimus annus est*. Itaque cuncti dies desolationis quibus Judæa *egit Sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni*, absoluti sunt anno secundo Darii regis Persarum, nempè Hystaspidis, *die vigesima & quarta noni mensis, qua fundamenta jacta sunt templi Domini*, & benedictio data est terris Judæorum, ut iterum colerentur, quantum tamen pati poterat reducum illorum paucitas, ad spem libertatis & instaurationis suæ reipublicæ non multò post incitata, juxta ea quæ diximus in secundo paragrapho.

29. Annus secundus Darii Hystaspidis ex Mathematico Babyloniorum regum canone, & ex duabus eclipsibus Lunæ observatis à Chaldæis apud Ptolomæum libro 4. Syntaxeos, cohæret cum anno ante vulgarem Christi epocham vigesimo supra quingentesimum. Dies vigesima quarta noni mensis Hebræorum incidit hoc anno in decimam sextam mensis Decembris Juliani proleptici, tam ex mediis Lunæ motibus, quàm ex veteri Cyclo Judæorum. Cùm igitur annus ille postremus fuerit desolationis Jerusalem, seu Sabbatismi terræ qui per annos septuaginta continuos duravit, initium hujus Sabbatismi conferendum est in annum ante æram Christianam quingentesimum octogesimum nonum, quo agebatur ex dictis in secundo paragrapho annus nonus à deportatione Jechoniæ, adeóque & nonus Sedeciæ regis in Jechoniæ locum a Nabuchodonosoro suffecti. 4. Reg. XXIV. 17. *Factum est autem in anno nono regni ejus, in mense decimo, decima mensis: Venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus ejus, adversùs Jerusalem, & obsederunt eam, & ædificaverunt contra eam munitiones in circuitu. Et fuit civitas obsessa usque ad undecimum annum regis Sedeciæ. Mense autem quarto, nona die mensis, obtinuit fames civitatem: & non erant alimenta populo terræ. Et dirupta est civitas*. Jerem. LII. 4. En ergo initium desolationis & Sabbatismi septuaginta annorum ab obsidione Jerusalem, quæ huic urbi totique Judææ fuit exitialis. Alii aliter statuunt & judicant de initio horum septuaginta annorum, plures etiam de fine. Sed, examinatis ad ad amussim & ponderatis omnibus, nulla est sententia quæ conquisitius, exactiúsque describat hunc septuaginta annorum Sabbatismum, quo *compleretur sermo Domini ex ore Jeremiæ, & celebraret terra Sabbata sua*.

30. Theodoretus interrogatione XXXVII. in Leviticum, exponens versum 34. capitis XXVI. quem in editione nostra vulgata ita legimus; *Tunc placebunt terræ Sabbata*

Sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ: illustrat eum ex sequenti, his apud nos concepto verbis; *Quando fueritis in terra hostili, Sabbatizabit, & requiescet in Sabbatis solitudinis suæ, eo quòd non requieverit in Sabbatis vestris, quando habitabatis in ea.* Tum observans *septuaginta annos* captivitatis Babylonicæ fuisse in pœnam violatorum à Judæis totidem Sabbatorum terræ, positum docet hunc numerum annorum pro annis quadringentis nonaginta, quos à Saulis regno colligit. *Septuaginta quippe annos servierunt*, inquit, *in Babylone. A regno autem Saulis usque ad captivitatem numerantur quadringenti nonaginta anni, quorum septimam partem faciunt septuaginta. Hoc ergo vult dicere. Septuaginta annos terra manebit inculta, & non seminata, vobis terram alienam incolentibus: propterea quòd unà cum reliquis etiam Sabbati præceptum transgressi estis.* Certè quidem septuaginta Sabbata terræ quæ in vastitate septuaginta annorum acta sunt serie continuâ; incolentibus regionem suam Judæis, postulabant annos quadringentos nonaginta, quot reperiuntur in septuaginta hebdomadibus annorum Hebraicis, quarum character sunt septuaginta anni Sabbatici. Quocircà anni septuaginta desolationis Jerusalem elapsi, ut *compleretur sermo Domini ex ore Jeremiæ, & celebraret terra Sabbata sua*, signabant septuaginta hebdomadas annales, in quarum annis septimis celebranda fuerant terræ Sabbata. Unde & à transgressione anni Sabbatici initium sumpserunt, nempe ab anno nono Sedeciæ, obsidionis Jerosolymorum primo, qui revera fuit Sabbaticus, sed violatus retractione servorum quos emittere in libertatem debuerant, ut patet ex capite trigesimo quarto Jeremiæ.

31. Horum septuaginta annorum numero intellecto à Daniele, Angelus ex consequenti revelavit ei septuaginta hebdomadas, abbreviatas seu decisas *super populum* restituendum suis terris. Daniel enim capite nono, postquàm dixit vers. 2. *Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam Prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni*: inducit vers. 23. Angelum qui ei apparuerat, dicentem; *Tu ergo animadverte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum*, &c. Quasi dixisset: Tu Daniel intellexisti numerum annorum septuaginta, decretorum à Deo ut *celebraret terra Sabbata sua*, Sabbata quæ super populum tuum commorantem in regione suæ postulassent curriculum septuaginta hebdomadum annalium propter septuaginta annos Sabbaticos. Intellige ergo septuaginta hebdomadas utique annales quæ super eundem populum reversurum in eandem regionem decisæ sunt, ex totidem annis Sabbaticis cognoscendæ. Nihil ergo planius ad visionem de septuaginta his hebdomadibus clarè percipiendam, quàm enodare eas ex totidem annorum Sabbaticorum characteribus.

32. Sapientissimus Dominus qui *omnia in mensura & numero & pondere* disposuit, Sap. XI. 21. æquè mirandum præbuit se nobis in justissimo illo Sabbatismo septuaginta annorum desolationis Ierusalem, quo *septuagies septies* data est ultio de transgressoribus Iudæis: ac in misericordiæ pleno altero Sabbatismo septuaginta hebdomadum Danielis, quo dimissum est huic populo *usque septuagies septies*. Sabbatismus enim septuaginta annorum minimè interruptus exæquat Sabbatismum septuaginta annorum Sabbaticorum qui reperiuntur in septuaginta hebdomadibus, seu septuagies septem annis. Summæ ultionis iste numerus, juxta quem *Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies*. Genes. iv. 24. fuit & summæ dimissionis, Domino ad Petrum interrogantem de dimissione quæ fieret *usque septies*, dicente: *Non dico tibi usque septies; sed usque septuagies septies*. Matth. XVIII. 22. Eò spectat Ratbertus lib. viii. In Matth. exponens hunc locum *secundùm multiplicationem calculi*, secundum quam *septuagies septem quadringenti nonaginta fiunt*: quot nimirum postulant septuaginta hebdomades Danielis. *Anni enim quadringenti nona-*

nonaginta sunt in hebdomadibus septuaginta . ut scribit S. P. Augustinus epist. 199. ad Hesychium, cap. 6. & alii passim admittunt, hasce hebdomadas intelligentes communiter de hebdomadibus annalibus. Unde & in tabula quam in tertio paragrapho exhibemus, annus primus primæ hebdomadis cohæret cum anno primo Reipublicæ Iudæorum restitutæ, ut ultimæ hebdomadis annus extremus congruat cum anno ejusdem Reipublicæ nonagesimo supra quadringentesimum, servato in singulis hebdomadibus charactersimo anni Sabbatici.

33. Ad majorem intelligentiam quadringentorum & nonaginta annorum quos à Saulis regno colligit Theodoretus usque ad Sabbatismnm septuaginta annorum prædictum à Ieremia, observandum est ex dicendis in secunda Dissertatione, §. 1. num. 10. annum nonum regni Sedeciæ, Sabbatismi hujus proximum, fuisse à morte Salomonis trecentesimum & nonagesimum. Regnavit Salomon annos quadraginta, quot & pater ejus David. Saul verò regnum ante Davidem per annos viginti, mortuo Samuele tenuerat. Effluxerant ergo à regno Saulis ad Salomonis mortem anni centum, qui cum trecentis & nonaginta postmodum elapsis & expletis anno Sedeciæ nono, conficiunt summam quadringentorum & nonaginta annorum.

§. V.

De Hebdomade sexagesima secunda ab edicto, & de septima supra sexagesimam secundam elapsa.

34. INsignes sunt in Hebdomadibus Hebraicis annorum tum sexagesima tertia Reipublicæ Judæorum restitutæ, ab hebdomadâ edicti Artaxerxiani de instaurandis Jerosolymis sexagesima secunda, tum septima quæ supra ejusmodi sexagesimam secundam elapsa est. ut non sine causa Angelus dixerit Danieli: *Ab exitu sermonis, ut iterùm ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.* Nisi enim hæc hebdomadum distributio in septem & sexaginta duas mysterium haberet, dicendum erat: Hebdomades sexaginta novem erunt.

35. Prius quàm mysterium aperiamus pro nostro modulo, observandum est hebdomadas septem usque ad Christum ducem proximè ductas debere numerari post hebdomadas sexaginta duas. *Hebræi* apud D. Hieronymum in caput ix. Danielis, *nec nos*, *inquiunt*, *moveat quòd primùm numerentur septem hebdomadæ*, *& posteà sexaginta duæ . . . Est enim hoc idioma sermonis Hebraici & antiquorum sermonis Latini; ut antè minorem numerum supputent*, *& posteà majorem. Verbi gratia* (pergit D. Hieronymus) *nos juxta proprietatem linguæ nostræ nunc dicimus*: *Abraham vixit annis centum septuaginta quinque*: *illi è contrario loquuntur*: *vixit Abraham annis quinque & septuaginta & centum*. Eminentissimus Cardinalius Norisius in præstantissimo opere de epochis Syro-Macedonum, Dissert. 3. cap. 4. alia in idem argumentum adjicit ad laudatum locum Hieronymi, quòd in nummis quos Urbium Epochis effigratos, passim exhibet, *minores numeri sæpè majoribus anteponantur*. Idem me docent & inscriptiones aliquot propè Aleppum Syriæ urbem nuper repertæ,

tæ, quas mecum communieare dignatus est vir eximiæ eruditionis Gisbertus Cuperus in literis ad me transmissis per humanissimum totique orbi litetario notissimum virum Antonium Magliabechium. Tertullianus, eâdem numerandi ratione admissâ libro adversus Judæos, tenet similiter supputandas in primo loco sexaginta duas hebdomadas, deinde septem. Et Theodoretus commentario in Danielem scribit de Angelo qui hebdomadas revelavit, εἶναι δῆλον, ὅτι τὰς ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδας προτέρας τέταχε, καὶ μετὰ ταῦτα τὰς ἑπτά. *esse perspicuum, quòd sexaginta duas hebdomadas priores posuit, & posteà septem.* Tum, paucis interjectis; *Et jam*, inquit, *superiùs quoque planum fecit, septem se hebdomadas ultimo loco posuisse, cùm dixit:* „ Usque ad Christum enim ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta „ duæ. *Usque ad ducem enim Christum hebdomadas septem multiplicatas in sua mente reposuit; ut intelligamus, si à Christo sursum versùs numerare velimus, septem nos priùs hebdomadas comperturos, deinde sexaginta duas.* Aliam quidem Tertullianus, aliam Theodoretus, aliam Hebræi jam memorati rationem ineunt tam sexaginta duarum, quam septem hebdomadum. Sed dissidentia quæ oritur ex inaccurata eorum chronologiâ, minimè officit veritati quam consensio eorum loquitur.

36. Videamus ergo quid mysterii habeant sexaginta duæ hebdomades, quas sequuntur aliæ septem *usque ad Christum ducem* numerandæ. Sexagesima secunda hebdomas annalis ab edicto, quæ Reipublicæ Judæorum restitutæ fuit tertia post sexagesimam, iniit anno ante epocham Christi vulgarem vigesimo tertio; ita ut annus tertius hujus hebdomadis congruat partim cum anno vigesimo primo, partim cum vigesimo ante eamdem epocham. Herodes tunc agebat annum decimum-octavum regni sui. ut in altera Dissertatione ostendimus & ex Dione & ex Josepho. Is annus, adeóque & hebdomas annalis sexigesima secunda ab edicto, est maximè insignis ob instaurationem templi, quam Herodes tunc exorsus est, teste eodem Josepho lib. 15. Antiq. cap. 14.

37. Gloria hujus templi perventura erat ad summum per præsentiam Christi Domini, cujus adventum promittebant hebdomades septem secuturæ sexaginta duas numeratas ab edicto Artaxerxiano de reficiendis Jerosolymis. Prædixerat hanc gloriam Aggeus Propheta capite secundo, dicens; *Et veniet desideratus cunctis Gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum .... Magna erit gloria domus istius novissimæ plusquàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.* Cùm ergo domus hæc novissima, sive templum, cui Christus summam gloriam conciliavit; adventu ejus instante, cœperit instaurari hebdomade Danielis sexagesimâ secundâ numeratâ ab edicto toties memorato: in promptu est existimare, ideo Angelum dixisse Danieli; *Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt*: quia templum cujus instauratio debebat insignire ultimam sexaginta duarum hebdomadum, summæ gloriæ insignibus ornandum erat à Christo obsignaturo septem alias quæ secuturæ erant, hebdomadas. Ad regis adventum instaurantur reficiuntur, ornantur ejus palatia; & hæc regiæ præparatio signum est regem propius accedere. Templum instauratum ab Herode nati in diebus ejus Christi Domini sacrum palatium fuit, in quo *accepit eum* Simeon, responso accepto *à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini.* Luc. ii. 26. Et de quo ipse Christus ejecit negotiatores, dicens: *Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* Joan. ii. 16.

38. Disputatio Christi cum Judæis petentibus ab eo *signum*, cur hæc faceret, est valdè memoranda propter insignem tropologiam, quæ animos eorum excitavit, ut attenderent tempus ab incœptâ instauratione templi, æquè perducens *ad Christum du-*

cem,

Digitized by Google

rem, *ac hebdomades septem* numeratæ post sexiginta duas. Contigit hæc disputatio sub initium prædicationis Christi, anno æræ nostræ vulgaris vigesimo-septimo, quo init septima hebdomas annualis numerata post sexaginta duas ab edicto, elapsis ab inchoatâ templi instauratione annis quadraginta sex. Tot enim colliguntur ab anno vigesimo ante æram nostram vulgarem, quo instauratio templi cœpta est. Cùm itaque Christus qui suam mortem ruinæ veteris templi, & resurrectionem instaurationi novi quod tunc stabat, non dubitabat conferre, dixisset Judæis: *solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*: li non attendentes, quòd *ille dicebat de templo corporis sui*, sed statim cogitantes de templo quod ab annis quadraginta sex, vetere diruto, instaurari cœperat, dixerunt: *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* Joan. ii. 19. 20. Fugiebat homines carnales sensus verborum Christi tropologicus. litera tamen quam respiciebant, dabat eis aditum ad intelligendas *usque ad Christum ducem hebdomades septem*; cùm hebdomades sexaginta duas obsignasset cœpta templi instauratio, ad quam animum referebant.

39. Non possum hîc præteritæ numerum annorum desolationis Jerusalem à conflagratione templi factâ à Chaldæis usque ad annum primum Cyri, quo Judæis data est facultas instaurandi idem templum. Cùm enim ille numerus annorum, intellectus à Daniele, mentem ejus præparaverit ad intelligentiam hebdomadum; inde quoque illustrari poterunt hebdomades septem usque ad Christum ducem præostensum in Cyro. Chaldaica templi conflagratio contigit anno decimo nono Nabuchodonosori regis Babylonis, IV. Reg. XXV, 8. Ab hoc anno usque ad primum Cyri regnantis cum Dario Medo, terminis inclusis, reperiuntur anni quadraginta novem, sive hebdomades septem annales. Hunc ergo numerum annorum intelligens Daniel optimè noverat fuisse ab eversione veteris templi usque ad Cyrum hebdomades septem. In Prophetia quam Sancti Patres intelligunt partim de Christo Domino, partim de Cyro Christo typico, *hæc dicit Dominus Christo meo Cyro*, inquit Isajas cap. XLV. Itaque hebdomades septem annales ab eversione veteris templi usque ad Cyrum egregiè præmonstraverunt hebdomadas septem quas *usque ad Christum ducem* colligimus ab eversione secundi templi in instaurationem ejus factâ ab Herode. *Omnia in figura contingebant illis*, ait Apostolus 1. Cor. X. 11. Hinc liberatio populi quam Cyrus inchoavit, redemptionem præsagiebat faciendam à Christo Domino. Annus agebatur quadragesimus nonus ab eversione veteris templi, quando inchoatam hanc Judæorum liberationem obivit Cyrus: annus item quadragesimus nonus labebatur ab eversione secundi templi, quando mundi redemptionem operatus est Christus per salutarem suam mortem, quæ juxta antiquissima Ecclesiæ monumenta contigit duobus Geminis consulibus, sive anno æræ nostræ vulgaris vigesimo-nono. Tunc templum cujus gloria erat in Christo, gloriæ suæ jacturam scisso velo monstravit. Cùm enim Jesus emisit spiritum, *velum templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt*. Matth. XXVII. 51. Ita testimonium perhibuit de Christo, templum illud cujus reædificatio effecit, ut sexaginta novem hebdomades *usque ad Christum ducem* numerandæ ab edicto de reficiendis Jerosolymis, dividerentur in septem & sexaginta duas: in septem quas obsignaret passio Christi, scisso templi velo: in sexaginta duas, quas insigniret cœpta instauratio templi, quod tam solemne testimonium ipsi Christo debebat reddere.

40. Mire contigit ut hæ sexaginta duæ hebdomades expletæ fuerint in Jubileo, qui terminavit hebdomadam annalem sexagesimam tertiam Reipublicæ Judæorum restitutæ; ut patet ex nostra tabula hebdomadum Danielis. Inde enim & planior & promptior & illustrior solemniorque evasit calculus septem hebdomadum, quæ secuturæ mox erant *usque ad Christum ducem*. quia, Jubileo exacto, debebant Judæi nume-

Digitized by Google

numerare *septem hebdomadas annorum* usque ad alterum Jubileum, juxtà legem quam exposuimus in secundo paragrapho. Cùm ea quæ contingebant *post Jubilæum*, pertinerent ad septem hebdomadas annorum quæ proximè succedebant, Levit. XXV. perspicuum est passionem Christi debuisse pertinere ad aliquam ex septem hebdomadibus post sexaginta duas numeratis: quia Angelus dixit Danieli; *Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus*. Cùm autem jam dixisset idem Angelus, cyclo proprio Jubilei servato, *usque ad Christum ducem hebdomades septem*, nulli dubium esse potest occisionem Christi ducis debuisse pertinere ad septimam istarum hebdomadum. Cyclus ille Jubilei fuit extremus omnium Jubileorum ante eversionem Jerusalem & exterminium Reipublicæ Judaicæ duraturum usque ad finem sæculi. *Jubileo autem extremo veniet filius Davidis*, seu Messias, ajunt Talmudistæ in tractatu Sanhedrin cap. 11. n. 29. Theodoretus qui juxta editionem septuaginta viralem legit, *Exterminabitur unctio*, pro *Occidetur Christus*, relatis ex hac editione his Angeli verbis; *Et post hebdomadas sexaginta duas exterminabitur unctio*, præclarè notat non dixisse Angelum *post septem*, ἀλλὰ μετὰ τὰς ἑξήκοντα δύο, μεθ' ἃς εἰσιν αἱ ἑπτὰ, ἐν αἷς ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα. *Sed post sexaginta duas, post quas sunt illæ septem, in quibus exterminabitur unctio*. Aliò quidem trahit exterminium unctionis. Sed editio vulgata quæ textum Hebraicum clariùs & pressiùs exprimit, nos docet eo loci occisionem Christi, sive Uncti, qui & ipsa unctio est. Hanc lectionem jam pridem recepit S. P. Augustinus epist. 199. ad Hesychium, aliàs 79. docens contra illum Danielis Prophetiam de Christo non esse implendam in fine sæculi, sed jam fuisse impletam in ejus morte, *propter quod*, inquit, *in eadem Prophetia Hebræi codices expressiùs habent*, OCCIDETUR CHRISTUS.

§. VI.

De una hebdomada quam Daniel vidit futuram post Passionem Christi, & de dimidio hebdomadis in quo defecit hostia & sacrificium, fuitque in templo abominatio desolationis.

41. PLanum jam fecimus *in Christo Jesu, qui* (1. Cor. 1. 30.) *factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio*; impletas esse *septuaginta hebdomades*, quæ *abbreviatæ sunt* (inquit Angelus ad Danielem) *super populum tuum, & super urbem Sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio, & Prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum*. Hebdomas enim septuagesima *super populum* Judaicum suis restitutum legibus decisa patentissimo calculo ea fuit, quâ Dominus noster Jesus Christus, justitia sempiterna, & Sanctus Sanctorum, passus est; ut consummaretur prævaricatio, & finem acciperet peccatum, & deleretur iniquitas, & impleretur visio & Prophetia. Quia *huic omnes Prophetæ*

pheta testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum. Act. X. 43. *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* 1. Joan. ii. 2. *Et ideò novi testamenti mediator est; ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.* Heb. IX. 15. Jam quoque explanavimus, quomodo *ab exitu sermonis, ut iterùm ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem*, expectatum postremis templi secundi temporibus, *hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ* fuerunt, insignes efficiente sexaginta duas Herodianâ instauratione hujus templi, quæ incidit in hebdomadem annalem sexagesimam secundam ab edicto Artaxerxiano de reædificandis Jerosolymis; septem verò mox secutas *usque ad Christum ducem* obsignante illius morte, quæ contigit hebdomade annali septuagesimâ Reipublicæ Judæorum restitutæ, seu septimâ post sexaginta duas numeratas ab laudato edicto; quòd hebdomas hujus edicti fuerit secunda à restitutione Reipublicæ. Nihil hoc Systemate planius, nihil apertius & expeditius desiderari potest.

42. Videamus in præsenti, quò pertineat una hebdomada, quam Daniel prospexit post cæteras in passione Christi impletas. Postquàm Angelus dixit ei; *Occidetur Christus:* mox adjecit; *Et non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem & Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & Sacrificium. Et erit in templo abominatio desolationis: & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.* Dan. IX. 26, 27. Cùm Christus Dominus prædicens eversionem templi post passionem suam futuram, expressè dixerit; *Cùm ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta: stantem in loco Sancto: qui legit, intelligat: tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes,* Matth. XXIV. 15. frustrà conaremur quærere hebdomada n cujus est *abominatio desolationis*, in septuaginta hebdomadibus quas Passio Christi obsignavit. Unde Hesychius epistolâ ad S. Augustinum quæ inter Augustinianas novæ editionis est 198. alias 79. rectissimè ait num. 7. contra eos qui hanc unam hebdomadam putabant impletam fuisse in Christo: *Quomodo ergo mysterium hebdomadarum sit impletum usque ad nativitatem & Passionem Christi, admiror; cùm illud in dimidio hebdomadæ Propheta locutus est, dicendo* „ In dimidio hebdomadæ tolletur Sacrificium meum, & supplicatio, desolatio„ num interitus, & ad Sacrificium abominatio. *Hæc ergo abominatio si jam completa fuerat, quomodo Dominus monet, & dicit* „ Cùm videritis abominationem desolatio„ nis, quod dictum est per Danielem Prophetam, stantem in loco Sancto, qui legit „ intelligat?

43. Quamvis S. P. Augustinus epistolâ ad ipsum Hesychium, multoties à nobis laudatâ, mentem ejus in hoc improbet, quòd hebdomades Sancti Danielis non ad primum Domini adventum, sicut pluribus visum est, sed ad secundum potiùs existimaret pertinere; quia *relinquitur, ut qui vult cogere istam Prophetiam credi sæculi fine complendam, contendat quantum potest, & ostendat si potest, primo adventu Domini non fuisse completam, contra tot expositores divinorum eloquiorum, qui hanc non solùm computatione temporum, verùm etiam rebus ipsis completam fuisse demonstrant, maximè quod ibi scriptum est* „ Et ungetur Sanctus Sanctorum: *Vel propter quod in eadem Prophetia Hebræi codices expressiùs habent* „ Occidetur Christus: nihilo tamen seciùs suffragatur Hesychio asserenti hebdomadas Danielis impletas non fuisse in Christo, quantum ad illam ad quam abominatio desolationis pertinet. *Non est ergo* (inquit num. 31.) *cur putemus Hebdomadas Prophetæ Danielis, vel propter dierum breviationem fuisse turbatas, vel illo jam tempore non fuisse completas, sed in fine sæculi esse complendas. Non enim ante passionem Domini impletæ sunt. Quod qui putant, rectissimè tua sententia refelluntur,*

C 2

Digitized by Google

tur, quæ dixisti „ Hæc ergo abominatio si jam completa fuerit, quomodo Dominus „ monet & dicit, Cùm videritis abominationem desolationis, quod dictum est per Da- „ nielem Prophetam, stantem in loco Sancto, qui legit intelligat? *His verbis beatitudinis tuæ illi meritò corrigendi sunt, qui dicunt eam, cùm hæc Dominus loqueretur, vel ante Passionem resurrectionemque ejus fuisse completam.*

44. Præiverat Hesychio Apollinaris Laodicenus apud Sanctum Hieronymum in caput nonum Danielis; ubi asserit *hanc se temporum capere conjecturam: quia Africanus Scriptor temporum . . ., ultimam hebdomadam in fine mundi esse testetur: nec posse fieri ut junctæ dividantur ætates: sed omnia sibi, juxta Prophetiam Danielis, esse tempora copulanda.* Si sententiam Africani tenuisset Apollinarius, non junxisset ultimam hebdomadam Danielis cum prioribus septuaginta: quam junctionem, nec ipse Daniel postulat. Et quidem Africanus apud laudatum Hieronymum hæc locutus ad verbum est: *Capitulum quod in Daniele de septuaginta hebdomadibus legimus, multa & mirabilia continet, quæ nunc longum est dicere: ergo quod ad præsens opus pertinet, de temporibus disserendum est. Nullique dubium quin de adventu Christi prædicatio sit qui post septuaginta hebdomadas mundo apparuit: post quem consummata sunt delicta, & finem accepit peccatum, & deleta est iniquitas, & annunciata justitia sempiterna, quæ legis justitiam vinceret, & impleta est visio & Prophetia: quia lex & Prophetæ usque ad Baptistam Joannem: & unctus est Sanctus Sanctorum: quæ omnia priusquàm Christus humanum corpus assumeret, sperabantur magis quàm tenebantur.* Itaque Africanus terminabat in primo Christi adventu septuaginta hebdomadas, à quibus proinde disjungebat *ultimam hebdomadam* quam *in fine mundi esse* putavit. S. Hippolitus apud eumdem Hieronymum *novissimam quoque hebdomadam ponit in consummatione mundi: quam dividit in Heliæ tempora & Antichristi*: quamvis cœteras *usque ad nativitatem Christi* porrigat. Ejusdem sententiæ vetus scriptor computi de Pascha attributi S. Cypriano, relatis verbis Angeli; *Et confirmabit testamentum multis hebdomas una*: mox concludit; *Hæc est ergo hebdomas una, quam segregavit Angelus de LXX. & posuit in novissima seculi tempora. Quam hebdomadam recognoscimus habere annos septem: in quibus oportet primo Enoch & Eliam venire, & per suam Prophetiam magnæ multitudini Evangelium, idest novum testamentum, confirmare. Sic etenim audivimus Angelum Danieli dixisse* „ Con- „ firmabit testamentum multis hebdomas una. Tum duas in partes dividit hanc hebdomadam juxta Heliæ tempora & Antichristi distincta à Santo Hippolyto. Extat etiam nunc ejusdem Hyppolyti de Christo & Antichristo demonstratio, in qua id ipsum declaratur, negotium nullum facessente ei segregatione hujus hebdomadæ à cæteris in primo Christi adventu impletis.

45 Et verò nullum est in Danielis Prophetia fundamentum attexendi ad hebdomadas impletas in Christo unam illam hebdomadam, ad quam *abominatio desolationis* pertinet. Neque enim habenda est septuagesima, ut multis placet; cùm character septuagesimæ sit Christi Passio: character autem unius hebdomadis præter septuaginta vago quodam numerandi modo descriptæ sit bellum exitiale civitati & Sanctuario, desitio hostiæ & sacrificii apud Judæos in dimidio hujus hebdomadis facienda, & abominatio desolationis in eorum templo. Exploratissimum quidem est jam ista evenisse; adeóque non posse intelligi de abominatione desolationis in fine sæculi futurâ, contra quàm senserunt prisci illi patres à nobis memorati. At æquè certissimum hebdomadam annalem Hebraicam, ad quam pertinent, non esse eam quâ passus est Christus, vel huic hebdomadi proximam: quia bellum quod populus Romanus duce Tito movit adversum Judæos, & excisionem, inflammationem, eversionem, vastitatem urbi Jerosolymorum atque templo intulit, cessantibus per hanc desolationem hostiis eorum & Sacrificiis, non contigit nisi post aliquot hebdomadas annales à Passione Christi elapsas.

46. Quòd abominatio desolationis prædicta à Daniele completa fuerit in eversione Jeru-

Jerusalem factâ per Titum, manifestum est ex S. Evangelistâ Matthæo collato cum S. Luca. Christus enim qui apud Matthæum ait; *Cùm ergo videritis abominationem desolation s, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco Sancto: qui legit, intelligat.* Clariùs apud Lucam dixit; *Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus.* Luc. XXI. 20. Locum istum Divi Lucæ ponderans S. P. Augustinus epistolâ ad Hesychium sæpissimè laudatâ, ait num. 28. post exscripta tum Matthæi tum Marci verba; *Lucas verò ut ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis, quæ à Daniele prædicta est, quando expugnata est Jerusalem, hæc eodem loco Domini verba commemorat:* ,, Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia ,, appropinquavit desolatio ejus. *Apparet itaque tunc ibi positam desolationis abominationem, de qua duo illi Evangelistæ locuti sunt.* Deinde num. 29. ita concludit: *Lucas ergo patefecit quod esse posset incertum, non ad sæculi finem, sed ad expugnationem Jerusalem pertinere id quod dictum est de abominatione desolationis.* Nullum autem videns esse responsum eorum qui abominationem istam ad finem sæculi referebant, ait num. 31. *Qui autem dicunt, sicut apertissimè etiam Lucas Evangelista testatur, tunc fuisse factam, quando eversa est Jerusalem, quid eis respondeatur videre debent, qui in fine sæculi, vel circa finem existimant hæc futura.* Hoc idem jam ante S. Patrem Augustinum docuerat Origenes, quamvis Africanus & Hippolytus, ei synchroni, Prophetæ verba intelligerent de sæculi fine. Ait enim tract. XXIX. in Matthæum: *Tunc autem super templum quod fuit in Hierosolymis, facta est abominatio desolationis templi & civitatis, in eo videlicet tempore quando viderunt circumdatam Jerusalem ab exercitu, ut secundùm quod prophetaverat Salvator de ea, cognoscant quod appropiavit desolatio ejus. Et hanc desolationis abominationem factam super templum ab exercitu Jerusalem circumdante, dicit Propheta usque ad tempus consummationis manere, ut consummatio fiat mundi super desolationem Jerusalem, & templi quod est in ea:*

47. Origenis magister S. Clemens Alexandrinus quamvis obscurissimè loquatur de septuaginta hebdomadibus Danielis in primo Stromatum; ita tamen septem & sexaginta duas quæ ducuntur ab edicto de reædificandis Jerosolymis, vult impleri, quando, ὁ κύριος ἡμῶν χριστὸς, ἅγιος τῶν ἁγίων, ἐλθὼν καὶ πληρώσας τὴν ὅρασιν, καὶ τὸν προφήτην, ἐχρίσθη τὴν σάρκα τῷ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πνεύματι. *Dominus noster Christus, Sanctus Sanctorum, veniens & implens visionem & Prophetam, unctus est in carne Spiritu patris sui:* ut unam illam hebdomadam ad quam pertinet abominatio desolationis post Christi mortem futura, partim referat ad tempora Neronis sub quo cœpit hæc abominatio, partim ad tempora Vespasiani sub quo completa est. Ait enim; ἑβδομάδος τὸ ἥμισυ κατέσχε Νέρων βασιλεύων, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἔστησε τὸ βδέλυγμα. καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀνῃρέθη καὶ αὐτὸς, καὶ Ὄθων, καὶ Γάλβας, καὶ Οὐιτέλλιος. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἐκράτησε, καὶ καθεῖλε τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ ἅγιον ἠρήμωσεν. *Hebdomadis dimidium tenuit Nero regnans, & in Sancta Civitate Jerusalem statuit abominationem: & in dimidio hebdomadis interemptus est & ipse, & Otho, & Galba, & Vitellius. Vespasianus autem obtinuit imperium, & destruxit Jerusalem, & Sanctum vastavit.* Juxta chronologiam Clementis Alexandrini Christus passus est anno quintodecimo Tiberii à morte Augusti numerato, sive anno æræ nostræ vulgaris vigesimo nono. ἀφ' οὗ δὲ ἔπαθεν, ἕως τῆς καταστροφῆς Ἱερουσαλὴμ, γίνονται ἔτη μβ. *Ex quo autem passus est, usque ad eversionem Jerusalem, fiunt anni* 42. uti numerat lib. 1. Stromatum jam laudato. Id quod Origenes etiam admittit: τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη καὶ δύο, οἶμαι, ἀφ' οὗ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, γεγονέναι ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν. *Puto enim* (ait ille lib. 4. contra Celsum) *quadraginta duos annos ex quo crucifixerunt Jesum, fuisse usque ad Jerosolymorum destructionem.* Et sanè ab anno æræ nostræ vulgaris vigesimo nono quo cruci affixus est Christus ad annum ejusdem æræ septuagesimum quo Jerosolymorum eversio contigit, reperiuntur, inclusis terminis, anni quadraginta duo. Hinc

Digitized by Google

Petavius, attentâ Clementis chronologiâ, lib. 12. de doctrina temporum, cap. 30. doctissimè notat, quòd secundùm ejus sententiam *postrema ac septuagesima hebdomas dirempta est à cæteris ac divulsa*. Scio D. Nicolaum le Nourry, è familiâ Benedictinâ congregationis S. Mauri, qui præclaram operam navavit in illustrandis operibus Clementis Alexandrini aliorumque scriptorum primi & secundi Ecclesiæ sæculi, non omnino probare hanc Petavii observationem.

48. Quidquid tamen dicatur, debemus nos hebdomadam annalem ad quam pertinet abominatio desolationis inchoata sub Nerone & completa sub Vespasiano, quemadmodùm ipse Clemens notavit, sejungere ab hebdomadibus quas Propheta duxit usque ad Christum, ne confundamus tempus Passionis ejus cum tempore eversionis Jerusalem. Neque enim illa hebdomas potest esse de septuaginta abbreviatis super populum, neque de sexaginta novem ductis ab edicto: quia tam istas sexaginta novem, quam illas septuaginta explet & terminat hebdomas Passionis Christi, à quâ nemo non sejungit hebdomadam exitialem Jerosolymis. Agamus ergo sejunctim ab reliquis & de hac una hebdomadâ, & de dimidio hebdomadis tam insigniter notato à prophetâ. Auctor est Josephus lib. 7. de Bello Judaico, cap. 12. Jesum quendam, filium Anani, plebeium & rusticum, πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τοῦ πολέμου *quadriennio ante bellum*, cùm ad festum Scenopegiæ diem venisset, repentè exclamasse: *Vox ab Oriente: Vox ab occidente: Vox à quatuor ventis: Vox in Jerosolymam & templum: Vox in maritos novos, novasque nuptas: Vox in omnem hunc populum*. Ominosas istas voces secutum est tristissimum *Veh*, quod homo ille quotidie dabat Jerosolymis, τοῦτ' ἐφ' ἑπτὰ ἔτη, καὶ μῆνας πέντε εἴρων, *id per septem annos & menses quinque faciens* . . . μέχρις οὗ κατὰ τὴν πολιορκίαν ἔργῳ τὰς κληδόνας ἰδὼν, ἀνεπαύσατο. *donec in obsidione opere intuens auguria, quievit. Supra murum enim circumiens iterum, Veh veh civitati ac fano ac populo, voce maxima clamitabat. Cùm autem ad extremum addidit, veh etiam mihi, lapis tormento missus eum statim peremit, animamque adhuc illa omnia lugentem dimisit*. Populus Romanus qui urbem, duce Tito, obsessam tenebat in ejus atque templi exterminium, quod paucis post mensibus contigit, anno secundo Vespasiani, æræ Christianæ septuagesimo: is est de quo dixerat Daniel: *Et civitatem & Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una*. Hanc ergo hebdomadam utique annalem nobis describunt illi septem anni quos una cum mensibus quinque notavit Josephus velut fatales Jerosolymis. Nec enim hæc mensium appendicula officit veritati unius hebdomadis annalis prædictæ à Daniele. Sicut enim tempus regni David in Hebron quod describitur *septem annis, & sex mensibus*, 2. Reg. V. 5. excessu mensium misso definitur tantùm *septem annis*, 3. Reg. II. 11. & 1. Par. XXIX. 27. ita quos Josephus *septem annos & menses quinque* dixit, hos Daniel prædixit sub unius hebdomadis seu septennii nomine.

49. Hi quinque menses superflui expleverunt annum Ecclesiasticum Judæorum qui tunc labebatur. Additi enim mensi Scenopegiorum, anni Ecclesiastici septimo, duodenarium conficiunt numerum mensium. Itaque septennium Jesu Ananidis post quinque menses superfluos computatum cœpit à mense Nisan anni æræ Christianæ sexagesimi tertii quo initium hujus mensis juxta veterem cyclum Judæorum incidit in diem decimam nonam mensis Martii. A mense enim Nisan illius anni usque ad mensem Nisan anni ejusdem æræ septuagesimi quo interiit Jesus Ananides, elapsum est integrum septennium. Dimidio peracto hujus hebdomadis annalis anno Neronis duodecimo, æræ Christianæ sexagesimo sexto, mensis Hyperberetæus Syro-Macedonum sive Tisri Chaldæorum qui Judæis erat septimus anni Ecclesiastici & primus anni civilis, dedit initium alteri dimidio ejusdem hebdomadis. Vetus cyclus Judæorum à nobis juvante Deo illustrandus exhibet hoc anno neomeniam hujus mensis ad diem nonam mensis Septembris. Josephus qui lib. 2. de Bello Judaico cap. 23. refert quòd *propter Scenopegiorum dies festos, in Jerosolymam populus omnis*

Digitized by Google

omnis ascenderat, narrat capite mox sequenti seditiosos Judæos secessisse in interiorem partem *καὶ τὸ ἱερὸν & templum*, Cestio Gallo Syriæ præside obsidente Jerosolymam, labente utique eodem mense: quia *τῇ τριακάς ὑπερβερεταίου μηνὸς erat tricesima Hyperberetæi mensis*, quo Scenopegiam celebrabant Judæi à die decimaquinta usque ad vigesimam primam per septem dies. Ex tunc ergo abominatio desolationis stetit in templo per seditiosos Judæos qui templum impiè occupaverunt, polluerúntque, facientes è loco sancto abominandam acropolim. Hi enim sunt facinorosi illi Zelotæ de quibus Josephus lib. 5. de Bello Judaico, cap. 2. ait: *Cùm verò multa contempsissent de virtute ac vitiis statuta majorum, etiam quæ de patria olim prædicta fuerant, vera esse exitu probavere. Vetus enim quidam sermo ferebatur, tunc demum civitatem captum iri, Sancta quoque flammis exurenda esse jure belli, cùm seditio fuisset exorta, καὶ χεῖρες οἰκεῖαι προμιαίνωσι τὸ τ Θεοῦ τέμενος & manus propriæ polluissent Dei templum.* Annus æræ Christianæ septuagesimus qui stantem in loco sancto per nequissimos Zelotas abominationem desolationis consummavit, per conflagrationem templi factam die decima mensis Ab sive Loi, incidente in diem quartam mensis Augusti, cùm endelechismus seu juge Sacrificium defecisset die decima septima mensis Tamuz sive Panemi competente in diem decimam tertiam mensis Julii, terminavit dimidium hebdomadis annalis inchoatum cum abominatione desolationis mense Hyperberetæo anni ejusdem æræ sexagesimi sexti. Terminus præcisus hujus dimidii fuit mensis Nisan qui anno æræ Christianæ septuagesimo iniit die trigesima mensis Martii: quia tres anni cum dimidio ducti à die ultimâ mensis Tisri anni ejusdem æræ sexagesimi sexti porriguntur usque ad diem ultimam mensis Nisan anni septuagesimi. Et quidem Josephus lib. 6. de Bello Judaico cap. 4. refert ad hunc mensem summum abominationis in templo, quâ *populares ad aram delati & circum templum appulsi conculcabantur, cùm lignis passim ferroque caderentur*, versis in execrandam hominum stragem solitis eorum hostiis & Sacrificiis; ut his hoc pacto deficientibus compleretur quod dixerat Angelus ad Danielem: *Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium; & erit in templo abominatio desolationis*. Quia tamen dimidium hebdomadis annalis notatum absque ullo mensium discrimine, quale est illud Danieliticum, latiùs potest usurpari, ponendo scilicet annum quartum à Cestiana Jerosolymorum obsidione pro termino abominationis stantis in templo & defitionis hostiæ ac Sacrificii, quocumque illius anni mense id contigerit: non immeritò possumus includere in eodem dimidio & defectum jugis sacrificii & conflagrationem templi & excidium urbis. Ista enim peracta sunt intra annum quartum ab obsessis à Cestio Jerosolymis & ab inceptâ in templo abominatione desolationis; hisque peractis fuit quæ *usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio*. Quicquid ergo prænunciaverat Daniel & de una hebdomada ab reliquis in Christo terminatis divulsâ, & de dimidio hebdomadis, id in historia eversionis Jerusalem per Titum factæ sub patre Vespasiano videmus completum, nec ullum de divulsione dubium superest. Neque enim ista divulsio in tanta rerum evidentiâ obscuram efficit vel incertam supputationem reliquarum hebdomadum. Ut enim divulsio historiæ eversionis Jerusalem ab historia Passionis Christi obscuritatem non affert divino Danielis oraculo, ita nec divulsio hebdomadis complexæ hanc eversionem.

50. Paulò aliter de Danielitico hebdomadis dimidio disserueram in digressione ad brevem exercitationem in monumenta Coptica. Nec displicuerat viris eruditis mea explanatio, ipsi præsertim nostro Thomæ Bouges, divinarum literarum in conventu Tolosano professori, qui sententiam rudi adhuc informatam calculo explicandam suscepit doctâ dissertatione de hebdomadibus Danielis Gallicè conscriptâ secundum eos numeros quos eâ in digressione expressi. Ducebam hoc dimidium ab anno æræ Christianæ sexagesimo nono, imperii Vespasiani primo, quo iniit apud Hebræos una annorum hebdomas dimidium consecuta anno ejusdem æræ septuagesimo secundo & Vespasiani quarto. In hoc enim dimidio quod insigniter terminavit Liberius Maximus

Judææ procurator, cùm acceptis à Vespasiano literis, *ut omnem terram venderet Judæorum*, omnem eis libertatem ademit & avitas possessiones quas recuperare numquam potuerunt; præter defectum jugis sacrificii specialiter notatum à Josepho lib. 7. de bello Judaico cap. 4. contigit conflagratio ipsius templi & excidium urbis. Verùm cùm defectus jugis sacrificii, templique conflagratio pertineant ad quartum annum ex quo abominatio desolationis stetit in templo juxta ea quæ jam diximus, non puto recedendum ab hac dimidii hebdomadis annalis ratione.

§. VII.

De magnis difficultatibus quibus se implicant qui diversam à nostra sententiam tuentur de hebdomadibus Danielis.

51. NOn una est & veterum & recentiorum sententia de hebdomadibus Danielis, quæ ab interpretatione nostrâ dissentiens inenodabilem reddit tam insignem Prophetiam de Christo Domino. Præcipua difficultatis causa fuit una illa hebdomas, quam licet Daniel sejunctim à cæteris describat, hanc tamen ab his sejunctam plures non viderunt. Sic Tertullianus libro adversus Judæos rectè quidem observat exitialem Jerosolymis hanc hebdomadam impletam fuisse, quando *Vespasianus anno primo imperii sui debellavit Judæos: quia expletis his quoque temporibus, & debellatis Judæis, postea cessaverunt illic libamina & sacrificia, quæ exinde illic celebrari non potuerunt.* Sed parum accuratè inde conficit, quòd *ita in diem expugnationis suæ Judæi impleverunt hebdomadas LXX. prædictas à Daniele.* Enormiter enim contra Chronologiam peccat, initium repetens harum hebdomadum ab anno primo Darii Nothi, quem non sine magno anachronismo confundit cum Dario Medo, cujus anno primo Daniel vidit illas hebdomadas. Nam regnum Darii Medi antevertit regnum Darii Nothi annis centum quatuordecim: quia Darius Medus regnavit Babylone ab anno tertio Olympiadis sexagesimæ, ante æram Christianam quingentesimo trigesimo octavo, ut jam vidimus in primo paragrapho. At Darius Nothus regnum iniit anno primo Olympiadis octogesimæ nonæ, ante vulgarem Christi nati epocham quadringentesimo vigesimo quarto, ut nos docet Diodorus lib. 12. Biblioth. & Eusebius in Chronico. Quid quòd Artaxerxes Longimanus à quo datum est edictum de instaurandis Jerosolymis, futurum post visionem de hebdomadibus, præcedit ætate Darium Nothum. Jam quippè objerat & ipse, & Xerxes qui duobus mensibus post eum regnavit, & Sogdianus cui post septem menses regni interfecto successit Darius Nothus. Nisi fortè quis existimet cum Sulpicio Severo non Darium Hystaspidem, sed Darium Nothum eum esse sub quo instauratum est templum: edictum verò de instaurandis Jerosolymis exiisse non ab Artaxerxe Longimano, sed ab Artaxerxe Mnemone seu Memorioso, Darii Nothi successore. Id certè multùm placuit Scaligero, Drusio, aliisque Scaligeranis, qui hanc Sulpicii Severi sententiam renovare conati sunt. Verùm ea quæ diximus tum de septuaginta annis desolationis Jerusalem expletis

pletis anno secundo Darii Hystaspidis, tum de septem generationibus seu centum quadraginta annis captivitatis Babylonicæ terminatis anno septimo Artaxerxis Longimani, Scaligeri calculos evincunt falsitatis, præter alia multa quæ viri eruditi, maximè Petavius & Huetius doctissimè congerunt contra Scaligerum.

52. Ut redeamus ad Tertullianum, quamvis ille non referat Passionem Christi ad septuagesimam hebdomadum abbreviatarum super populum, fatetur tamen signaculum visionis & prophetiæ positum inter ea quæ obsignare debuerunt septuaginta illas hebdomadas, ad eandem Passionem pertinere. Pro eo enim quod nos legimus; *Et impleatur visio & Prophetia*: ipse habens; *Et signetur visio & prophetes*; quæstione motâ, quid sit *signari visum & prophetiam*, mox docet id in Christo Passo completum, *quoniam omnes prophetæ nuntiabant, de ipso, quod esset venturus, & pati haberet: igitur quoniam adimpleta est prophetia per adventum ejus, propterea signari visionem & prophetiam dicebat, quoniam ipse est signaculum omnium prophetarum, adimplens omnia quæ retrò de eo prophetæ nuntiaverunt. Post enim adventum Christi & Passionem ipsius, jam non visio, neque Prophetes est, qui Christum nuntiet venturum.* Hæc ille, ex quibus conficitur septuaginta hebdomadas Danielis decisas super populum Judaicum, ut *impleatur visio & prophetia*, debere terminari cum hebdomada, ad quam Passio Christi pertinet: *Post enim adventum Christi & Passionem ipsius, jam non visio, neque Prophetes est, qui Christum nuntiet venturum.* Neque enim sufficit ad Prophetiæ comprobationem, ut *passio hujus exterminii*, quemadmodum is loquitur, *intra tempora LXX. hebdomadarum perfecta sit sub Tiberio Cæsare, COSS. Rubellio Gemino, & Ruffino Gemino*, sive anno æræ Christianæ vigesimo nono: sed necesse est omninò ut ea contigerit intra hebdomadam septuagesimam. Aliàs certè non dixisset Angelus ad Danielem; *septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum . . . ut impleatur visio & prophetia.* vel ut legit Tertullianus; *LXX. hebdomadæ breviatæ sunt super plebem tuam . . . quoadusque inveteretur delictum . . . ut & signetur visio & prophetes.* Sed numerasset usque ad dictum terminum hebdomades sexaginta quinque. Quandoquidem Tertullianus ponit Passionem Christi intra sexagesimam quintam hebdomadam. In quo etiam refellitur à Propheta, juxta quem septem & sexaginta duæ, seu sexaginta novem, hebdomades numerandæ sunt ab exitu sermonis ut iterùm ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, utique passum: quia de illo ait; *& Occidetur Christus.* Habet tamen Tertullianus id commodissimum in sua hebdomadum ratione; quòd tales nactus sit, quales Judaica hebdomadum annalium lex postulabat, nempe cum characterismo anni Sabbatici. Is enim characterismus convenit hebdomadibus annorum terminatis *anno primo imperii* Vespasiani, unà cum hebdomade Jesu Ananidis superius explanatâ: quia annus primus imperii Vespasiani exorsus Kalendis Julii anni æræ Christianæ sexagesimi noni, fuit ante autumnum Sabbaticus & ultimus unius hebdomadis annalis Hebraicæ.

53. Diverso tramite ducitur S. Basilius Seleuciensis Oratione XXXVIII. contra Judæos, ubi solitariam hebdomadam Danielis, ad quam abominatio desolationis pertinet, ita ponit in serie cœterarum quæ ducuntur ab edicto de instaurandâ Ierusalem; ut, his terminatis cum hebdomadâ Passionis Dominicæ, quo nihil melius, illam statim enumeret tamquam septuagesimam, referátque ex consequenti abominationem desolationis in templo ad tempus Caii Caligulæ, quod quâ ratione defendi possit, nemo videt, qui attentè contulerit oraculum Daniеliticum de excidio Ierosolymitano, cum eâ quam habemus, ejusdem excidii historiâ. Rectè igitur ille docet de septem & sexaginta duabus hebdomadibus ductis ab instauratione Ierusalem usque ad Christum ducem pro nobis passum, quòd *sexaginta novem hebdomades dixit Angelus usque ad adscensionem Salvatoris.* Rectè quoque mox scribit: *Et hebdomadam unam alteram Judæis attribuit.* At alienum est à vero quod ait de medio

dio

dio hujus hebdomadis, nempè quod *post Salvatoris adscensionem, Tiberio demortuo, successor imaginem Augusti Hierosolymis posuit, super quos bella multa Judæis moventibus, eos cùm debellasset Cajus, Judæorum aras funditus demolitus est, & victimas, quæ ex lege fiebant, cum Pterygio sustulit.* Josephus quidem lib. 2. de bello Judaico, cap. 9. narrat quòd Cajus *Petronium cum exercitu Jerosolymam misit præcipiens ut in templo statuas ejus locaret: quas nisi susciperent Judæi, contradicentes quidem ex his interficeret, reliquam verò multitudinem captivaret.* Sed simul nos docet idem scriptor in Petronio minimè processisse, flexo magnâ Judæorum prece ad semovendum exercitum, spéque ducto se posse obtinere à Cajo revocationem mandati, quod ab illo habuerat. Et quamvis eam Cajus omninò denegaverit, imo mortem comminatus sit Petronio qui tardum se præbuerat ad exequendum hoc mandatum: tamen literæ quæ hanc Caii voluntatem significabant, non commearunt ad Petronium, nisi post allatum ei nuncium de morte ipsius Caii, quæ motus in Iudæos conatúsque prohibuit. Itaque falsum est Cajum, vel quempiam ministrum Caii, locasse in templo Judæorum ullas vel statuas vel imagines, aras eorum evertisse, sustulisse victimas. Falsum est quoque quod idem Basilius dicit de sublato tunc Pterygio, quod ipse interpretatur *Summi Pontificis Stolam, sive Diploidem.* Præterquàm enim quod πτερύγιον non significat *Stolam*, sed *alam* seu *pinnaculum*, ut vertit Tertullianus: dici non potest Cajum abstulisse à Judæis Stolam Pontificiam. Nam Iosephus lib. 15. Antiquit. Judaic. cap. 14. testatur Stolam Pontificiam quæ in potestate Romanorum fuit post obitum Herodis, concessam fuisse custodiæ Judæorum à Vitellio Syriæ præside sub Tiberio, nec ablatam eis esse nisi post mortem Agrippæ quæ sub Claudio Caii successore contigit; ita ut toto Caii tempore Iudæi fuerint stolæ pontificiæ custodes. Sed neque sibi constat idem Basilius. Mox enim attribuit Tito ablationem Stolæ, quam Cajo adjudicaverat. Prætereà bellum quod ad solitariam hebdomadam Danielis pertinet, & in editione septuaginta interpretum quam is recipit, describitur instar diluvii, exponit de bello quod sub Vespasiano motum est; ait enim quod Angelus, qui illud Danieli revelavit, τὸν πόλεμον τὸν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ ἀφανισμοῦ κατακλυσμὸν ὠνόμασεν. *bellum vocavit diluvium exterminii sub Vespasiano.* Ita cogitur dirimere unam illam hebdomadam cujus est hoc bellum, à sexaginta novem hebdomadibus ductis ab edicto quas ultra Christum extendere nequaquàm potuit.

54. Non defuêre qui attendentes Passionem Christi non posse divelli à sexagesima nona dictarum hebdomadum, nec ab una hebdomada quæ postmodùm futura erat, debere sejungi eversionem Ierosolymorum sub Vespasiano factam, putaverunt hanc unam hebdomadam esse decenniorum, adeóque non septenos ut cœteræ postulant, sed septuaginta annos complecti. *Sed nescio quo modo superiores hebdomadas septem & sexaginta duas per septenos annos, & hanc unam per denos, id est, septuaginta annis possimus accipere*, ait S. Hieronymus cum Eusebio in caput nonum Danielis. Rectè tamen hæc opinio *quæ ex parte non reprobatur*, ut idem scribit, *Passione Domini*, terminavit superiores illas hebdomadas. Rectè etiam tenuit de posteriori ad eam pertinere historiam belli Iudaici sub Nerone, *quando contra Judæos Romana primùm arma commota sunt*, tum sub Vespasiano & Tito, *quando Jerosolyma templumque succensum est.* Sed quia disjunctionem quam in hebdomade annorum postulat historica veritas, specie connexionis obtexit, admisit monstrum hebdomadis decenniorum.

Causâ similis connexionis Origenes tract. 29. in Matthæum sic probavit hanc decenniorum hebdomadam, & ut cœteras per septenos decenniorum numeros duxerit quoque explanandas. Ita pro quadringentis nonaginta annis qui inveniuntur in septuaginta hebdomadibus, ipse posuit quatuor millia & nongentos. *Arbitror autem*, inquit, *septuaginta septimanas concisas super populum & super civitatem sanctam, ut consummetur peccatum, quatuor millia nongentos esse annos ab Adam usque ad septuaginta*

ta annos qui fuerunt post dispensationem Christi. Ut certissimum est solitariam post Christum hebdomadam ejusdem cum anterioribus esse rationis, quia Propheta nullum inter eas discrimen admittit; ita falsissimum est anteriores hebdomadas fuisse decenniorum, & ab Adamo debere colligi: tum quia exitus Sermonis ut iterum ædificetur Ierusalem, unde numerantur ab eodem Propheta, reperitur intra hebdomadam sexagesimam nonam annalem ordine retrogrado ductam ab hebdomada Passionis Domini. Tum etiam quia septem & sexaginta duæ hebdomades quæ tunc temporis tractum complectuntur, non revelatæ sunt Danieli, tamquam præteritæ ex parte, sed omnino futuræ, dicente Angelo; *Hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt*. Tum denique quia numerus annorum qui colliguntur ab Adamo usque ad Christum secundùm Hebraicam veritatem non accedit nisi ad quatuor millia plus, minusve. Sed neque editio septuaginta viralis quæ Hebraicos calculos longè superat, favet Origenianis; cum quinque millium & ducentorum annorum summam ut minimùm expleat. Ipse etiam Origenes, uti nos docet S. Hieronymus in caput nonum Danielis, *cùm proposuisset hoc idem capitulum, hortatus est nos, ut quæramus quod non intelligimus, & quia non habebat locum allegoria, in qua est libera disputatio, historiæ veritate conclusus, hæc in decimo Stromatum volumine breviter annotavit. Studiosius requirenda sunt tempora, a primo anno Darii filii Assueri usque ad adventum Christi, quot anni sint, & quæ in illis gesta dicantur, & videndum est an ea possimus adventui Domini coaptare.* Inanes ergo sunt hebdomades decenniorum quæ longissimè transeunt Darii filii Assueri seu Darii Medi tempora. Adde constantem esse traditionem Sanctorum Patrum hebdomadas Danieliticas esse hebdomadas annales, Hebræis usitatissimas, quarum singulæ complectuntur septenos annos: Hebræos quoque, si paucos dementiæ næ temeritatis excipias, hunc in modum eas accipere.

56. Aliam Eusebius rationem iniit attexendi posteriorem hebdomadam ad anteriores. Scribit ille tam in primo quam in secundo Chronicorum, ubi agit de temporibus Artaxerxis Longimani: *Nehemiam, qui muros Jerusalem construxerat, consummasse opus tricesimo anno Artaxerxis regis Esdras memorat. Si quis autem ab hoc tempore LXX. hebdomadas à Daniele scriptas numeret, quæ faciunt annos CCCCXC. reperiet eas in regno Neronis expletas, sub quo obsideri Jerusalem cœpta secundo postea Vespasiani anno capitur.* Nemo non videt Eusebium venisse in eam opinionem propter ultimam hebdomadam ad quam pertinet bellum Judaicum inchoatum sub Nerone, & quam à serie anteriorum segregandam non putavit. Habet tamen & suos nævos hæc opinio, eosque planè inextricabiles. Primò hebdomades quæ ducuntur *ab exitu sermonis ut iterùm ædificetur Jerusalem*, frustrà inchoantur ab ædificii consummatione. Secundò consummatio hujus operis falsò illigatur anno trigesimo Artaxerxis; cùm actum sit *ab anno vigesimo usque ad annum trigesimum secundum Artaxerxis regis, per annos duodecim*, ut ipsa dux operis Nehemias docet 2. Esd. V. 14. Quin & Eusebius jam declaraverat, quòd *Nehemias Hebræus, minister vinarius Artaxerxis regis Persarum, concedente sibi Domino suo, vicesimo ejus anno de Babylone venit in Judæam: & tricesimo secundo anno muros urbemque restituit.* Tertiò, positâ epochâ hebdomadum septuaginta in anno trigesimo Artaxerxis Longimani, qui iniit anno secundo Olympiadis octogesimæ sextæ, ante æram Christianam quadringentesimo trigesimo quinto, Passio Salvatoris contra expressos in Prophetia numeros incidit in hebdomadem sexagesimam septimam. Quartò ex eadem hebdomadum epochâ conficitur annum secundum Neronis qui iniit III. Idus Octobris anni æræ Christianæ quinquagesimi quinti elausisse septuaginta hebdomades, sive annos quadringentos nonaginta, quot numerantur ab anno ante eandem æram quadringentesimo trigesimo quinto. Quomodo autem bellum contra Judæos motum sub Nerone pertinebit ad ultimam harum hebdomadum? Non enim cœptum est nisi duodecimo Neronis anno, ut auctor est Josephus tum lib. 20. Antiquitatum Judaicarum, capite ultimo,

timo, tum lib. 2. de Bello Judaico, cap. 13. Quintò demùm ne per somnium quidem invenitur in dimidio ultimæ hujus hebdomadis, quod de notato à se dimidio Daniel prædixit. Effracta ergo & revulsa manet connexio Eusebiana Hebdomadis solitariæ cum superioribus.

57. Reapse nec Eusebius maximi putavit hanc suam connexionem. Aliò quippè trahens calculos earumdem hebdomadum & in Chronicis & in octavo de Demonstratione Evangelica, *tale nescio quid suspicatur*, inquit Divus Hieronymus in caput nonum Danielis, ut Christum ducem ad quem usque ducuntur septem & sexaginta duæ hebdomades, nequaquam intelligens de Christo Domino, eas vel colligat ab anno primo Cyri regis Persarum & terminat quando Aristobulus filius Jonathæ rex pariter & Pontifex primus apud Judæos diadematis sumpsit insigne: vel ducat à sexto anno Darii Hystaspidis usque ad annum, quo, inquit, *Christus, hoc est, Hircanus novissimus Pontifex de genere Machabæorum ab Herode jugulatus est, & cessavit juxta legem Dei Pontificum successio*. Agens tamen de dimidiata illa hebdomada quam Daniel descripsit in confirmationem pacti, interpretatur eam de tempore prædicationis Christi, *qui*, inquit, *tribus annis & sex mensibus juxta Evangelistam Joannem evangelium prædicavit, & confirmavit veri Dei cultum multis*. Cùm Christi prædicatio cœperit juxta Eusebium anno quartò Olympiadis ducentesimæ primæ: & Aristobulus filius Jonathæ rex atque Pontifex fuerit Judæorum anno primo Olympiadis centesimæ sexagesimæ nonæ: Herodes verò, deficiente Pontificum principatu, regnum inierit anno quarto Olympiadis centesimæ octogesimæ sextæ, ut idem supputavit in suis Chronicis; manifestum est Eusebium longo intervallo sejunxisse hebdomadam Danielis solitariam ab anterioribus, sive illas enumeraverit à Cyro usque ad Aristobulum filium Jonathæ, sive illas porrexerit ab anno Darii Hystaspidis sexto usque ad initium Herodis. Non miror hallucinationem quâ confudit epocham Persicam regni Cyri cum Babylonica uno & viginti annis altiorem, totóque septennio errat in assignando initio regni Herodis. Jam enim ostendimus quo anno Cyrus Babylonicum regnum obtinuerit, & aliam instituimus dissertationem in qua Herodianos Eusebii calculos evincimus falsitatis. Satis habeo in præsenti eum tandem tenuisse sejunctionem hebdomadis, propter quam ettexendam ad anteriores, & illam & istas inexplicabiles efficiebat.

§. VIII.

De eodem argumento contra plerosque recentiores.

58. MUlti qui cum Eusebio arbitrantur contigisse Passionem Christi intra hebdomadam quæ pactum confirmavit, nolentes tamen eam ab eo segregare illam à cæteris mirè se torquent in reddenda omnium ratione. Putant enim dispensationem Christi prædictam à Propheta pertinere ad hebdomadem ab edicto de reædificandis Jerosolymis non sexagesimam nonam sed septuagesimam, quamvis Propheta dicat; *Ab exitu sermonis ut iterùm ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt*; & quamvis solitariam illam hebdomadam, de qua ait; *Confirmabit*

malit autem pactum multis hebdomada una: non exhibeat nisi in descriptione belli quo & civitatem & Sanctuarium dissipaturus erat populus cum duce venturo, nempe populus Romanus cum duce suo Tito. Itaque prætermittentes tam insignem solitariæ hebdomadis characterismum qui eam apertissimè ab reliquis dirimit, quærunt inter edictum de instaurandis Jerosolymis & passionem Christi unam hebdomadam supra sexaginta novem, alii quidem integram, alii verò vel dimidiam vel propè dimidiam, ut illud; *Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium*: referatur vel ad defectum seu mortem Christi pro nobis immolati in cruce, vel ad desitionem hostiæ & sacrificii legalis factam, Christo typos omnium veterum victimarum & sacrificiorum per passionem suam implente. Sed cùm intervallum temporis quod ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani, edicti proprio, venit colligendum usque ad mortem Salvatoris, sit eis exiguum, illud vel laxant altiùs repetendo initium ejusdem regis, vel contractam concedentes hebdomadas cum eo contrahunt.

59. Benedictus Pererius, Dionysius Petavius, & Jacobus Usserius putant altiùs repetendam epocham regni Artaxerxis, tramite tamen diverso. Nam Pererius & Petavius eam conjiciunt in annum duodecimum Xerxis, quo suspicantur Artaxerxem ejus filium in regni communionem adscitum esse. Usserius autem improbans hanc regni communionem, maluit eximere annos aliquot ex regno Xerxis, quàm admittere Artaxerxem ante obitum patris regnasse. Præter varias conjecturas quibus Pererii divinationem stabilire conatus est Petavius, præcipuum fundamentum ignotæ antiquis eorum sententiæ illud ipsum est, quo Usserius maximè nititur, nempè Themistoclem Athenis profugum in Asiam misisse literas *εἰς βασιλέα Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου, νεωστὶ βασιλεύοντα. ad regem Artaxerxem Xerxis filium, nuper regnantem*, teste Thucydide lib. 1. pag. 90. Cùm enim Usserius reperiat in Eusebii Chronico *Themistoclem in Persas fugisse* Olympiadis septuagesimæ sextæ anno quarto, eoque nono ante vulgarem Artaxerxis Longimani epocham, inde conficit eundem Artaxerxem ex tunc regnasse. Cùm autem alii Scriptores prodant contigisse hanc Themistoclis fugam, dum Xerxes viveret, inde colligit Petavius quod nullus veterum tradidit, Artaxerxem in imperii consortium admissum esse à Xerxe. Ut vanissima est argumentatio Usserii petita ab Eusebio, quippè qui liquidè refert ad tempora regis Xerxis dictam Themistoclis fugam: ita levissima est Petavii ratiocinatio, quia auctores qui scribunt Themistoclem fugisse ab Artaxerxem filium Xerxis, tenent jam defunctum ipsum Xerxem. Qui verò tradunt eum non Artaxerxem sed Xerxem convenisse, rem ante regnum Artaxerxis omninò perhibent. *Ac Thucydides quidem & Charon Lampsacenus, Xerxe defuncto produnt in sermonem venisse Themistoclem filio ejus: Ephorus, Dion, Clitarchus, Heraclides, aliique complures, ipsum convenisse Xerxem*; ut nos docet Plutarchus in Themistocle. Plura contra Petavium dat eruditissimus Episcopus Abrincarum Daniel Huetius in sua demonstratione Evangelica, propos. IX. cap. VIII. num. XVIII. quæ consultò prætermisi, ne præsens dissertatio inutiliter excresceret.

60. Ut redeam ad Usserium, haud difficulter ostendo falsitatem ejus sententiæ. Statuit ille in suis annalibus Xerxem successisse Dario Patri anno Periodi Julianæ quater millesimo ducentesimo vigesimo nono, ante æram Christianam quadringentesimo octogesimo quinto; filium autem Xerxis Artaxerxem Longimanum, patre jam defuncto regnum iniisse anno periodi Julianæ quater millesimo ducentesimo quadragesimo primo, ante æram Christianam quadringentesimo septuagesimo tertio. Secundùm hos calculos Xerxiana epocha altior est Artaxerxiana annis duodecim, quos Xerxes tantùm regnaverit, contra fidem antiquorum qui produnt eum imperasse vel annos viginti, ut Eusebius in Chronicis; vel annos viginti & unum,

D

unum, ut Ptolemæus in Mathematico Babyloniorum Perſarumque regum canone. Ideo ſcilicet, quia Xerxes ἐτελεύτησε βασιλεύσας τῶν Περσῶν ἔτη πλείω τῶν εἴκοσι, *mortuus eſt, cùm regnaßet apud Perſas annos pluſquàm viginti.* teſte Diodoro lib. XI. Bibliothecæ, ad annum quartum Olympiadis ſeptuageſimæ octavæ, ante æram Chriſtianam partim quartum partim quintum ultra quadringenteſimum & ſexageſimum. Unde Euſebius, quamvis non deſcribat expreſsè niſi viginti annos Xerxis, annum qui eſſet eidem Xerxi vigeſimus primus, explet ſolis *menſibus VII.* Artabani qui Xerxem interemit, quia illi *menſes in ordine annorum reputantur.* At Ptolemæus qui annos viginti & unum regno Xerxis tribuit, non exprimit tempus Artabani, id includens in anno Xerxis vigeſimo primo. Itaque fallitur Uſſerius affingens regno Xerxis annos tantùm duodecim. Nec comminiſci quiſquam poteſt Xerxem Dario Patri ſucceſſiſſe ante annum Periodi Julianæ quater milleſimum ducenteſimum vigeſimum nonum. Notiſſima ſunt etenim tempora Darii Hyſtaſpis filii, patriſque Xerxis, rectiſſiméque notantur ab Uſſerio, beneficio duarum eclipſium quæ illo imperante contigerunt. Prætereà Uſſerianum Artaxerxis Longimani exordium labefactat Diodorus, conjiciens profectionem Themiſtoclis ad Xerxem in annum ſecundum Olympiadis ſeptuageſimæ ſeptimæ. Ad hanc quoque Olympiadem, non autem ad præcedentem, retuliſſe Euſebium dictam Themiſtoclis profectionem, docet Scaliger in Animadverſionibus ad numerum Euſebianum MDXLV. Denique annus quo obiit Artaxerxes Longimanus, certiſſimo argumento eſt eum nequaquàm inviſſe regnum Perſicum anno Periodi Julianæ quater milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo. Conſtat enim ex Thucydide auctore coętaneo, Artaxerxem Xerxis filium objiſſe anno ſeptimo belli Peloponneſiaci; æſtatis autem inſequentis initio ſtatim circa neomeniam ſolem ex parte defeciſse. Æſtatem à veris principio latè inchoat Thucydides, & ſignat eclipſim quam calculus aſtronomicus exhibet ad diem vigeſimam primam menſis Martii Juliani proleptici anni periodi Julianæ quater milleſimi ducenteſimi nonageſimi, ante æram Chriſtianam quadringenteſimi vigeſimi quarti, ad finem tendente anno quarto Olympiadis LXXXVIII. quo juxta Diodorum *Artaxerxes Perſarum rex* ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα, *mortuus eſt, cùm præfuißet annos quadraginta.* Alibi quoque, nempè ad annum quartum Olympiadis LXXVIII. regni Xerxis vigeſimum primum, expreſsè ait, quòd ὁ Ἀρταξέρξης ἐβασίλευσεν ἔτη τετταράκοντα *Artaxerxes regnavit annos quadraginta*, nimirùm ab anno primo Olympiadis LXXIX. quem mox notat, & à quo Euſebius accuratiſſimè colligit annos illos quadraginta, ut eos terminet cum anno quarto Olympiadis LXXXVIII. Uſſerius quoque hoc ejuſdem Olympiadis anno, parte primâ cohærente cum quadringenteſimo vigeſimo quinto ante æram Chriſtianam, vitâ exceſſiſſe Artaxerxem pro certo tenet in ſuis annalibus, nec immeritò; cùm hyemem quam ſecuta eſt eclipſis Solaris à Thucydide memorata, præceſſerit mors Artaxerxis, teſte eodem auctore. At cùm idem ille annus ſit quadrageſimus nonus ab Uſſeriano ejuſdem Artaxerxis initio, patet Uſſerium novennio planè commentitio altiùs quàm par erat, illud exhibuiſſe.

61. Reliquum eſt, ut oſtendamus incommoda alterius ſententiæ quæ contrahit hebdomadas Danielis in annos ſolaribus breviores, quales ſunt anni lunares Arabici in quibus locum non habet menſis embolimus ſive intercalaris, nobis haud minus quàm Hebræis, aliiſque populis receptus, ut ſolis annuam luſtrationem menſtruo ſpatio luna compleat. Auctor hujus opinionis Julius Africanus multos habuit ſequaces, quòd inter varias aliorum expoſitiones nulla melior eis occurreret. Nullum enim in tota antiquitate locum noverant altiùs repetendi initium regni Artaxerxis, ut intervallum quod ſeptuaginta hebdomadibus exiguum inveniebant, latiùs proferre poſsent. Præcipui ſunt Theodoretus, Beda, Zonaras, Ru-

Digitized by Google

Rupertus, Dionysius Carthusianus, Pererius, Tornellus, maximè verò Illustrissimus præsul Abrincarum Daniel Huetius qui sententiam hanc argumentis approbare conatur in sua demonstratione evangelica. Cardo argumentorum unus est, nempe sexagesimam nonam hebdomadem ante Christi obitum effluxisse, septuagesimam verò ante eundem obitum inchoatam post eum desiisse, atque intra ejus decursum Christum fuisse in crucem actum, *si à vicesimo anno Artaxerxis computemus sexaginta novem hebdomadas, sive quadringentos octoginta tres lunares annos, quorum singuli sint trecentorum quinquaginta & quatuor dierum*. Quia enim anni solares quadringenti sexaginta novem, annos lunares efficiunt quadringentos octoginta tres, sive sexaginta novem hebdomadas cum dimidia circiter anni parte: posito ejusmodi hebdomadum exordio in anno vigesimo Artaxerxis Longimani, facilè reperitur expletas esse ante mortem Christi has hebdomades, eamque ad septuagesimam sequentem pertinere. Restabat Præsuli Sapientissimo, ut ad firmandum hoc suum argumentum quo alii quoque usi sunt, ostenderet tales hebdomadas receptas fuisse ab Hebræis. Sed prædurus erat labor, quem nulla antiquitatis monimenta minuerent. Unde sibi id objiciens, *gravi*, inquit, *pulsamur argumento, quod tantum apud Scaligerum & Petavium valuit, ut non aliam ob caussam ab hac sententia discesserit uterque*. Et sanè ideo Julius Africanus tum apud Eusebium lib. 8. de Demonstratione Evangelica, tum apud D Hieronymum in cap. IX. Danielis, & apud Georgium Syncellum in chronographia, supputavit Hebdomadas Danieliticas *juxta lunarem Hebræorum supputationem*, quia *Hebræi menses non juxta Solis, sed juxta lunæ cursum numerant*. Atqui idem Africanus cogitur fateri lunarem Hebræorum supputationem æquare solarem, nostram propter receptos ab Hebræis menses embolimos. Ait enim quòd causâ hujus æquationis ἕλληνες καὶ ἰουδαῖοι τρεῖς μῆνας ἐμβολίμους ἔτεσιν ὀκτὼ παρεμβάλλουσι. *Græci & Judæi tres menses embolimos annis octo adjiciunt*. Tantum igitur abest ut lunaris Hebræorum supputatio ad quam confugiunt, nobis suadeat admittendos esse in calculo Hebdomadum Danielis lunares annos absque mense embolimo, ut planè nos doceat contrarium. *Audiendus omnino super ea re Theodoretus*, ut verbis utar ipsiusmet Huetii, quem miror non advertere inde magis oppugnari sententiam suam, quàm firmari. *Sciendum enim est Ebræos* (inquit ille, quemadmodum laudatur ab eodem Huetio) *ad lunæ cursum annum ordinantes, undecim dies superstites facere, quos nos etiam intercalares appellamus. Nam lunæ cursus intra viginti novem dies & horas sex absolvitur. Sic autem numerantes, trecentorum quinquaginta quatuor dierum annum faciunt. Cùm ergo Sanctus Archangelus beatum Danielem, virum Ebræum alloquens, ipsumque docens annorum numerum, usitatum annum omnino significaret*, ἀναγκαίως προσθεῖναι δεῖ τὰ ἀπὸ τῶν ἐμβολίμων συναγόμενα ἔτη. *necessariò addendi sunt anni ex intercalaribus collecti*. Si Sanctus Archangelus Danielem docens annorum numerum in revelatione de septuaginta hebdomadibus, omninò significaverit annum Hebræis usitatum, ideoque lunaribus annis trecentorum quinquaginta quatuor dierum *necessariò addendi sunt anni ex intercalaribus collecti*: vana prorsùs est conjectura, quæ ab Hebraica hebdomadum ratione intercalares illos rejicit. Apertius contra Africanum non loquitur Petavius lib. 12. de doct. temp. cap. 32. *Nam*, inquit, *quod Africanus contractos ac diminutos annos, id est lunares simplices, & Arabicos intellexit, id nequaquam probamus, qui populares & usitatos annos ab Angelo præfinitos esse credimus*.

62. Eò gravius est hoc argumentum contrà Africanum aliosque breviatores annorum qui constituunt Hebraicas Danielis hebdomadas, quòd hebdomadæ annorum ab Hebræis usurpatæ omninò postularent annos vel Solares ve æquatos

Digitized by Google

Solaribus, ne menses eorum intempestivi essent. Mensis enim septimus quo singulis annis septimis inibat Sabbatum terræ, autumnum aperiebat; quia hoc mense agebant tabernaculorum *sollemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur*. Exod. XXXIV. 22. Adhæc Danielem intellexisse ex Sabbatismo septuaginta annorum desolationis Jerusalem septuaginta annos Sabbaticos totidem hebdomadum annalium Reipublicæ Judæorum restitutæ jam ostendimus. Nullam ergo diminutionem patiuntur anni ex quibus conficiuntur ejus hebdomades. Quid quod hujuscemodi diminutio perturbat ordinem illarum, dato loco solitariæ post Christum hebdomadi inter eas quę numerandæ sunt usque ad Christum, ductisque ab edicto de reædificandis Jerosolymis non septem & sexaginta duabus hebdomadibus, sed septuaginta, contra Propheticam Danielis supputationem. Neque Huetius trahens ad Passionem Domini illud ejusdem Prophetæ, *Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium*, ostendere potest; quod pace tanti præsulis dico, id quod nactum se putat in suo Systemate, nempe mortem Christi convenire *in quintum annum septuagesimæ hebdomadis*, ad quem extendit ejus dimidium. Nam quadringenti & nonaginta anni lunares dierum trecentorum quinquaginta quatuor quibus describit septuaginta hebdomades Danielis, conficiunt annos solares nobis usitatos quadringentos septuaginta quinque cum tribus circiter mensibus. Unde Africanus, missâ hâc mensium appendice, rem solis *quadringentis septuaginta quinque annis* definit. Huetiana horum annorum epocha conjicitur *in annum Periodi Julianæ* 4270. ante æram Christianam quadringentesimum quadragesimum quartum, ad quem etiam nos retulimus *edictum Artaxerxis, quò Nehemiæ facultatem Hierosolymæ restituendæ concessit, datum mense Nisan*. Quamquam non assentimur Huetio locanti hunc mensem vernum *in primo Olympiadis octogesimæ quartæ* anno: quia Olympias octogesima quarta non cœpit nisi æstate anni periodi Julianæ 4270. Ductis à mense Nisan seu Paschali, primoque verno, illius anni, quadringentis septuaginta quinque annis Solaribus, perveniemus ad mensem Nisan seu Paschalem anni Periodi Julianæ 4745. æræ Christianæ trigesimi secundi, quo adhuc labebatur annus tertius Olympiadis ducentesimæ secundæ terminandus cum vere ejusdem anni, agebatur & decimus octavus Tiberii ducendus usque ad diem decimam nonam mensis Augusti. Hoc igitur anno expletæ fuissent septuaginta hebdomades Danielis. Et tamen præsul Illustrissimus non dubitavit scribere, quòd *cùm mortem objerit Christus anno Tiberii decimo octavo, periodi Julianæ 4744, Olympiadis ducentesimæ secundæ tertio, convenit id in quintum annum septuagesimæ hebdomadis, quæ proinde absoluta est duobus post Christi obitum annis*.

63. Diverticulum quod Africani sequaces, quærunt in his verbis, *septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt*, ut decurtationis annorum quam defendunt, speciosam causam habeant, improbatur ab ipsomet Huetio sic scribente: *Decurtatas denique ideo dici ab Angelo hebdomadas septuaginta censent Africani sequaces, quod constent lunaribus annis, qui breviores sunt solaribus; nos sic arbitramur dictas, quod nondum totæ præteriissent, cùm prædicta res exitum habuerunt*. Et superiùs, relatis Angeli verbis, scripsit in hunc modum; *contractas autem ac decurtatas fuisse ait septuaginta hebdomadas, quia non effluxerant tota, nec curriculum suum absolverant, cum prædictum hoc evenit; septuagesima quippe adhuc erat in cursu. Atque hæc est simplicissima loci hujus interpretatio, & iis longè verisimilior, quæ hactenùs allatæ sunt*. Hæc Huetii interpretatio aptissimè in nostram sententiam convenit. Planum quippe est in nostro hebdomadum abbreviatarum Systemate mortem Christi contigisse intra hebdomadem septuagesimam. Id quod Huetius non nisi per inadvertentiam nancisci potuit in suo: quia mensis Paschalis anni decimi octavi Tiberii, & tertii Olympiadis ducentesimæ secundæ est extra quadringen-

gentos septuaginta quinque annos solares enumeratos à in. . Paschali anni ante æram Christianam quadringentesimi quadragesimi quarti. Nisi velit confugere ad appendiculam trium circiter mensium qui dictam quadringentorum septuaginta quinque annorum solarium summam superant. Theodoretus qui inter priscos Africani asseclas locum principem tenet, aliam admittit hebdomadum abbreviatarum seu concretarum aut concisarum interpretationem quæ minimè valet ad decurtandum annos ex quibus constant. Ait enim: *septuaginta hebdomades concisæ sunt, hoc est, ἐδοκιμάσθησαν καὶ ἐκρίθησαν, probatæ sunt & decretæ sunt*. Favet huic interpretationi textus Hebraicus, juxta quem multi interpretes *decisas*, seu definitas dicunt has hebdomades. „ Nec abhorret *abbreviandi* verbum, quo noster „ utitur, sive quòd ex incerto & infinito tempore ad certum & constitutum spa„ tium prophetico vaticinio ac divina ordinatione contractus sit adventus Messiæ, „ ejusque ἐνανθρώπησις οἰκονομία. Sive quòd ex longiore intervallo, quod ab Or„ bis initio fluxit, brevissimum restabat; quemadmodùm in senectute vita homi„ nis abbreviata dicitur. Verba sunt Petavii Sanctium sequentis lib. 12. de Doct. Temp. cap. 35. Lyranus origine Hebræus & in rebus Hebraicis versatissimus in eundem quoque sensum abbreviandi verbum accepit prælucente sibi textu Hebraico. Unde rejicit Africanum ejusque asseclas abutentes annis lunaribus, quos Judæi solaribus æquabant & tamquam solares numerabant: *quia per embolismos fit æquatio temporis apud eos, & quia in Hebraico dicitur præcisè, & sonat ac si diceretur, quòd illud tempus est determinatum & taxatum à Deo: ita quod illa abbreviatio non sonat hic diminutionem, sed magis determinationem temporis & præfinitionem. Item expositores Judæorum super locum istum numquam fecerunt mentionem de annis lunaribus, sed tantùm de solaribus. Ex quo patet, quòd hic accipiendi sunt anni solares: aliter non haberemus argumentum contra Judæos, cùm nullus eorum modo prædicto accipiat*. Nullum ergo effugium restat sequacibus Africani.

64. Hinc multi recentiores, quos citat & sequitur Nicolaus Abramus è Societate Jesu in Pharo veteris testamenti, laudatis ex una hac Societate Gaspare Sanctio, Cornelio à Lapide, Joanne Philippi, & Jacobo Tirino, videntes ex una parte nullam posse admitti epocham regni Artaxerxis altiorem eâ quam nobis antiqui præfixerunt, ex alia verò attendentes nullum inveniri locum annis qui sint breviores nostratibus, judicarunt esse omninò necessarium septuaginta hebdomadas Danielis super populum abbreviatas seu decisas usque ad generis humani redemptionem ab eo prædictam colligere ab anno septimo Artaxerxis Longimani, vel statim post septimum, nempe ab octavo, quem Abramus intelligit *duntaxat inchoatum, qui proinde totus hebdomadis illis includitur.* uti scribit lib. 15. num. 111. exponens locum Cedreni à nobis jam laudatum. Hæc est ipsissima epocha quam nos tuemur. Unum maximè desiderabatur hac in sententia, quod in nostro Systemate perfecimus, nempè edictum Artaxerxianum de instaurandis Jerosolymis à quo septem & sexaginta duæ usque ad Christum hebdomades ducuntur, non esse reponendum *ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani. Nam hoc solo anno legimus ab eodem exisse mandatum, & potestatem Nehemiæ esse factam ad reædificandam Jerusalem* ut fatetur ipse Cornelius à Lapide. Et quamvis sibi suadeat, quòd Artaxerxes anno septimo instaurandæ etiam urbis facultatem dederit Esdræ, id quod Sanctius, Abramus, aliique conantur astruere. Certum est tamen quòd *hoc nec sufficiens fundamentum habet in scriptura: quia tunc nullus exiit sermo de ædificanda Jerusalem*. ut sapientissimè docet Franciscus Suarez ex eadem Societate insignis Theologus, tom. 1. Commentariorum in tertiam partem D. Thomæ, Disp. 1. Sect. 2. Impugnat quidem idem Suarez eos qui dicunt *septuagesimam hebdomadam non esse*

cen-

continuam præcedentibus. Atque ei quoque nos assentimur, qui in nostro Systemate reperientes edictum de ædificanda Jerusalem exiisse hebdomade secundâ abbreviatâ seu decisa super populum, collectis ab hâc hebdomade septem & sexaginta duabus usque ad Christum, ostendimus sexagesimam nonam hebdomadam ab edicto esse inter abbreviatas super populum septuagesimam, adeoque *continuam præcedentibus*. Sed quia hebdomas quam solitariè describit Propheta, locum non habet in septuaginta abbreviatis, ideò debuimus eam ab istis segregare, atque ita omnes aliarum opinionum difficultates, Deo dante, superavimus.

65. Quòd Nicolaus Abramus Tirinum traxerit ad sententiam Sanctii & Cornelii à Lapide, id non egit, nisi quia Tirinus qui putat cum Petavio Artaxerxem non à morte demum patris, sed multis ante annis unà cum patre imperium administrasse, conjicit initium hebdomadum Danielis in annum ab inita imperii societate vigesimum tertium, quem arbitratur octavum post mortem Xerxis. Fundamentum admissi à Petavio consortii Artaxerxis adeo ruinosum est apud Tirinum, ut Petaviana hujus consortii epocha discrimen inveniat septem annorum in Tiriniana. Ista enim in quinto Xerxis anno figitur, illa in duodecimo: Utraque ad libitum sui auctoris. In tanta sententiarum varietate suis quoque commentis indulgens Hieronymus Columbus lib. 3. de Angelica & Humana Hierarchia, cap.16. innodat potiùs quàm enodat hebdomadas Danielicas; dum ei *videntur constare abbreviatæ hebdomadæ Danielis ex annis neque solaribus neque lunaribus, sed moralibus ac mysticis per intellectum compositis ad placitum Dei decernentis, ut nullo humano usui inservirent, sed essent solum pro termino ostensionis ac revelationis filii sui Jesu Christi Domini nostri*. Origenes apud D. Hieronymum in caput nonum Danielis jam à nobis laudatus, *cùm proposuisset hoc idem capitulum, hortatus est nos, ut quæramus quod non intelligimus, & quia non habebat locum allegoria, in qua est libera disputatio, historiæ veritate conclusus* nullum videbat locum annis mysticis ac moralibus. At ipse Columbus putans se intelligere, quod non quæsivit, allegoriæ vanitate delusus historiæ veritatem propè abstulit.

66. Nondum erant inter Christianos qui tam insigne vaticinium de Christo Domino auderent sibi penitus auferre: donec Joannes Marshamus & nuperrimè Joannes Harduinus studuerunt aliò vertere calculos harum hebdomadum. Diversa est amborum sententia: sed unus est scopus, nempè completas esse has hebdomadas longè ante Christi adventum tempore Antiochi à quo templum Jerosolymitanum pollutum est. Cùm tamen ipse Christus Matth. XXIV. 15. loquatur de abominatione desolationis in templo prædicta à Daniele in vaticinio de hebdomadibus, tamquam de re futura, dicens ad Judæos: *Cùm ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco Sancto, qui legit, intelligat*. Quin & character hujus desolationis apud Danielem minimè trahi potest ad Antiochi tempora: quia *usque ad consummationem & finem, perseverabit desolatio*, hoc est usque ad finem sæculi, qualis est illa quæ post Christi Passionem contigit sub Vespasiano. At Antiochica desolationis abominatio per tres annos tantum duravit. Judas enim Machabæus triennio post templum repurgavit, 1. Machab. IV. Vanas Marshami hypotheses, novumque Harduini interpretamentum eruditissimè confutat religiosissimus auctor Bernardus Lamy in Apparatu Chronologico, part. 2. cap. 4. §. 7. & 10.

67. Ne quid desit nostris calculis, addo pro coronide Chronotaxim Attico-persicam regni Artaxerxis Longimani per annos quadraginta post obitum Xerxis elapsos. Ut accuratissima est Attica horum temporum descriptio, non tam propter Olympiadas, quàm propter Archontas annuos qui gubernacula Reipublicæ Atheniensis tractabant; ita nobis est aptissima, quòd res Græcorum à Xerxis tempore nexum habeant cum rebus Persarum, etiam juxta Danielem qui susceptam à Xerxe expeditionem *adversum regnum Græciæ* prædixit *anno primo Darii Medi*, quo Angelicam de Hebdomadibus visionem vidit, ut habetur Dan. XI. 1. 2. Sit ergo

CHRO-

Digitized by Google

CHRONOTAXIS ATTICO-PERSICA REGNI ARTAXERXIS LONGIMANI.

Olympiades cum suis annis.		Anni ante æram Chri.	Archontes annui Atheniensium.	Anni Artaxerxis Longimani.		Anni per. Noris.	Num tetraeterici.	Epactæ.
79	1	464	Archedemides	I	Initium regni	1469	95	17
	2	463	Tlepolemus	II	Artaxerxis.	1470	197	XXVIII
	3	462	Conon	III		1471	299	IX
	4	461	Euippus	IV		1472	401	XX. XXI.
80	1	460	Phasiclides	V		1473	96	II
	2	459	Philocles	VI		1474	198	12
	3	458	Bion	VII		1475	300	XXIII
	4	457	Mnesithides	VIII	Initium Heb-	1476	402	4. 5.
81	1	456	Callias	IX	domadum 70.	1477	97	XVI
	2	455	Sosistratus	X	abbreviatarum	1478	199	26
	3	454	Ariston	XI	super popu-	1479	301	7
	4	453	Lysicrates	XII	lum.	1480	403	18. 19.
82	1	452	Chærephanes	XIII		1481	98	*
	2	451	Antidotus	XIV		1482	200	XI
	3	450	Euthydemus	XV	Initium Heb-	1483	302	21
	4	449	Pedieus	XVI	domadum 69.	1484	404	III. IV.
83	1	448	Philiscus	XVII	ad quarum	1485	99	14
	2	447	Timarchides	XVIII	primam per-	1486	201	XXV
	3	446	Callimachus	XIX	tinet edictum	1487	303	VI
	4	445	Lysimachides	XX	de reædifican-	1488	405	XVII. XVIII.
84	1	444	Praxiteles	XXI	dis Jerosoly-	1489	100	28
	2	443	Lysanias	XXII	mis.	1490	202	9
	3	442	Diphilus	XXIII		1491	304	XX
	4	441	Timocles	XXIV		1492	406	1. 2.
85	1	440	Myrichides	XXV		1493	101	XIII
	2	439	Glaucides	XXVI		1494	203	23
	3	438	Theodorus	XXVII		1495	305	4
	4	437	Euthymenes	XXVIII		1496	407	15. 16.
86	1	436	Nausimachus	XXIX		1497	102	XXVII
	2	435	Antilochides	XXX		1498	204	VIII
	3	434	Chares	XXXI		1499	306	18
	4	433	Apseudes	XXXII		1500	408	29. *
87	1	432	Pythodorus	XXXIII		1501	103	11
	2	431	Euthydemus	XXXIV		1502	205	XXII
	3	430	Apollodorus	XXXV		1503	307	III
	4	429	Epaminondas	XXXVI		1504	409	13. 14.
88	1	428	Diotimus	XXXVII		1505	104	25
	2	427	Euclides	XXXVIII		1506	206	6
	3	426	Euthydemus	XXXIX		1507	308	XVII
	4	425	Stratocles	XL.	Mors Artaxerxis.	1508	410	27. 28.
89.	1	424	Solis defectio die XXI. Martii.			1509	105	X

48. Ex ditiſſima Diodori Bibliotheca quam alicubi ſupplet & firmat Dionyſius Halicarnaſſeus, habemus quos deſcripſi, Archontas Athenienſium annnos quadraginta pro totidem annis quos regnavit Artaxerxes Longimanus. Præter annos Olympiadum & ante æram Chriſtianam, quos ſignavi, poſui annos periodi Noriſianæ cum numeris tetraétericis, & epactis reſpondentibus, quòd magno adjumento ſint chronologis ad comprobandam lunarium calculorum veritatem juxta methodum quam exhibet Calendarium meum Romanum, chronologorum causâ conſtructum cum gemino epactarum diſpoſitu. Sic epacta Romana X. quæ debetur anno ante æram Chriſtianam 424. Periodi Noriſianæ 1909. dat in dicto Calendario Novilunium accuratiſſimum ad diem XXI. Martii, quâ contigit ex tabulis aſtronomicis defectio Solis viſa poſt hyemem quam proximè antevertit mors Artaxerxis Longimani. Thucydides qui tam inſignem Chronologiæ Artaxerxianæ characteriſmum nos edocuit, erat eo tempore annorum quadraginta ſeptem; quippe quem *initio belli Peloponneſiaci* fuiſſe quadraginta annos natum prodit Pamphilas apud A. Gellium lib. 15. Noct. Attic. cap. 23. Cœpiſſe autem illud bellum ſeptennio ante dictam eclipſim, *ineunte vere*, cùm *Pythodoro*, *qui tunc Athenis Archon erat*, *duo prætereà menſes ad integrum magiſtratus annui tempus abſolvendum adhuc ſupereſſent*, locupletiſſimus teſtis eſt idemmet Thucydides initio libri ſecundi. Ver erat anni ante æram Chriſtianam quadringenteſimi trigeſimi primi, à cujus æſtate exordium ducente novo anno Attico Pythodorum excepit Euthydemus. Ex quo ſequitur Thucydidem, natum eſſe annò ſeptimo ante initium regni Artaxerxis, eoque appoſitiorem teſtem proferri non poſſe ad ſtabiliendam hujus regni Chronotaxim Attico-perſicam, quam & ipſum Cœlum demonſtravit, non ſine divino numine, ut firmiſſimum eſſet in hiſtoria exotica principium hebdomadum Danielis.



DISSER-

DISSERTATIO II.

DE ANNO DILUVII UNIVERSALIS,

Ejusque Characteribus, quibus Chronologia sacra universa illustratur.

1. Lenitudo temporum in qua Salvator mundi venit; non potest nobis innotescere, nisi in Chronologiam sacram universam inquiramus. Hanc suscipio illustrandam firmissimis characteribus anni diluvii universalis. Multus ne sim in confutando conjecturas, & placita chronologorum, qui divinantium instar hoc de anno differunt, prætermissis eorum opinionibus, aperio sensum meum in sequentibus paragraphis.

§. I.

De præcipuis intervallis temporum ante & post diluvium universale usque ad vulgarem Christi nati epocham.

2. SEx admittuntur discrimina temporum ceu totidem mundi ætates; quibus chronologia sacra universa describitur ab orbe condito usque ad Christum. Primum porrigitur ad diluvium universale, secundum ducitur à diluvio ad vocationem Abrahæ, tertium à vocatione Abrahæ ad exitum Hebræorum ex Ægypto, quartum ab exitu Hebræorum ex Ægypto ad jacta fundamenta templi Salomonici, quintum à jactis fundamentis hujus templi ad ejus conflagrationem à Chaldæis factam, sextum inde usque ad Christum.

3. Controversia de numero annorum orta ex codicum versionúmque varietate dirimenda

Digitized by Google

menda est ex textu Hebraico, primo fonte scripturarum. In sacra Bibliorum Congregatione sub Gregorio XIV. cujus Acta manuscripta servantur Romæ in nostra Bibliotheca Angelica *deliberatum fuit ut hæc regula in emendandis Biblus observaretur, hoc est, ne fieret mutatio, nisi cogeret necessitas, & præsertim cùm variæ voces idem significant, ut verbi gratia. Ergo pro Igitur, & id genus aliæ. Cùm verò variant sensum, ut* Fortem *pro* Fontem, *& è converso, & alia id genus permulta, tunc ad manuscripta antiquiora, ad codices scilicet Latinos, & Græcos, atque Hebraicos juxta regulas ab Augustino, & ab aliis traditas, nec non ad Sacros Doctores ac Patres confugiendum est.* Regula quam tradit Sanctus Pater Augustinus lib. 15. de Civitate Dei, cap. 13. est, *ut cùm diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum, ei linguæ potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio.* Quærebat Sanctus Pater, an in dinumeratione annorum, Hebræorum magis quàm septuaginta interpretum sit sequenda auctoritas, & secundùm hanc regulam quæstionem solvit. Unde cap. 14. ejusdem libri ait: *Illa verò numerorum varietas, quæ inter codices Hebræos invenitur & nostros* (secundum editionem LXX. Interpretum) *Si quid habet ita diversum, ut verum esse utrumque non possit, rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatum est quod habemus.* Cicero libro primo Academicarum quæstionum prudentissimè monet Philosophos Latinos qui sua debebant Græcis, *ut ea à fontibus potiùs hauriant, quàm rivulos consectentur.*

4. *Hoc certè cùm in nostro sermone discordat, & in diversos rivulorum tramites ducit, uno de fonte quærendum est*, ait S.Hieronymus præfatione in quatuor Evangelia ad Damasum Papam. Hinc libro quæstionum seu Traditionum Hebraicarum in Genesim, postquam observavit; *quòd usque ad diluvium, ubi in nostris codicibus* (editionis LXX.) *ducentorum &c. quod excurrit annorum genuisse quis dicitur, in Hebræo habeat centum annos, & reliquos qui sequuntur:* positâ in exemplum ætate Adami quæ juxta editionis septuaginta-viralis codices est ducentorum & triginta annorum ante genitum Seth, centum verò & triginta juxta Hebræos, varietatem hanc apertè tribuit errori illius editionis: *Quia*, inquit, *in ducentis erraverat*. His Hieronymi verbis fretus Sacræ Bibliorum Congregationis Secretarius & Consultor, posteà Episcopus Tagastensis & Apostolici Sacrarii præfectus, noster Angelus Roccha, libro nondum edito quem inter alia ejus manuscripta servat fundata ab eo Bibliotheca Angelica sub hoc titulo; *Sacrorum Bibliorum emendationes juxta Sacrosancti Concilii Tridentini decretum præstitæ*: certat omnino pro Hebraica veritate quam propugnamus. *Nam* (inquit ad cap. 5. Gen. num. 5.) *revera centum & triginta annis vixerat Adam, quando genuit Seth; & postquam genuit Seth, ut veritas Hebraica inquit, facti sunt anni Adam octingenti, genuitque filios & filias, etiamsi juxta septuaginta interpretum editionem septingenti anni fuerunt ipsius Adam, postquàm genuit Seth. Quem profectò errorem Sanctus Hieronymus animadvertens inquit: Quia in ducentis erraverat*, &c. Tertia dissertatio in qua fusè impugnamus hunc errorem, Hebraicam vulgatæ nostræ veritatem omnino vindicat à Græcis numeris, in quibus fermè nihil certi, nihil stabile, nihil firmum, nisi hoc unum incertum sæpe esse, unde prodeunt. In eadem quoque dissertatione palam facimus Hebræorum Samaritarumque veteres codices planè cohæsisse cum numeris Chronologicis hodierni Judæorum textûs.

5. Missâ ergo chronologiâ deprompta ex editione septuaginta interpretum, assero diluvium contigisse anno à creatione mundi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto; ante vocationem Abrahæ, ejusque ingressum in terram Chanaan trecentesimo sexagesimo septimo: ante egressum Hebræorum ex Ægypto septingentesimo nonagesimo septimo: ante jacta fundamenta templi Salomonici millesimo ducentesimo septuagesimo sexto: ante conflagrationem ejusdem templi & Chaldaicam Judaici regni

vasti-

vastitatem millesimo septingentesimo quinto: ante vulgarem Christi nati epocham bis millesimo ducentesimo nonagesimo primo.

6. Veritatem hujus assertionis pono breviter in conspectu. Primò *ex Adam usque ad diluvium computantur anni . . . secundùm Hebræos mille sexcenti quinquaginta sex.* ut scribit S. P. Augustinus lib. 15. de Civit. Dei, cap. 20. ubi etiam vult, *ut istum numerum minorem credamus esse veriorem*. Id patet ex Hebraica Vulgatæ nostræ veritate, quam exprimimus in sequenti paradigmate.

Anni ineuntes à creatione mundi.	ante æram Christ.	PATRIARCHÆ Ab orbe condito usque ad diluvium.	Anni Patriarcharum Chronologici.	Geneseos. cap.	vers.
1	3946	1. Adam.	130	v	3
131	3816	2. Seth.	105	v	6
236	3711	3. Enos.	90	v	9
326	3621	4. Cainan.	70	v	12
396	3551	5. Malaleel.	65	v	15
461	3486	6. Jared.	162	v	18
623	3324	7. Henoch.	65	v	21
688	3259	8. Matusalem.	187	v	25
875	3072	9. Lamech.	182	v	28
1057	2890	10. Noë.	600	vii	6
1656	2291	Diluvium. Summa	1656		

Annus sexcentesimus Noe labebatur, quando diluvium contigit: quod ideo conjicitur in annum à creatione Mundi millesimum sexcentesimum quinquagesimum sextum labentem. Idem autem annus erat secundus antequàm Sem filius Noe gigneret Arphaxad: quia *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio post diluvium*. Gen. XI. 10.

7. Itaque anni à diluvio ad vocationem Abrahæ ejusque ingressum in terram Chanaan colliguntur trecenti sexaginta septem; ut demonstrat paradigma quod nunc subjicio.



Anni ineuntes à creatione mundi.	à diluvio.	ante æram Christ.	PATRIARCHÆ A diluvio usque ad vocationem Abrahæ.	Anni Patriarcharum Chronologici.	Geneseos. cap.	vers.
1656	1	2291	1. Sem.	2	xi	10
1658	3	2289	2. Arphaxad.	35	xi	12
1693	38	2254	3. Sale.	30	xi	14
1723	68	2224	4. Heber.	34	xi	16
1757	102	2190	5. Phaleg.	30	xi	18
1787	132	2160	6. Reu.	32	xi	20
1819	164	2128	7. Sarug.	30	xi	22
1849	194	2098	8. Nachor.	29	xi	24
1878	223	2069	9. Thare.	70	xi	26
1948	293	1999	10. Abraham.	75	xii	4
2023	368	1924	Vocatio Abrahæ. Summa	367		

Cùm diluvium contigerit biennio ante ortum Arphaxadi, & annus diluvii esset à creatione mundi millesimus sexcentesimus quinquagesimus sextus labens, si excludamus eum à summa annorum ætatis mundi ante-diluvianæ, hanc habemus definiendam annis completis mille sexcentis quinquaginta quinque, qui additi annis à diluvio trecentis sexaginta septem æquè completis ante vocationem Abrahæ, conficiunt summam annorum à creatione mundi completorum viginti duorum supra bis mille; ita ut annus vocationis Abrahæ aperiat bis millesimum vigesimum tertium à creatione mundi, à diluvio verò trecentesimum sexagesimum octavum.

8. Quot anni elapsi fuerint à vocatione Abrahæ & promissionibus ipsi à Deo factis usque ad datam Hebræis legem post exitum eorum ex Ægypto, nos docet Apostolus in epistola ad Galatas cap. III. v. 16. his verbis: *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus . . . Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo: quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.* Sancti Patres exponentes hunc locum docent communiter hos quadringentos & triginta annos computari à vocatione Abrahæ ad exitum Hebræorum ex Ægypto, maximè Sanctus Pater Augustinus lib. 16. de Civitate Dei, cap. 24. ubi ait, quòd *computantur ab anno septuagesimo & quinto Abrahæ, quando ad eum facta est prima promissio, usque ad exitum Israel ex Ægypto, quadringenti & triginta anni, quorum Apostolus ita meminit.* Addamus hos quadringentos & triginta annos trecentis & sexaginta septem elapsis à diluvio usque ad vocationem Abrahæ, manifestum est diluvium incidisse in annum ante egressum Hebræorum ex Ægypto septingentesimum nonagesimum septimum.

9. Com-

Digitized by Google

Completus post egressum Hebræorum ex Ægypto annis quadringentis septuaginta novem, sive labente anno octogesimo supra quadringentesimum, jacta sunt fundamenta templi Salomonici: quia *quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino.* 3. Reg. vi. 1. Quadringenti septuaginta novem anni completi superadditi annis septingentis nonaginta septem præcedentibus perficiunt summam annorum à diluvio mille ducentorum septuaginta sex.

10. Templum ædificatum à Salomone stetit annos quadringentos & triginta: nempè triginta septem ex *quadraginta*, quos regnavit Salomon. 3. Reg. XI. 42. Trecentos & nonaginta à morte Salomonis & schismate domus Israel, cujus iniquitatem per trecentos & nonaginta dies pro totidem annis portavit Ezechiel jussus lineare Chaldaicam Jerosolymorum obsidionem quæ cœpit anno nono Sedeciæ regis Juda. Dominus enim dixit huic Prophetæ: *Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israel . . . Diem pro anno, diem, inquam pro anno dedi tibi. Et ad obsidionem Jerusalem convertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum, & prophetabis adversus eam.* Ezech. IV. 5. Idem verò propheta initio capitis XXIV. signat annum, mensem & diem quo cœpit hæc obsidio, his verbis: *Et factum est verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima die mensis, dicens: Fili hominis scribe tibi nomen diei hujus; in qua confirmatus est rex Babylonis adversum Jerusalem hodie.* Erat annus nonus Sedeciæ regis Juda: quia *in anno nono regni ejus, in mense decimo, decima mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus ejus adversus Jerusalem, & obsederunt eam.* Jerem. LII. 4. Iam copulavimus in prima Dissertatione, §. 4. annum nonum regni Sedeciæ cum anno ante æram Christianam quingentesimo octogesimo nono, quo agebatur annus decimus sextus Nabuchodonosori: quia Nabuchodonosor adeptus est regnum Babylonicum anno ante eandem æram sexcentesimo quarto, ex mathematico regum Babyloniorum canone. Sedecias verò obtinuit regnum Judæ anno Nabuchodonosori octavo, ut patet ex libro quarto Regum, cap. XXIV. v. 12. & 17. Annus igitur Nabuchodonosori decimus-sextus, ante æram Christianam quingentesimus octogesimus nonus, erat à morte Salomonis trecentesimus nonagesimus, & ab inceptâ ædificatione templi quadringentesimus vigesimus-septimus. Desiderantur adhuc tres anni ad conficiendam summam quadringentorum & triginta, videlicet annus Nabuchodonosori decimus-septimus, decimus-octavus & decimus-nonus: quia *annus nonus-decimus Nabuchodonosor regis Babylonis*, is fuit quo Nabuzardan princeps militiæ *incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Jerusalem.* Jerem. LII. 12. Ergo à templi ædificatione ad ejus conflagrationem fuerunt anni quadringenti & triginta, qui additi annis mille ducentis septuaginta sex anteà elapsis à diluvio, ostendunt diluvium contigisse anno ante Babylonicam conflagrationem templi millesimo septingentesimo sexto.

11. Ne quis erret in nexu annorum Sedeciæ cum annis Nabuchodonosori, debet sedulò observare annum Sedeciæ primum concurrisse partim cum anno octavo Nabuchodonosori quo cœpit, partim cum nono. Inde enim intelliget annum Nabuchodonosori decimum octavum quem Josephus lib. 10. Antiq. cap. 11. non abs re copulat cum *undecimo anno regni Sedeciæ*, partim fluxisse cum anno ejusdem Sedeciæ decimo. Ut idcirco Jeremias cap. XXXII. dixerit de *anno decimo Sedeciæ regis Juda: ipse est annus decimus-octavus Nabuchodonosor.* Eadem ratione annus ejusdem Nabuchodonosori decimus-nonus pertinuerit partim ad annum Sedeciæ undecimum, partim ad duodecimum. S. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. pag. 329. refert,

Digitized by Google

quòd ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας, Ναβουχοδονόσορ . . . ἐπὶ Φοίνικας, καὶ Ἰουδαίους ἐστράτευσεν, ὥς φησὶ Βήρωσος ἐν ταῖς Χαλδαϊκαῖς ἱστορίαις. *in duodecimo anno Sedeciæ regis, Nabuchodonosor movit exercitum adversus Phœnicas & Judæos, ut ait Berosus in historiis Chaldaicis*. Pertinet hæc expeditio ad annum decimum-nonum Nabuchodonosori, quo Nabuzardan dux exercitus incendit templum *in mense quinto, decima mensis*. Jerem. LII. 12. Mos Orientalium inchoantium annos suos ab autumno postulat ut annum decimum-nonum Nabuchodonosori ducamus ab autumno anni ante æram Christianam quingentesimi octogesimi sexti quo initt ex mathematico regum Babyloniorum canone, ad autumnum anni ante eandem æram quingentesimi octogesimi quinti, quo decima dies mensis quinti Judæorum Ecclesiastici incidit in diem quartam mensis Augusti Juliani proleptici. Jam annis quingentis octoginta quinque superaddamus annos mille septingentos sex collectos à diluvio, habebimus summam annorum bis mille ducentorum nonaginta & unius à diluvio ad vulgarem Christi nati epocham. Anno igitur ante æram Christianam bis millesimo ducentesimo nonagesimo primo factum est diluvium.

12. Singula intervalla temporum quæ summatim hic attigi, enucleatiùs expendo in aliis dissertationibus. Quàm tamen accuratè hanc inferant epocham diluvii, nunc ex eorum characteribus ostendam. Templum ex hac nostra chronologia ædificari cœptum est anno ante æram Christianam millesimo decimoquinto: quia stetit à jactis fundamentis per annos quadringentos & triginta expletos anno ante eandem æram quingentesimo octogesimo quinto. Cùm Salomon ageret annum quartum sui regni, quando templi fundamenta jecit: consummaverit hoc ædificium anno ante æram Christianam millesimo octavo, necesse est: quia tunc agebat annum undecimum sui regni. Nam *anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio: & in anno undecimo mense Bul (ipse est mensis octavus) perfecta est domus in omni opere suo*. 3. Reg. VI. 37. Templi anno ante æram Christianam millesimo octavo ædificati Jerosolymis extat illustre argumentum ex Tyriorum & Carthaginiensium antiquitatibus. *Carthago dicta est, quæ post annos septingentos triginta septem exciditur, quàm fuerat constituta*, inquit Solinus cap. XXVII. editionis Salmasianæ, & pag. 83. editionis Vineti. *Cnæo Cornelio Lentulo, Lucio Mummio Consulibus, hunc finem habuit Romani imperii Carthago æmula*, ut in primo Historiarum, cap. 12. testatur Vellejus Paterculus. Hi consules notant in fastis annum ante æram Christianam centesimum quadragesimum sextum. Superadditis annis septingentis triginta septem, patet Carthaginem conditam fuisse anno ante eandem æram octingentesimo octogesimo tertio. Pygmalion rex Tyri, frater Didûs, agebat annum septimum regni sui: quia ἐν τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει, ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα, ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα. *in septimo ipsius anno, soror ejus profuga, urbem Carthaginem in Africa ædificavit*. Testantur id faciunt vetustissimi annales Tyriorum apud Josephum lib. 1. contra Apionem pag. 1043. Incident itaque initium Pygmalionis in annum ante Christum natum octingentesimum octogesimum nonum, sexennio solido ante æram Carthaginis. Hiromus seu Hiramus rex Tyri, Salomoni æqualis, regnum inivit ex iisdem annalibus annis ante Pygmalionem centum triginta; ita ut initium Hiromi competat in annum ante Christi epocham millesimum decimumnonum, & annus ejusdem regis duodecimus copulandus sit cum anno ante eandem epocham millesimo octavo, quo templum Jerosolymitanum ædificatum est. Atqui juxta annales Tyriorum jam laudatos δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας, ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ὁ ναός. *duodecimo anno regni Hiromi ædificatum est templum Jerosolymis*.

13 Ma-

13. Manifestissima est hujus nostræ chronologiæ accuratio in æra Exodi necessario calculo conjicienda in annum ante æram Christianam millesimum quadringentesimum nonagesimum quartum. Hebræi venerunt in desertum Sin *quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti*. Sex diebus collegerunt manna, *& Sabbatizavit populus die septimo*, ut patet ex capite decimosexto libri Exodi. Dies septimus post quintum-decimum secundi mensis est ejusdem mensis dies vigesimus secundus, quo Hebræi egressi ex Ægypto celebraverunt illud Sabbatum. Anno ante æram Christianam millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, cyclo Solis 28. litera Dominicali A, novilunium secundi mensis verni, qualis fuit secundus mensis egressûs Hebræorum ex Ægypto, commissum est Alexandriæ Ægypti medio motu die 29. mensis Aprilis Juliani proleptici, Sabbato, horis tribus, minutis sex post meridiem. Dies ergo vigesimus secundus mensis secundi, seu luna vigesima secunda incidit hoc anno in Sabbatum spectans in Calendario Juliano ad diem vigesimum mensis Maii. Patet ergo ex characterismo Sabbati, quod Hebræi celebraverunt vigesimo secundo die secundi mensis exitûs ex Ægypto, hunc exitum rectissimè referri ad annum ante æram Christianam millesimum quadringentesimum nonagesimum quartum; adeóque annum egressionis Hebræorum ex Ægypto quadringentesimum & octogesimum quo Salomon jecit fundamenta templi, accuratissimè copulari cum anno ante eandem æram millesimo quintodecimo.

14. Josephus lib. 2. Antiquit. cap. 5. versùs finem scribit de Hebræis post quartamdecimam lunam mensis primi egressis de Ægypto: *Cumque nihil per viam invenirent propter solitudinem, macerata farina & modico calore in panis speciem solidata se sustentabant; quo victu* ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας ἐχρήσαντο *per triginta dies usi sunt* Hunc Josephi locum observans Torniellus ad annum mundi 2544. num. 31. non immeritò scribit *primum primi anni sacri mensem habuisse non triginta, ut ponunt Hebræorum Rabbini in suis Kalendariis, sed viginti novem duntaxat dies, & secundum mensem triginta; & sic deinceps reliquos alternatim: alioquin ab exitu ad octavam hanc mansionem, fluxissent dies non triginta, ut dictum est, sed unus & triginta*. Hoc posito, novilunium primi mensis inciderit hoc anno in diem trigesimam primam mensis Martii, feriam sextam; ita ut Hebræi comederint primum Pascha, lunâ decimaquartâ incidente in diem decimamtertiam mensis Aprilis, feriam quintam: Lunâ verò decimaquintâ in feriam sextam competente liberati fuerint servitute Ægyptiacâ in signum redemptionis mundi per Christum faciendæ lunâ item decimaquintâ, feriâ sextâ. Is erat dies Christi quem in figura videbant; quia *hæc omnia in figura contingebant illis*. 1. Cor. X. 11. Christus ipse dicebat Judæis: *Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum: vidit, & gavisus est*. Joan. VIII. 56. Tempus à vocatione Abrahæ & primâ de Christo promissione ei factâ, quod complevit *habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit* (ut jam vidimus) *quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti*. Exod. XII. 40. Mirè contigit, ut anno ante æram Christianam millesimo nongentesimo vigesimo quarto, ante exitum Hebræorum ex Ægypto quadringentesimo & trigesimo, dies Christi quem vidit Abraham, obtineret eundem temporis characterismum, quem habuit anno Exodi, & anno redempti per passionem ejus humani generis in anno Exodi præmonstrato, nempe cœleste plenilunium primi mensis incidens in feriam sextam. Erat annus Periodi Norisianæ nonus cui debetur cyclus Solis 18. cum litera Dominicali F, & numerus tetraetericus 213. cum epacta Romana XVI. quæ, concurrente literâ Dominicali F, dat novilunium primi mensis ad diem decimamquintam mensis Martii, feriam sextam, plenilunium

verè

Digitized by Google

verò, seu lunam decimamquintam, ad diem vigesimam nonam ejusdem Martii, feriam quoque sextam. Annus periodi nostræ Romanæ 1477. qui anno ante æram Christianam 1924. congruit unà cum numero tetraeterico 57. & epactâ astronomicâ dierum 16. horarum 6. minutorum 13. demonstrat contigisse hoc plenilunium dictâ die vigesima nona mensis Martii, horis duabus post meridiem, minutis 21. Romæ. quia exhibet novilunium medium ad diem decimamquartam ejusdem mensis, horis 7. minutis 59. à meridie, sive nocte quæ diem decimamquintam aperuit.

§. II.

De forma anni primitivi & patriarchici, quo factum est diluvium.

15. ANnum primitivum & patriarchicum quo contigit diluvium universale, habuisse præter menses duodecim triecenûm dierum epagomenas sex, adeóque fuisse intercalarem dierum 366. qualis est noster bissextilis, ostendam in hoc paragrapho.

16. Tempus diluvii describens Sacer historiographus ait; *At verò aquæ ibant & decrescebant usque ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium.* Gen. VIII. 5. Constat ex hoc loco apparuisse cacumina montium prima die post novem menses jam elapsos, adeóque lucem aquarum inundatione terris præreptam, eis post novem menses reddi cœpisse. Cùm hujus diluvii meminerint πάντες οἱ τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας ἀναγράψαντες *omnes barbaricæ historiæ scriptores*, notante Josepho lib. 1. Antiq. cap. 4. priusquàm ad plenam assertionis nostræ declarationem procedamus, *meminisse hoc loco par est*, cum Solino Barbaricæ historiæ scriptore, cap. XI. *post primum diluvium Ogygi temporibus notatum, cùm* NOVEM ET AMPLIUS MENSIBUS *diem continua nox inumbrasset, Delon ante omnes terras radiis Solis illuminatam, sortitamque ex eo nomen, quod prima reddita foret visibus.* Ambitus orbis Hebraicâ expressione est חוג גוג *Hogbug*, unde Ὤγυγος *Ogbygus*. Itaque diluvium Ogygi est diluvium ambiens orbem. Doctissimus Bochartus lib. 1. De Phœnicum Coloniis, cap. 36. videns Hebraicum verbum *Hog* in scriptura cosmographicum, de circuitu cœli, terræ & maris usurpari, docet inde natam vocem Ὠγὴν, quæ in Lexico Hesychii exponitur Ὠκεανὸς *Oceanus*, mare illud vastissimum, quod terram circumquaque cingit. Idem eruditissimè notat eodem libro, cap. 7. quod *Telus Phœnicibus erat* תל *tel, id est agger, sive tumulus.* quodque LXX vocem hanc reddunt χῶμα agger; & ὕψος altitudo, cacumen; & μετέωρον editum, in sublime elatum. Observat præterea locum Hesychii, in quo reperitur Δῆλος *Delos* pro *Telos*. Cùm ergo diluvium Ogygi fuerit diluvium *ambitus orbis*, seu diluvium universale, & *Delos* seu *Telos* sit vox exprimens loci editi & in sublime elati, celsique montis cacumen & summam altitudinem, nemo est qui non videat ex laudatâ Solini narratione, cacumina montium ante omnes terras radiis solis illuminata esse, primaque reddita visibus, post novem menses diluvii, sive, ut is loquitur, *cùm novem & amplius mensibus diem continua nox inumbrasset.* Et sane absurdum foret putare depressiorem

fiorem montibus aliifque terris, quam Delon vocant, Ægei maris infulam, primam omnium terrarum vifibus redditam fuiffe.

17. Addit idem Solinus: *Inter Ogygum fanè & Deucalionem medium ævum* DC *annis datur*. Noe qui *erat fexcentorum annorum, quando diluvii aquæ inundaverunt fuper terram*, Gen. VII. 6. eft ipfe Deucalion. Philo Judæus lib. De præmiis & pœnis, pag. 913. ait de Noe: τοῦτον Ἕλληνες μὲν Δευκαλίωνα, Χαλδαῖοι δὲ Νῶε ἐπονομάζουσιν, ἐφ' οὗ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν συνέβη γενέσθαι. *Hunc quidem Græci Deucalionem, Chaldæi verò Noe nominant, fub quo ingens diluvium accidit*. Juftinus Martyr in breviori Apologia, alloquens Gentiles, fcribit diluvium reliquiffe neminem ἀλλ' ἢ τὸν μόνον σὺν τοῖς ἰδίοις παρ' ὑμῖν καλούμενον Νῶε, παρ' ὑμῖν δὲ Δευκαλίωνα. *præter unum cum fuis, apud nos vocatum Noe, apud vos verò Deucalionem*. Plutarchus lib. de Solertia Animalium, pag. 968. planè exhibet in Deucalionis hiftoria, quam de columba ex arca emifsâ à Noe habemus in facris paginis: τῷ Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην, δήλωμα γενέσθαι, χειμῶνος μὲν, εἴσω πάλιν ἐνδυομένην· εὐδίας δὲ, ἀποπτᾶσαν. *Columbam ajunt ex arca emiffam indicio fuiffe Deucalioni, tempeftatis quidem, cùm iterum ingrederetur: Serenitatis verò, cùm avolaffet*. Infignem de Deucalione locum Luciani in Dea Syria, qui legent, amplam reperient defcriptionem diluvii Noetici in Deucalioneo. Cùm itaque Solinus ab Ogygo ad Deucalionem ufque fexcentos annos numerat, Ogygiam fexcentorum annorum ætatem diluvio Deucalionis terminatam exhibet; quia Noe, verus Deucalion, *erat*, ut dixi, *fexcentorum annorum, quando diluvii aquæ inundaverunt fuper terram*.

18. Ex noftra chronologia diluvium Noeticum accidit annis ante primam Olympiadem quindecim fupra mille & quingentos; quandoquidem Olympiadum æra incidit in annum ante Chrifti epocham feptingentefimum feptuagefimum fextum: ideóque neceffe eft primam Olympiadem celebratam effe intra decimam fextam centuriam annorum à diluvio. Id rursùm oftendit Cataclyfmum Ogygium fuiffe Noeticum. Nam Cenforinus De die natali, cap. XXI. affignans ex Varrone *tria difcrimina temporum*, quorum *primum*, *ab hominum principio ad cataclyfmum priorem: quod propter ignorantiam vocetur* ἄδηλον. *Secundum, à cataclyfmo priore ad Olympiadem primam; quod quia in eo multa fabulofa referuntur,* μυθικὸν *nominatur: tertium, à prima Olympiade ad nos, quod dicitur* ἱστορικὸν, *quia res in eo gefta veris hiftoriis continentur*. ait de fecundo intervallo: *Secundum non plane quidem fcitur, fed tamen ad mille circiter & DC. annos effe creditur. à priore fcilicet cataclyfmo, quem Ogygium dicunt, &c.* Sicut ergo prima Olympias pertinet ad decimam fextam centuriam annorum à diluvio Noetico, ita & ad decimam fextam ab Ogygio, quod proinde idem cum illo chronologicè eft.

19. Redeamus jam ad novem menfes diluvii ante primam montium apparitionem elapfos ex hiftoria tam facra quam Barbarica. Novem illi menfes ad eam mundi ætatem pertinent, in qua homines vitam producebant ultra nongentos. quia Noe, qui fexcentefimum annum tunc agebat, *vixit poft diluvium trecentis quinquaginta annis. Et impleti funt omnes dies ejus nongentorum quinquaginta annorum*. Gen. IX. 28. Gentiles qui fibi talem ac tantam hominum Longævitatem perfuadere non poterant, fumentes menfem pro anno, exiftimarunt his humanæ vitæ numeris menfes defignari. Servius in tertium Æneidos, fect. 27. *Antiqui*, inquit, *tempora fideribus computabant, & dixerunt primo lunarem annum triginta dierum. Unde invenitur in aliquibus vita nongentorum annorum, fcilicet lunarium*. Apud Plinium lib. 7. Naturalis Hiftoriæ, cap. 48. *quidam Lunæ fenio, ut Ægyptii*, annum unum determinabant. De his Ægyptiis narrat Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. pag. 15. eos affirmare, *quod olim, Solis motu nondum cognito, annus ad lunæ circuitum de-*

fcriptus

Digitized by Google

scriptus fuerit. Et ob id cùm anni sint tricenorum dierum non potuisse omnino non fieri, ut aliqui CIↃ. *annos viverent: quandoquidem nunc etiam, cùm anni duodenis mensibus constent, non paucis ultra centum vita protrahatur.* Hanc gentilium, maximè Ægyptiorum, opinionem, quam solidissimè confutat S. P. Augustinus lib. 15. de Civit. Dei; cap. 14. appellare nunc juvat propter eosdem Ægyptios, qui suis in hieroglyphicis Vulcanum ignis patrem in specu concava inundantis Oceani εἰνάετες *per novem annos* servatum fabulabantur. Ægyptiorum auditor Homerus fabulam canit Iliad. 6. vers. 400. Sinæ quoque notatum habent in suis antiquitatibus diluvium novennale, quod, præclaro exoticæ chronologiæ exemplo, reperitur desiisse hoc planè anno, qui finem fecit diluvii Noetici. Philippus Coupletus S. J. cujus diligentiæ debemus tabulam chronologicam monarchiæ Sinicæ, juxta cyclos Sinenses annorum LX. concinnatam, notat in cyclo septimo contigisse *ingens diluvium novennale* ab *anno cycli* 40. ita ut finis ejus congruat labenti anno quadragesimo octavo ejusdem cycli. Cyclus septimus deducitur ab anno ante Christi epocham 2337. unde annus ejus quadragesimus octavus conjungendus est cum bis millesimo ducentesimo & nonagesimo ante eandem epocham, adeóque cum anno quo terminatos videbimus novem menses diluvii Noetici ante primam apparitionem montium elapsos, & diluvii novennalis nomine descriptos ab Ægyptiis.

20. Aquis à terra recedentibus post primam montium apparitionem, radiisque Solis eam simul exsiccantibus, ultima, quam Noe expectavit, arefactio contigit quinquagesimo septimo abhinc die, seu secundi mensis die vigesimo septimo: quia *mense secundo, septimo & vigesimo die mensis, arefacta est terra.* Gen. VIII. 14. Quinquaginta septem illos dies sic debemus computare, ut primos quadraginta numeremus usque ad emissionem corvi. Quia, *cùm transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit corvum.* Ibid. vers. 6. Quot dies à tempore quo Noe fecit hoc sedatæ tempestatis primum periculum, effluxerint usque ad primam Columbæ emissionem, non exprimit scriptura. Vetustissima Chaldæorum monumenta secutus Abydenus apud Eusebium lib. 9. præparationis Evangelicæ, cap. 12. & apud Cyrillum Alexandrinum lib. 1. contra Julianum, pag. 9. ponit tres dies à sedata tempestate aquarum ad emissas aves, quæ, excipiente eas pelago, mox reversæ sunt, hoc est, ad emissionem, non corvi, sed columbæ, quæ, sola rediit: ait enim: τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐπείτε, ὗων ἐκόπασε, μεθίει τῶν ὀρνίθων πεῖραν ποιεύμενος, εἴπου γῆν ἴδοι τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν. αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας πελάγεος ἀχανέος, ἀπορέουσαι ὅκῃ κατορμίσονται, παρὰ τὸν Σίσουθρον ὀπίσω κομίζονται. *Tertio autem die postquam pluens* (Deus pluvius) *sedatus est*, [Xisuthrus, sive Noe] *misit aves, periculum facturus, sicubi terram videret aquæ immunem: quæ, excipiente eas pelago incerto, nescientes quò appellerent, ad Xisuthrum revertuntur.* Certè quidem haud redeunte corvo, Noe *emisit quoque columbam post eum, ut videret si jam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cùm non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in arcam.* Gen. VIII. 8.

21. Jam ergo habemus quadraginta tres dies usque ad primam emissionem columbę. *Expectatis autem ultrà septem diebus aliis*, inquit Scriptura, *rursum dimisit columbam ex arca*: quâ redeunte cum ramo olivę virentibus foliis in ore suo, *intellexit Noe quòd cessassent aquæ super terram.* Ita fiunt quinquaginta dies ab apparitione montium ad cessationem aquarum super terram. Ulteriori tamen arefactioni terrę locum daturus Noë, *expectavit nihilominùs septem alios dies: & emisit columbam, quæ non est reversa ultra ad eum.* De secunda & tertia avium emissione etiam loquitur laudatus Abydenus, nec nisi triplicis meminit emissionis. quod etiam argumento est eum de tribus emissionibus columbę tantum esse locutum, ac proinde triduum illud quod inter sedatam tempestatem aquarum & primam avium emissionem ponit,

Digitized by Google

nit, terminatum esse in prima emissione columbę. Fiunt ergo ab inchoata post primam apparitionem montium arefactione terrę ad completam in ultima emissione columbę quinquaginta septem dies, sive unus mensis cum diebus viginti septem; ut propterea dictum sit: *mense secundo, septimo & vigesimo die mensis, arefacta est terra.*

22. Ut nihil istâ expositione planius est, ita nihil apertius ad demonstrandum annum patriarchicum, in quo diluvium contigit, fuisse dierum trecentorum sexaginta sex, seu habuisse sex adjectitios dies, quos epagomenas vocant, supra menses duodecim. Annus ille patriarchicus fuit sexcentesimus Noe, & initium diluvii incidit in decimum septimum diem mensis secundi, dicente Scriptura: *Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt.* Gen. VII. 11. Numeratis inde novem mensibus diluvii usque ad primam montium apparitionem elapsis, manifestum est apparuisse cacumina montium die decima septima mensis undecimi. Adjiciamus jam quinquaginta dies terminatos in secunda emissione columbę, qua *intellexit Noe, quod cessassent aquæ super terram*, habebimus dies sexaginta septem supra decem menses completos, seu dies septem supra menses duodecim. Septimus excedentium horum dierum, cùm is fuerit, quo cessasse aquas super terram intellexit Noe, debuit esse primus dies anni ejus sexcentesimi primi: quia *sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram: & aperiens Noe tectum arcæ, aspexit, viditque quòd exiccata esset superficies terræ.* Gen. VIII. 13. patet ergo precedentem annum sexcentesimum habuisse preter menses duodecim adjectitios sex dies.

23. S. P. Augustinus lib. 15. de civit. cap. 14. sumens argumentum à *sexcentesimo anno vitæ Noe*, ait: *Prorsus tantus etiam tunc dies fuit, quantus & nunc est, quem viginti & quatuor horæ diurno curriculo nocturnoque determinant: tantus mensis, quantus & nunc est, quem luna cœpta & finita concludit: tantus annus, quantus & nunc est, quem duodecim menses lunares, additis propter cursum solarem quinque diebus & quadrante, consummant.* Menses lunares tricenis diebus definit Augustinus: *Annus etiam unus*, inquit ille lib. 4. de Trinit. cap. 4. *si duodecim menses integri considerentur, quos triceni dies complent, (talem quippe mensem veteres observaverunt, quem circuitus lunaris ostendit,) senario numero pollet .... Et fiunt sexies sexageni, trecenti & sexaginta dies, qui sunt integri duodecim menses .... Restant autem quinque dies & quadrans diei, ut sol impleat cursum suum, annumque concludat: quatuor enim quadrantes faciunt unum diem, quem necesse est intercalari excurso quadriennio, quod bissextum vocant, ne temporum ordo turbetur.* Hanc anni formam à vetustissimis mortalium usurpatam fuisse, argumento sunt Thebæi Ægyptii apud Diodorum Siculum, lib. 1. Biblioth. pag. marginali 32. Ibi enim, ducta à communibus Gentium omnium Patriarchis prima antiquitate sua, instar & Judæorum qui Judaicas, & Chaldęorum qui Chaldaicas antiquitates inde quoque repetebant; dum *vetustissimos omnium mortalium se esse prædicant; apud quos omnium primos Philosophia, & exactior astrologia sit inventa ... dies non ad Lunæ, sed Solis motum exigentes, tricenos mensibus dies tribuunt, & post duodecimum quemque mensem quinque dies cum quadrante intercalant; eoque pacto circulum annum absolvunt.*

24. Quàm rectè sexcentesimus annus Noe intercalarem diem admiserit, patet ex chronologia sacra, quæ secundum Hebraicam veritatem numerat hunc annum ab orbe condito millesimum sexcentesimum quinquagesimum sextum. Cùm enim mille sexcenti quinquaginta sex anni compleant quadringenta & quatuordecim quadriennia; exacto verò quadriennio, dies unus intercalari debeat: evidens est intercalarem unum diem deberi anno sexcentesimo Noe.

25. Ex

Digitized by Google

25. Ex his facilè illuſtratur tota ephemeris diluvii. Ducto ejus initio à decimoſeptimo die menſis ſecundi Patriarchici & primitivi, ultimus dies pluviæ reperitur vigeſimus ſextus menſis tertii: quia *factum eſt diluvium quadraginta diebus ſuper terram: & multiplicatæ ſunt aquæ, & elevaverunt arcam in ſublime à terra*, Gen. VII. 17. Numeratis enim diebus quadraginta ſupra ſexdecim completos menſis ſecundi, fit ſumma dierum quinquaginta ſex, quorum triginta priores conficiunt menſem ſecundum, reliqui viginti ſex ad menſem tertium pertinent. Itaque vigeſimo ſexto menſis tertii primitivi, diluvii quadrageſimo, contigit ſumma aquarum ſuper terram elatio: adeo ut dies ille quadrageſimus fuerit primus dierum centum quinquaginta, quibus obtinuerunt aquæ terram in hac ſumma elatione. Nam *obtinuerunt aquæ terram centum quinquaginta diebus*. Gen. VII. 24. Sive ὑψώθη τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς γῆς ἡμέρας ἑκατὸν πεντήκοντα *elata fuit aqua ſuper terram dies centum quinquaginta*, uti vertunt LXX. Interpretes. Hi centum quinquaginta dies efficiunt quinque menſes tricenarios, qui ſupra triginta novem dies diluvii completos enumerati, utpote ducti à die quadrageſimo, relinquunt dies novem ſupra ſex menſes tricenarios diluvii. Ex quo apparet diem nonam menſis ſeptimi à diluvio fuiſſe extremam ſummæ inundationis. Porrò aquæ *cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies*. Gen. VIII. 3. Sive: מקצה חמשים ומאת יום *A fine quinquaginta & centum dierum*, ut habetur in textu Hebraico. Cœperunt ergo minui centeſimo, & quinquageſimo ſummæ inundationis die, proindeque nono menſis ſeptimi ab inchoato diluvio numerati. Apollodorus qui in Hebræis vel Phœnicio-Hebræis vocibus, ברר נשיא *B-ar-naſu*, hoc eſt, *In monte elevato*, Parnaſſum montem fabulatus eſt lib. 1. Biblioth. ait de ſuo Deucalione, Noemo noſtro: Δευκαλίων δὲ ἐν τῇ λάρνακι, διὰ τῆς θαλάσσης φερόμενος, ἐφ' ἡμέρας ἐννέα, καὶ νύκτας ἴσας, τῷ Παρνασῷ προσίσχει. *Deucalion autem in arca vectus per mare dies novem, totidemque noctes, Parnaſſum apellit.* Juxtà Servium in Eclogam 6. Virgilii, Deucalion, ejuſque uxor, *in monte Atho liberati ſunt*. Quia enim mons in quo hæſit arca Noe, vocatur Hebraicè *Ararath*, vox autem Hebraica הרר *Arar* ſignificat montem, æquè ac vocula הר *Ar*, pronum fuit ex *Arar-ath* facere montem Ath, ſicut & Parnaſſum ex *Barnaſu*, hoc eſt, *in monte elevato*, ut jam notavi. Habemus igitur ex Apollodoro novem dies refluentium aquarum diluvii, per quas Deucalion vectus in arca hæſit tandem in monte elevato, & liberatus eſt non in monte Atho, ſed in Ararath.

26. Nonus refluentium aquarum dies fuit decimus ſeptimus ſeptimi menſis diluvii: cùm aquæ cœperint minui die nona ejuſdem menſis. Nihil planius juxta textum Hebraicum, juxta quem, Gen. VIII. 4. *requievit arca in menſe ſeptimo, in ſeptima decima die menſis ſuper montes Ararath.* Hanc lectionem retinent textus Hebræo-Samaritanus, paraphraſes Chaldaicæ, verſiones Arabica, Perſica & Syra. Dum tamen in Græcis & Latinis codicibus pro decima ſeptima die legitur vigeſima ſeptima. Auguſtinus Steuchus Eugubinus, Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius, nos docet quid agendum ſit in hac codicum varietate: *Tam*, inquit, *in noſtris, quàm Græcorum codicibus error. Subducendi enim ſunt ex hoc numero decem, ut decem ac ſeptem relinquantur, ſicut habet veritas Hebraica. Neque quiſquam non intelligit id mendum à librariis, non interpretibus irrepſiſſe.* Idem docuerunt Lippomanus, & Cajetanus cum quo concludo: *Decimo ſeptimo igitur die menſis ſeptimi ab inchoatione diluvii, arcæ fundum poſitum eſt ſuper montes Ararat.* Interea cùm dies ille, quo imber deſiit, & aqua pervenit ad ſummam altitudinem, fuerit vigeſimus ſextus menſis tertii patriarchici: extremus ſummæ altitudinis aquarum dies, idemque primus imminutionis, abhinc centeſimus & quinquageſimus, debuit eſſe vigeſimus quintus menſis octavi: atque ita dies nonus imminutionis aquarum fuit tertius

menſis

Digitized by Google

mensis noni. Secundùm hanc numerandi rationem, omni ex parte absolutam, patet effluxisse dies centum octoginta septem inter decimum septimum mensis secundi, & vigesimum quintum mensis octavi, qui sunt duo termini, unus inchoati diluvii & incrementi aquarum, alter inchoati earum decrementi. Josephus lib. 1. Antiquit. Judaic. cap. 4. hos diluvii dies porrigit usque ad diem septimum septimi mensis, sive, ut is loquitur, *ὡς μηνὶ ἑβδόμῳ, ἱσαμένου δὲ τῷ ἑβδόμῃ*. *usque ad mensem septimum: ineuntis autem erat septima.* Revera centum octoginta septem dies constituunt sex menses tricenarios cum diebus septem ineuntis septimi. Reliquos dies ex quo cacumina montium apparuerunt jam explanavimus.

§. III.

De die quo cœpit diluvium ex Chaldaicis & Ægyptiacis antiquitatibus, & de æra mundi conditi inde illustrata.

27. PRiusquàm Chaldæorum Ægyptiorumque monumenta excutiamus, nobis certum esse debet civilem annum Ægyptiorum solos habuisse trecentos sexaginta quinque dies sine ullis horis appendicibus, quæ singulis quadrienniis coalescunt in unum diem, bissextilem vocatum in Calendario Juliano. Notissima est & Astronomis & Chronologis hæc anni Ægyptiorum forma vaga, juxta quam initium illius comparatum cum Stylo Juliano singulis quadrienniis retrocedit uno die; & post trecenta sexaginta quinque quadriennia bissextilia quæ complent annos Julianos mille quadringentos sexaginta, annos autem Ægyptiacos mille quadringentos sexaginta & unum, caput anni Ægyptiaci ad eundem anni Juliani diem revertitur. Qui rem digito monstratam volunt, consulant §. 4. hujus dissertationis Calendarium nostrum Ægyptio-Romanum, in quo citius cito reperient initium cujusvis anni Ægyptiaci, quodque ad rem nostram nunc facit, inde intelligent Ægyptiacum anni caput certissimè incidisse in diem decimum nonum mensis Martii proleptici anno ante epocham Christi vulgarem bis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, ad quem proinde & sequentem annum pertinet, quod sequitur



DIAGRAMMA ANNI ÆGYPTIORUM

Menses Ægyptiorum.		ineuntes in Calendario Juliano.		Anno ante Christi epocham vulgarem.
1. Thoth dierum	30	Martii die	19	2291
2. Paophi	30	Aprilis	18	
3. Athyr	30	Maii	18	
4. Choiac	30	Junii	17	
5. Tybi	30	Julii	17	
6. Mechir	30	Augusti	16	
7. Phamenoth	30	Septembris	15	
8. Pharmuthi	30	Octobris	15	
9. Pachon	30	Novembris	14	
10. Payni	30	Decembris	14	
11. Epiphi	30	Januarii	13	2290
12. Mesori	30	Februarii	12	
Epagomenæ	5	Martii	14	
1. Thoth	30	Martii	19	
2. Paophi	30	Aprilis	18	

Præter duodecim menses & epagomenas unius anni Ægyptiorum, priores duos menses alterius anni exhibeo in hoc diagrammate; quòd hi duo menses pertineant ad plenam diluvii ephemeriam.

28. Cùm lunares epilogismi tam in Ægyptiacis quàm Chaldaicis de diluvio antiquitatibus obtineant suum locum, necessarium est ad pleniorem earum intelligentiam



Dia-

Diagramma Noviluniorum ac Pleniluniorum mediorum calculo ad meridianum Alexandrinum directo, & deducto à meridie.

Lunarium mensium nomina: Chaldaica	Macedon.	Novilunia media in mensibus: Roman. D.	Ægypt. D.	H.M.	Plenilunia media in mensibus: Roman. D.	Ægypt. D	H.M.	Anno ante C.N.
Jiar	Artemisius	Apr. 20	Paophi 3	13.16	Maii 5	Paophi 18	7. 38	2291
Sivuan	Desius	Maii 20	Athyr 3	2. 0	Junii 3	Athyr 17	20.22	
Thamuz	Panemus	Junii 18	Choiac 2	14.44	Julii 3	Choiac 17	9 6	
Ab	Lous	Julii 18	Tybi 2	3. 28	Aug. 1	Tybi 16	21.50	
Elul	Gorpiæus	Aug. 16	Mechir 1	16.12	Aug. 31	Mechir 16	10.34	
Tisri	Hyperber.	Sept. 15	Phamen 1	4. 56	Sept. 29	Pham. 15	23.18	
Marchesu.	Dius	Oct. 14	Pham. 30	17.40	Oct. 29	Pharm. 15	12. 2	
Casleu	Apellæus	Nov. 13	Pharm. 30	6. 24	Nov. 28	Pachon 15	0. 46	
Thebeth	Audynęus	Dec. 12	Pachon 29	19. 8	Dec. 27	Payni 14	13.30	
Sebath	Peritius	Jan. 11	Payni 29	7. 53	Jan. 26	Epiphi 14	2. 15	2290
Adar	Dystrus	Febr. 9	Epiphi 28	20.37	Febr. 24	Mesori 13	14.59	
Nisan	Xanthicus	Mart. 11	Mesori 28	9. 21	Mar. 26	Thoth 8	5. 43	
Jiar	Artemisius	April. 9	Thoth. 22	22. 5	Apr. 24	Paophi 7	16.27	
Sivuan	Desius	Maii 9	Paophi 22	10.49	Maii 24	Athyr 7	5. 11	

Ex periodo Romana cujus annus 1110. congruit anno antę Christum natum 2291. desumpsi hanc noviluniorum & pleniluniorum rationem, addendo horam unam & minuta novem pro differentia quæ est inter meridianum Alexandrinum & Romanum juxta accuratissimas regiæ academiæ observationes. Qui calculum directum voluerint ad Babylonicum meridianum, superaddant minuta 50. Sic anno ante Christi epocham 2291. reperient, exempli gratiâ, novilunium Sivvan seu Desii commissum esse in meridiano Babylonico, die 20. mensis Maii proleptici, horis 2. minutis 50. à meridie. Ideo autem dies à meridie more astronomorum putavi, quia magnus annus Ægyptiorum lunisolaris de quo ago in alia dissertatione, incipiebat *circa meridiem*: in quo astronomicum diei exordium etiam ponitur à Ptolemæo, Ægyptiorum & Chaldæorum astronomorum sequace.

29. His necessariò prælibatis, inquiramus primùm in Chaldaica de diluvio monumenta. Certum est Chaldæos, quorum diligentiam in supputandis lunę motibus demonstrant omnium antiquissimæ lunarium deliquiorum observationes, accuratissimam habuisse notitiam diluvii, nominatim Berosum Sacerdotem Beli & Syderalis scientiæ peritum, qui *antiquissimas secutus historias, de facto diluvio, & hominum in eo corruptione*, καθάπερ Μωυσῆς οὕτως ἱστόρηκεν *sicuti Moses ita conscripsit*. Horum testis est Josephus lib. 1. contra Apionem, pag. 1044. ubi etiam

tradit eumdem Chaldaicarum rerum scriptorem locutum esse de posteris Noe, eorúmque notasse τοὺς χρόνους *tempora*, à diluvio usque ad Nabulassarum, patrem illius Nabuchodonosori, qui Judæos captivos deportavit in Babyloniam. Alexander Polyhistor, apud Georgium Syncellum pag. 30. & apud Eusebium in chronico Græco Scaligerano, pag. 8. narrat ἐκ τῆς δευτέρας τῆς Βηρωσσοῦ Χαλδαικῶν *ex secundo Chaldaicorum Berosi*, sub Sisuthro, quo Noemum nomine exprimit, μέγαν κατακλυσμὸν γενέσθαι *ingens fuisse diluvium*. Tum Deum optimum maximum qui diem diluvii prædixit Noemo, ore profano Saturnum vocans, ait τὸν Κρόνον αὐτῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἐπιστάντα φάναι, μηνὸς Δαισίου πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ κατακλυσμοῦ φθαρήσεσθαι. *Saturnum ipsi per somnum præsentem dicere, homines diluvio perituros mensis Dæsii quinta-decima*. Vetus scriptor Abydenus idipsum prodit, nedum apud Georgium Syncellum, pag. 38. Verum etiam apud Eusebium lib. 9. Præparationis Evangelicæ, cap. 12. & apud Cyrillum Alexandrinum, lib. 1. contra Julianum. Ait enim de Sisithro, seu Xisuthro, uti legit S. Cyrillus. τῷ δὲ Κρόνος μὲν προσημαίνει ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων, Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα. *Huic autem Saturnus prædixit fore inundationem imbrium, Desii quinta-decima*. Ex hoc Abydeni & alio Alexandri Polyhistoris fragmento præstantissimo concludit Sanctus Cyrillus: Ξίσουθρον μὲν οὖν ὀνομάζουσι τὸν Νῶε τάχα που κατὰ φωνὴν Ἀσσυρίων, κἂν τούτῳ δὲ πάλιν ἡμαρτήκασι τῆς ἀληθοῦς τὸν Κρόνον αὐτῷ χρῆσαι λέγοντες, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. *Xisulthrum igitur appellant Noe, fortè voce Assyriorum: quamquam in hoc iterum à vero aberrarunt, Saturnum ipsi oraculum reddidisse dicentes, pro summo omnium Deo*. Et quidem si linguam Hebræam Assyriæ & Chaldææ matrem consulamus, nomen Ξίσουθρος, Eusebio Σισίθρος *Sisithros*, præclarè congruit Noemo: quia צי סתרו *tsi-sithro*, seu *Xi-sithro*, hoc est, *Navis latibulum ejus*, nempè arca, in qua delituit diluvii tempore. Quòd autem Saturnum posuerint loco summi omnium Dei, Hebraicè dicti אל *El*; id factum est, quia Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν Κρόνον ἢλ . . . ἐπονομάζουσιν. *Phœnices & Syri Saturnum El nominant*. teste Damascio apud Photium cod. CCXLII. pag. 1050. Habemus igitur ex Chaldaicis antiquitatibus, fidem eis facientibus Beroso, Abydeno, Alexandro Polyhistore, Eusebio, Cyrillo Alexandrino, Georgio Syncello, diluvium contigisse die decima-quinta mensis Desii. Cùm novilunium hujus mensis commissum fuerit anno ante Christi epocham vulgarem 2291. die 20. mensis Maii proleptici, & die 3. mensis Athyr Ægyptiorum, ut patet ex superiori Noviluniorum ac pleniluniorum mediorum diagrammate, manifestum est diem decimam-quintam mensis Desii copulandam esse hoc eodem anno cum die 3. mensis Junii proleptici, & 17. mensis Athyr.

30. Videamus in præsenti, quid in ejus rei argumentum nobis præscribant antiquitates Ægyptiacæ. Multis obtutu primo difficultatibus obstruuntur. Sed quæ prorsus evanescent, si observaverimus in primis ὑέτιον Τυφῶνα *pluviosum Typhona* decantatum à Nonno Ægyptio lib. 1. Dionysiacorum, vers. 38a. esse Chaldaicum טופנא *Tuphana*, & Arabicum طوفان *Tuphan*, hoc est, *Diluvium*, immensâ cujus vastitate descriptâ ab Ovidio lib. 1. Metamorph. fab. 5.

Jamque mare, & tellus nullum discrimen habebant,
Omnia pontus erat.

Nam Ægyptii apud Plutarchum in libro de Iside & Osiride, pag. 363. Τυφῶνα τὴν θάλασσαν . . . καὶ τὸν ἅλα, Τυφῶνος ἀφρὸν καλοῦσιν. *Typhona mare . . . salemque, Typhonis spumam nominant*. Nonnus quoque libro Dionysiacorum jam laudato, vers. 267. meminit ἑσταμένου Τυφῶνος ἐν ἰχθυόεντι πόντῳ *Typhonis stantis in piscoso pelago*, cujus venter portentosissimè intumescens ἦεν μέγιστος,

θλιβομένη

Digitized by Google

θλιβόμενος νεφέεσσι. *aeri miscebatur, pressus nubibus*. Id quod non Gigantis alicujus, qualem fabulantur Typhona, sed diluvii altitudinem immensam exprimit. Antiquitates Ægyptiacæ nobis descriptæ à Diodoro, lib. 1. Biblioth. pag. marginali 11. meminerunt διαφθαρέντων σχεδὸν ἁπάντων *absumptorum propè omnium* in diluvio quod contigit sub Osiride. Ὄσιρις Διόνυσος, ὅς ἐστι Νῶε. *Osiris Dionysus, qui est Noe*, celebratur in Historiis Joannis Tzetzæ, Chiliad. 5. vers. 208. Et quidem præeunte Sophide vetusto chronographo, juxta quem *Typhon* inter alios, ἐν χρόνοις τῶν Ὀσίριδος τοῦ Διονύσου, Νῶε. *in temporibus erat Osiridis Dionysi Noe*. Plutarchus in libro de Iside & Osiride, superiùs laudato, refert ex antiquitatibus Ægyptiorum diem quâ Osiris, Typhone cogente, arcam ingressus est, nempe decimam-septimam mensis Athyr, quâ proinde contigit ingressus Noemi in arcam, cogente diluvio factus. Audiamus fabulam Ægyptiacam descriptam à Plutarcho pag. 356. his verbis: *Metitum furtim Typhonem corpus Osiridis, ad magnitudinem ejus arcam apparasse elegantem, exacteque ornatam, eamque in convivium intulisse. quam ubi conviva cum voluptate & admiratione spectassent, per jocum promisisse Typhonem se dono arcam huic daturum, qui inclusus quantitatem ejus exæquaret. Cùm omnes periculum fecissent, neque cuiquam quadraret, Osirim in eam ingressum decubuisse. Ibi eos qui intererant, accurrisse, & operculum arcæ injecisse, & quà clavis externè, quà liquido plumbo immisso cùm obfirmassent, ad Nilum detulisse, ac in mare demisisse per Taniticum ostium: quod eam ob rem hodie nominatu abominabile est Ægyptiis.* ταῦτα δὲ πραχθῆναι λέγουσιν ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα μηνὸς Ἀθύρ. *Hæc autem acta esse dicunt decima-septima mensis Athyr*. Plutarchus qui pag. 358. rectè notat *ista non omninò germana esse fabularum & inanium figmentorum, qualia comminiscuntur Poetæ & fabularum scriptores aranearum instar ex seipsis gignentes initia nullo fundamento innixa, eaque pertexentes: sed habere disputationes quasdam in se, & certorum narrationes eventorum*. refert pag. 354 ὡς ὁ Τυφὼν σῦν διώκων πρὸς τὴν πανσέληνον, εὗρε τὴν ξυλίνην σορὸν, ἐν ᾗ τὸ σῶμα τοῦ Ὀσίριδος ἔκειτο. *quòd Typhon Suem persequens in plenilunio, invenit ligneam arcam in qua corpus Osiridis jacebat*. Revera anno ante Christum natum bis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, die secundum Ægyptios decima-septima mensis Athyr, & secundùm Chaldæos decima-quintâ mensis Desii, in tertiam incidente diem mensis Junii proleptici, commissum est plenilunium, ingresso Noemo in arcam ligneam, & diluvio insectante reperta extra eam animalia. Consonantius nihil, & accuratius desiderari poterat.

31. Secundùm hoc Systema Osiris Ægyptiorum, Noemus noster, ingressus est novam lunam initio mensis Phamenoth: quia novilunium necessario calculo reperitur contigisse die prima hujus mensis, seu decima-quintâ Septembris proleptici; ut palam ante oculos ponit superius Noviluniorum, ac Pleniluniorum mediorum diagramma. Id non latuit astronomiam Ægyptiorum. Nam apud laudatum Plutarchum, pag. 368. τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Φαμενὼθ ἑορτὴν ἄγουσιν, ἐμβάσιν Ὀσίριδος εἰς τὴν σελήνην ὀνομάζοντες. *Initio mensis Phamenoth festum agunt, ingressum Osiridis in lunam vocantes*. Prætereà τῇ τριακάδι τοῦ Ἐπιφὶ μηνὸς, ἑορτάζουσιν ὀφθαλμῶν Ὥρου γενέθλιον . . . ὡς οὐ μόνον τὴν σελήνην, ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον ὄμμα τοῦ Ὥρου καὶ φῶς ἡγούμενοι. τῇ δὲ ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ Φαωφὶ βακτηρίας ἡλίου γενέσθαι. *Trigesima die mensis Epiphi festum celebrant natalicium oculorum Ori . . . non lunam modò, sed & solem, oculum lumenque Ori censentes. Die autem vigesima-secunda mensis Paophi baculos solis natos esse* ferunt; tradente iterum Plutarcho, pag. 372. Hæc astronomiæ Ægyptiorum vetus observatio insignis est in Osiriaca de diluvio historia, juxta quam Isis τὸν υἱὸν Ὧρον, ὑπὸ τῶν Τιτάνων ἐπιβουλευθέντα καὶ νεκρὸν εὑρεθέντα καθ' ὕδατος, *filium Orum à Titanibus insidiose oppressum, mortuumque inventum in aqua*, reduxit in vitam, &

 immor-

immortalem effecit. ut testis est Diodorus lib. 1. Biblioth. pag. marg. 15. Per Deam Isidem lunam intelligunt Ægyptii tum apud Diodorum, tum apud Plutarchum. Idque manifestum reddit notissimum Isidis nomen Jo, quod Copticè, sive Ægyptiacè lunam significat. Orus Isidis filius est lux lunæ; quia lux Hebraico nomine Ægyptiis non ignoto dicitur אור *Or*. Itaque Isis quæ filium Orum, mortuum inventum in aqua, vitæ restituit, significat lunam, quâ currente, lux erepta terris propter aquas diluvii, cœpit eis reddi, nempe in prima cacuminum montium apparitione. Prima hujus lunæ illuminatio, seu prima phasis, quæ conspicuâ duorum luminarium disjunctione pertinet ad alteram à conjunctione diem, contigit anno ante Christi epocham 2290. die trigesimâ mensis Epiphi, oculorum Ori natalicia secundùm Osiriacam de diluvio historiam. Hoc enim anno ex superiori noviluniorum diagrammate, conjunctio luminarium, seu novilunium contigit Epiphi mensis die 28. horis 20. 37. à meridie, sive die 29. horis 8. 37. à media nocte: ita ut prima phasis rectissimè conjiciatur in Epiphi diem trigesimam. Quod spectat ad hieroglyphicam Ægyptiorum expressionem secundùm quam baculi Solis nati sunt die vigesima-secunda mensis Paophi, observandum est cursum luni-solarem, exordio facto à primo novilunio reparati post diluvium orbis, incœpisse die vigesima-secunda mensis Paophi, qua commissum est novilunium, horis 10. minutis 49. à meridie, anno ante Christum natum 2290. Ideo verò initiùm cursûs luni-solaris hieroglyphica baculorum solis nativitate innuebant, quia Solem conficientem suum iter velut peregrinum contemplati, *& eum innuentes, qui longo tempore peregrinatus tandem in solum natale remeet*; *Phœnicem avem pingunt* apud Horapollinem, lib. 1. Hierogl. 35. *Cum hujus alitis vita magni conversionem anni fieri* ajunt, prodente Manilio apud Plinium, lib. 10. Natural. Histor. cap. 2. Id quod alii passim Scriptores confirmant.

32. Tot characterismi ostendunt manifestè annum Patriarchicum, & primitivum cœpisse anno ante Christum natum 2291. die decima-octavà mensis Aprilis proleptici; cùm initium diluvii, quod pertinet ad diem decimam-septimam mensis secundi, inciderit in diem tertiam mensis Junii, concurrentibus decima-quinta mensis Desii seu Sivuan Chaldæorum, decima-septima mensis Athyr Ægyptiorum, & cœlesti plenilunio notato ab Ægyptiis. Annus ille secundùm Hebraicam veritatem erat à creatione mundi millesimus sexcentesimus quinquagesimus sextus: ita ut conditi orbis epocha incidat in annum ante Christum natum ter millesimum nongentesimum quadragesimum sextum, quo luminarium conjunctio, seu novilunium contigit ex tabulis astronomicis & periodo Romana, die decima-octava mensis Aprilis proleptici, Romæ quidem horis 6. minutis 43. à meridie, Alexandriæ verò horis 7. minutis 52. item à meridie. Cyclus Solis 12. congruens huic anno cum litera Dominicali G, argumento est incidisse hanc luminarium conjunctionem in feriam quartam, seu quartum diem hebdomadæ; quo *fecit Deus duo luminaria magna*, solem scilicet & lunam. Gen. 1. 16. Cùm enim luminaria facta *sint in signa & tempora, & dies, & annos*. Ibid. v. 14. anni primitivi & patriarchici duxerunt à feria quarta suum exordium. Methodus Periodi Norisianæ, cujus annus 1851. congruit anno ante Christum natum 3946. utrumque ponit in conspectu. Hic enim annus est è regione cycli solis 12. in XXIII. Ogdoecontateſsaraeteride, habetque numerum tetraetericum 394. cui debetur epacta Sarracenica 10. quæ copulata cum vigesima die mensis Martii argumento est diem decimam-octavam mensis Aprilis fuisse trigesimam mensis lunaris proleptici, quâ luna conjungitur cum sole.

33. Addit Sacra Scriptura, Gen. cap. 2. *Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: & requievit...*

quievit die feptimo ab univerfo opere quod patrarat. Hoc operis Dei complementum, hæc perfectio, neceffario calculo pertinet ad Sabbatum, quod anno ante Chriftum natum 3946. incidit in Aprilis proleptici diem vigefimam-primam. Ea die reperitur ex anni Solaris Gregoriana quantitate, optimorum Aftronomorum probata calculo, contigiffe Æquinoctium vernum; quod, cùm diem & noctem oftendat in fuo complemento, aptiffimè congruit Sabbato, quo *complevit Deus opus fuum, quod fecerat.* Philo Judæus, juxta quem lib. De Septenario & feftis, pag. 1191. *quotannis Deus in memoriam revocans mundi originem,* ἀνάγει τὸ ἔαρ *oftendit ver*; cùm agit de feptima die, nominat eam τῦ κόσμυ γενέσιον *mundi natalem*, lib. de mundi opificio, pag. 20. Itaque verna mundi origo plenè perfectéque pertinens ad feptimam diem, pleniùs perfectiúfque nequit oftendi quàm per æquinoctium vernum commiffum anno creationis ipfa feptima die, feu Sabbato.

34. Ut omnes id intelligant, etiam infueti aftronomiæ, obfervandum eft Gregorianam Solaris anni quantitatem detrahere de Juliana quam antiquavit, integrum triduum quadringentis quibufque annis, *ne æquinoctium recedat*, quemadmodum declarat ipfemet Pontifex Gregorius XIII. in Bulla de Kalendario. Hoc quadringentorum annorum intervallum, quod dicta tridui prætermiffione reducit æquinoctia ad eundem feriarum ordinem, quater & decies reperitur à creatione mundi ufque ad annum Chrifti millefimum fexcentefimum quinquagefimum quintum, mundi conditi quinquies millefimum fexcentefimum primum, quo æquinoctium vernum commiffum eft Martii Juliani die decima in Sabbatum incidente, horis 4. minutis 2. poft meridiem, Bononiæ; ut conficitur ex obfervationibus fubfequenti anno factis in magno gnomone templi S. Petronii per clariffimum virum Joannem Dominicum Caffinum. Anni quater & decies quadringenti, feu quinquies mille & fexcenti, detractos de forma Juliana dies quadraginta duos poftulant, quot numerantur à die decima menfis Martii ad diem vigefimam primam menfis Aprilis. Patet ergo æquinoctium vernum quod anno à creatione mundi quinquies millefimo fexcentefimo primo defcenderat in diem decimam Martii Juliani, contigiffe anno creationis die vigefima prima menfis Aprilis fecundum formam Julianam computati.

35. Secundùm hanc conditi orbis epocham tres in natalitia mundi feptimana dies fpecialiter referuntur ad Solem, prima in qua facta eft lux: quarta in qua contigit prima luminarium conjunctio: feptima in qua commiffum eft primum æquinoctium vernum. Lux, ut jam notavi, Hebraicè dicitur אור *Or*. Ideóque prima nafcentis mundi die dixit Deus, Gen. 1. 3. יהי אור ויהי אור *Fiat Or*, five fiat lux, *& factus eft Or*, five facta eft lux. Plutarchus in libello de Ifide & Ofiride, pag. 375. refert è libris Ægyptiorum qui Mercurii libri dicuntur, *facultatem quæ præeft converfioni folis, Orum, Græcis Apollinem, vocari.* Et Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 21. loquens de Ægyptiis ait: *Apud eofdem Apollo, qui eft Sol, Horus vocatur.* Vetus Ægyptiorum theologia in defcriptione ortus Apollinis reducit in memoriam feptimanæ mundi natalitiæ, maxime verò fanctificationis diei feptimi, ut obfervat S. Clemens Alexandrinus lib. 5. Strom. pag. 600. ex his verfibus Hefiodi, carmine de Diebus:


πρῶτον ἔνη, τετρὰς τε, καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ.
τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.

Primùm prima, quartaque & feptima facra dies: hac enim Apollinem aurienfem genuit Latona. Eundem locum Hefiodi longè ante Clementem Alexandrinum notaverat Ariftobulus, Philofophus Hebræus; uti nos docet Eufebius lib. 13. Præpar. Evang. cap. 12. Delphi apud Plutarchum in Quæftionibus Græcis facrant Apollini feptimanam Byfio menfe, quem agunt ἔαρος ἀρχῇ *veris initio.* καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τῦ θεῦ γενέθλιον. *& feptimanam iftam putant Dei*, hoc eft Apol-

Apollinis, *natalitiam*. Ver enim apertum eſt in ſeptimana Ori vel lucis natalitia, æquinoctio verno incidente in diem ſeptimam & primigeniæ lucis exordio in primam. Hac prima die qua dixit Deus, *Fiat Or*, ſive, fiat lux, *tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*. Gen. 1. 2. Id quoque norunt Ægyptii in ſuo Oro, de quo loquentes apud Plutarchum laudato libro de Iſide & Oſiride pag. 373. dicunt, *deum illum mancum* ὑπὸ σκότῳ γενέσθαι *in tenebris natum eſſe*, καὶ πρεσβύτερον ὧρον καλοῦσι *&* *ſeniorem Orum appellant*, nempe primigeniam lucem.

36. In hiſtoria Oſiriaea de Typhone ſeu diluvio vidimus Noemum noſtrum Oſiridis nomine adumbrari. Erat tamen illud nomen proprium ſolis, ſed ideo tributum eſt Noemo, quia ſolebant Ægyptii ſoles vocare homines magnam nominis amplitudinem & claritatem conſecutos. Sic *Solem in Ægypto regnaſſe primum*, *eodem aſtri cæleſtis nomine inſignem* aiunt apud Diodorum lib. 1. pag. marg. 8. Sic & apud Ciceronem lib. 3. de natura Deorum, *Soles ipſi quàm multi à theologis proferuntur*. Ægyptii *qui Oſirim diſertè aiunt eſſe Solem* . . . *Iſidem verò eandem cum luna eſſe pronunciant*, apud Plutarchum in libro toties laudato de Iſide pag. 372. fabulantur pag. 356. *Iſidem & Oſiridem mutuò impulſos amore*, πρὶν γενέσθαι κατὰ γαστρὸς ὑπὸ σκότῳ συνεῖναι. *antequàm prodirent utero, in tenebris ſe conjunxiſſe*. Conjunctionem ſolis & lunæ vocamus novilunium, *quando, tenebris cuncta operientibus, lunaris exordium luminis eſt*, uti loquitur S. Hieronymus in cap. 45. Ezechielis. Sic vetus theologia Ægyptiorum tenuit duo luminaria magna, ſolem & lunam, cœpiſſe converſiones ſuas à conjunctione; ac proinde confirmat, quod nobis aperuit calculus aſtronomicus ad diem decimamoctavam menſis Aprilis Juliani proleptici, incidentem in feriam quartam anno ante Chriſtum natum ter milleſimo nongenteſimo quadrageſimo ſexto, nempe novilunium hac commiſſum eſſe die. Non moror eos qui volunt *lunam plenam eſſe primitùs factam. Quia illud abſurdum eſt, ut non à prima, ſed à ſextadecima vel quintadecima numerandi ſumamus exordium*. ut ait S. P. Auguſtinus lib. de Gen. ad litteram imperfecto, cap. 13. ubi etiam docet nec illud movere, *quòd perfectum fieri debuerit luminare, quod factum eſt. Omni enim die perfecta eſt: ſed ejus perfectio ab hominibus non videtur, niſi cùm ex contraria parte Soli oppoſita fuerit*.

37. In calendario hiſtorico in quo palam ante oculos pono totam diluvii ephemeriam, elucet connexio menſium anni primitivi & patriarchici cum menſibus anni Romanorum Juliani.



CA-

Digitized by Google

CALENDARIUM HISTORICUM ad annum mundi 1656. ante æram Chriftianam 2291.

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Menfis I. Patriarchicus, & II. Ægyptiorum dictus Paophi.	Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Menfis II. Patriarchicus, & III. Ægyptiorum dictus Athyr.
I	18. Apr.	1	III	18	1
II	19	2	IV	19	2
III	20	3	V	20	3. Novilunium Defii.
IV	21	4	VI	21	4
V	22	5	VII	22	5
VI	23	6	I	23	6
VII	24	7	II	24	7
I	25	8	III	25	8
II	26	9	IV	26	9
III	27	10	V	27	10. Noe monetur de di-
IV	28	11	VI	28	11 luvio futuro poft
V	29	12	VII	29	12 feptem dies.
VI	30	13	I	30	13
VII	1. Mai.	14	II	31	14
I	2	15	III	1. Jun.	15
II	3	16	IV	2	16
III	4	17	V	3	17. Diluvium incipit.
IV	5	18	VI	4	18
V	6	19	VII	5	19
VI	7	20	I	6	20
VII	8	21	II	7	21
I	9	22	III	8	22
II	10	23	IV	9	23
III	11	24	V	10	24
IV	12	25	VI	11	25
V	13	26	VII	12	26
VI	14	27	I	13	27
VII	15	28	II	14	28
I	16	29	III	15	29
II	17	30	IV	16	30

CA-

Digitized by Google

CALENDARIUM HISTORICUM ad annum mundi 1656. ante æram Christianam 2291.

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Mensis III. Patriarchicus & IV. Ægyptiorum dictus Chojac.
V	17	1
VI	18	2
VII	19	3
I	20	4
II	21	5
III	22	6
IV	23	7
V	24	8
VI	25	9
VII	26	10
I	27	11
II	28	12
III	29	13
IV	30	14
V	1. Jul.	15
VI	2	16
VII	3	17. Initium secundi mensis Diluvii.
I	4	18
II	5	19
III	6	20
IV	7	21
V	8	22
VI	9	23
VII	10	24
I	11	25
II	12	26. Finis pluviæ, & initium dierum summæ elationis aquarum,
III	13	27
IV	14	28
V	15	29
VI	16	30

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Mensis IV. Patriarchicus & V. Ægyptiorum dictus Tybi.
VII	17	1
I	18	2
II	19	3
III	20	4
IV	21	5
V	22	6
VI	23	7
VII	24	8
I	25	9
II	26	10
III	27	11
IV	28	12
V	29	13
VI	30	14
VII	31	15
I	1. Aug.	16
II	2	17. Initium tertii mensis diluvii.
III	3	18
IV	4	19
V	5	20
VI	6	21
VII	7	22
I	8	23
II	9	24
III	10	25
IV	11	26
V	12	27
VI	13	28
VII	14	29
I	15	30

CA-

CALENDARIUM HISTORICUM ad annum mundi 1656. ante æram Chriſtianam 2291.

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Menſis V. Patriarchicus, & VI. Ægyptiorum dictus Mechir.
II	16	1
III	17	2
IV	18	3
V	19	4
VI	20	5
VII	21	6
I	22	7
II	23	8
III	24	9
IV	25	10
V	26	11
VI	27	12
VII	28	13
I	29	14
II	30	15
III	31	16
IV	1. Sept.	17. Initium quarti menſis diluvii.
V	2	18
VI	3	19
VII	4	20
I	5	21
II	6	22
III	7	23
IV	8	24
V	9	25
VI	10	26
VII	11	27
I	12	28
II	13	29
III	14	30

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Menſis VI. Patriarchicus, & VII. Ægyptiorum dictus Phamenoth.
IV	15	1
V	16	2
VI	17	3
VII	18	4
I	19	5
II	20	6
III	21	7
IV	22	8
V	23	9
VI	24	10
VII	25	11
I	26	12
II	27	13
III	28	14
IV	29	15
V	30	16
VI	1. Oct.	17. Initium quinti menſis diluvii.
VII	2	18
I	3	19
II	4	20
III	5	21
IV	6	22
V	7	23
VI	8	24
VII	9	25
I	10	26
II	11	27
III	12	28
IV	13	29
V	14	30

CALENDARIUM HISTORICUM ad annum mundi 1656. ante æram Christianam 2291.

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Mensis VII. Patriarchicus & VIII. Ægyptiorum dictus Pharmuthi.	Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Mensis VIII. Patriarchicus & IX. Ægyptiorum dictus Pachon.
VI	15	1	I	14	1
VII	16	2	II	15	2
I	17	3	III	16	3
II	18	4	IV	17	4
III	19	5	V	18	5
IV	20	6	VI	19	6
V	21	7	VII	20	7
VI	22	8	I	21	8
VII	23	9	II	22	9
I	24	10	III	23	10
II	25	11	IV	24	11
II	26	12	V	25	12
IV	27	13	VI	26	13
V	28	14	VII	27	14
VI	29	15	I	28	15
VII	30	16	II	29	16
I	31	17. Initium sexti mensis	III	30	17. Initium septimi mensis
II	1. Nov.	18 Diluvii.	IV	1. Dec.	18 diluvii.
III	2	19	V	2	19
IV	3	20	VI	3	20
V	4	21	VII	4	21
VI	5	22	I	5	22
VII	6	23	II	6	23
I	7	24	III	7	24
II	8	25	IV	8	25. Initium imminutionis
III	9	26	V	9	26 aquarum.
IV	10	27	VI	10	27
V	11	28	VII	11	28
VI	12	29	I	12	29
VII	13	30	II	13	30

CA-

CALENDARIUM HISTORICUM
ad annum mundi 1656. ante æram Chriſtianam 2291. & 2290.

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Menſis IX. Patriarchicus, & X. Ægyptiorum dictus Payni.	Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Menſis X. Patriarchicus, & XI. Ægyptiorum dictus Epiphi.
III	14	1	V	13	1
IV	15	2	VI	14	2
V	16	3 Arca requieſcit ſuper	VII	15	3
VI	17	4 montes Armeniæ.	I	16	4
VII	18	5	II	17	5
I	19	6	III	18	6
II	20	7	IV	19	7
III	21	8	V	20	8
IV	22	9	VI	21	9
V	23	10	VII	22	10
VI	24	11	I	23	11
VII	25	12	II	24	12
I	26	13	III	25	13
II	27	14	IV	26	14
III	28	15	V	27	15
IV	29	16	VI	28	16
V	30	17. Initium octavi menſis	VII	29	17. Initium noni menſis
VI	31	18 diluvii.	I	30	18 diluvii.
VII	1. Jan.	19. Initium anni ante	II	31	19
I	2	20 C.N. 2290.	III	1. Febr.	20
II	3	21	IV	2	21
III	4	22	V	3	22
IV	5	23	VI	4	23
V	6	24	VII	5	24
VI	7	25	I	6	25
VII	8	26	II	7	26
I	9	27	III	8	27
II	10	28	IV	9	28
III	11	29	V	10	29
IV	12	30	VI	11	30

Digitized by Google

CALENDARIUM HISTORICUM ad annum mundi 1656. ante æram Christianam 2290.

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Mensis XI. Patriarchicus, & XII. Ægyptiorum dictus Mesori.	Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Mensis XII. Patriarchicus.	Dies Calendarii Ægypt.
VII	12	1	II	14	1	1, Epago-
I	13	2	III	15	2	2 menæ.
II	14	3	IV	16	3	3
III	15	4	V	17	4	4
IV	16	5	VI	18	5	5
V	17	6	VII	19	6	1. Thoth.
VI	18	7	I	20	7	2
VII	19	8	II	21	8	3
I	20	9	III	22	9	4
II	21	10	IV	23	10	5
III	22	11	V	24	11	6
IV	23	12	VI	25	12	7
V	24	13	VII	26	13	8
VI	25	14	I	27	14	9
VII	26	15	II	28	15	10
I	27	16	III	29	16	11
II	28	17. Initium decimi mensis	IV	30	17. Initium XI.	12
III	1. Mart.	18 diluvii, & I. arefactio-	V	31	18 mens. diluvii	13
IV	2	19 nis terræ.	VI	1. Apr.	19 & II. arefa-	14
V	3	20	VII	2	20 ctionis terræ	15
VI	4	21	I	3	21	16
VII	5	22	II	4	22	17
I	6	23	III	5	23	18
II	7	24	IV	6	24	19
III	8	25	V	7	25	20
IV	9	26	VI	8	26. Emissio	21
V	10	27	VII	9	27 Corvi.	22
VI	11	28	I	10	28	23
VII	12	29	II	11	29. Emissio I.	24
I	13	30	III	12	30 Columbæ.	25

CA-

CALENDARIUM Historicum ad an. mundi 1656. ante æram Christianam 2290.

Fer.	Dies Calendarii Juliani.	Epagomenæ anni Patriarchici intercalaris.	Dies Calendarii Ægypt
IV	13	1	26
V	14	2	27
VI	15	3	28
VII	16	4	29
I	17	5	30
II	18	6	1. Paoph.
III	19	1. Initium anni	2
IV	20	2 Noe 601. &	3
V	21	3 Em. II. Col.	4
VI	22	4	5
VII	23	5	6
I	24	6	7
II	25	7	8
III	26	8. Emissio III.	9
IV	27	9 Columbæ.	10
V	28	10	11
VI	29	11	12
VII	30	12	13
I	1. Mai.	13	14
II	2	14	15
III	3	15	16
IV	4	16	17
V	5	17	18
VI	6	18	19
VII	7	19	20
I	8	20	21
II	9	21	22
III	10	22	23
IV	11	23	24
V	12	24	25

§. IV.

De modo investigandi dies anni vagi Ægyptiorum in diebus anni Romanorum Juliani ante & post Christum natum.

37. Non parum impedita est apud chronologos astronomosque methodus investigandi dies anni vagi Ægyptiorum in diebus anni Romanorum Juliani. Difficultatem omnem tollit calendarium Ægyptio-Romanum quod hic construo. Menses ejus describuntur cum epactis solaribus dierum XXX. quia menses Ægyptiorum sunt omnes tricenarii. Epactæ illæ solares sunt in duplici genere: aliæ exarantur literis Romanis, aliæ notis Sarracenicis quæ usurpandæ sunt quoties annus Ægyptiorum postulat ut à mense Decembri transeamus ad Januarium pro obtinendâ reliquorum ejus mensium serie. Singulis diebus, adeóque & singulis epactis, respondent anni quatuor: quia annus vagus Ægyptiorum idem per annos quatuor principium obtinet in Calendario Juliano; donec, bissexto accedente, in alium ejusdem Calendarii diem descendat. Causâ majoris facilitatis quadriennia geminavi pro discrimine annorum qui ante & post Christum natum numerantur. Cum dies Calendarii Juliani sint trecenti sexaginta quinque, postulant trecenta sexaginta quinque quadriennia, quæ summam annorum mille

Digitized by Google

quadringentorum & sexaginta conficiunt. Hac expletâ, initium anni vagi Ægyptiorum revertitur ad eundem Calendarii Juliani diem. Quocirca anni in nostro Calendario Ægyptio-Romano notati tam antè quàm post Christum natum non superant numerum 1460.

38. Dies cui illigantur anni unius quadriennii, exhibet toto illo quadriennio initium anni vagi Ægyptiorum. Epacta Solaris Romana respondens huic diei est character neomeniæ Thoth, à qua Ægyptii ducunt anni sui exordium. Eadem epacta post triginta dies inchoat mensem Paophi, secundum anni Ægyptiaci; & post alios triginta dies inchoat mensem Athyr, tertium ejusdem anni: atque ita de cæteris, donec Decembri expleto, si transeundum sit ad Januarium pro reliquis anni vagi mensibus, epacta solaris Romana mutetur in Sarracenicam, ut jam dixi. Sit in exemplum annus ante Christum natum 831. qui, additis annis 1460. æquè inservit pro anno ante Christum natum 2291. quo diluvium contigit. Annus ille 831. est è regione diei deciminoni mensis Martii: quia dies decimusnonus hujus mensis aperuit annum Ægyptiacum anno ante æram Christianam 831. & 2291. Epacta Solaris Romana XIII. respondet huic diei, ideóque est character neomeniæ Thoth, exhibetque neomeniam Paophi die 18. mensis Aprilis, neomeniam Athyr die 18. mensis Maii, neomeniam Chojac die 17. mensis Junii, neomeniam Tybi die 17. mensis Julii, neomeniam Mechir die 16. mensis Augusti, neomeniam Phamenoth die 15. mensis Septembris, neomeniam Pharmuthi die 15. mensis Octobris, neomeniam Pachon die 14. mensis Novembris, neomeniam Payni die 14. mensis Decembris; à quo transeundo ad Januarium, usurpatur epacta solaris Sarracenica 13. quæ dat neomeniam Epiphi ad diem 13. mensis Januarii, neomeniam Mesori ad diem 12. mensis Februarii, & initium Epagomenarum ad diem 14. mensis Martii, ut dies 19. ejusdem mensis rursus aperiat annum Ægyptiacum anno ante Christum natum 830. & 2290.

39. Alterum exemplum sit annus ante eandem æram 1025. quo annus Ægyptiacus cœpit sexta die mensis Maii. Epacta solaris Romana XXV. congruens huic diei est character neomeniæ Thoth; tum aperit mensem Paophi die 5. Junii, mensem Athyr die 5. Julii, mensem Choiac die 4. Augusti, &c. Additis annis 1460. pervenies ad annum ante Christum natum 2486. cui congruit eadem Calendarii Ægyptio-Romani ratio. Rursum additis aliis annis 1460. habebis annum ante eandem æram 3945. qui hanc quoque mensium Ægyptiacorum cum Romanis connexionem postulat. Annus ille est valdè insignis, ut mox videbimus. Numerus annorum à creatione mundi ad diluvium est mille sexcentorum quinquaginta sex. Proclive fuit Ægyptiis supputare hos annos more suo vago. Juxta hunc morem anni mille sexcenti quinquaginta sex numerati ante diem decimamseptimam mensis Athyr qua diluvium contigit anno ante Christum natum 2291. colliguntur à die decimaseptima mensis Athyr incidente in duodecimum Calendas Augustas, sive diem vigesimam primam mensis Julii, anno ante eandem æram 3945. quia mensis Athyr cœpit hoc anno die quintâ mensis Julii. Ut ergo Ægyptii collegissent à creatione mundi ad diluvium annos mille sexcentos quinquaginta sex Ægyptiacos, debuissent referre natalem mundi ad duodecimum Calendas Augustas. Atqui Ægyptiorum *Sacerdotes natalem mundi judicarunt inter tertium-decimum Calendas Augustas & undecimum*, teste Solino cap. XXXII. editionis Salmasianæ.

40. Tertium exemplum. Anno ante Christum natum 2411. respondet character anni 951. qui totis 1460. annis est inferior. Epacta Solaris Romana XIII. conveniens huic anno è regione diei decimi-octavi mensis Aprilis, à quo incipiebat annus Patriarchicus usurpatus ante diluvium, indicio est annum vagum Ægyptiorum

rum

Digitized by Google

rum & annum Patriarchicum idem principium tunc obtinuisse. Annus ante Christum natum 2411. est ante diluvium centesimus atque vigesimus, quo Deus dixit de homine aquis diluvii perituro: *eruntque dies illius centum viginti annorum.* Gen. VI. 3. Insignes sunt columnæ quibus filii Seth moniti de futuro diluvio *sua inventa inscripserunt*, teste Josepho lib. 1. Antiq. Judaic. cap. 3. *Sideralem scientiam ac cælestium rerum cognitionem excogitaverunt*, inquit idem Auctor. Ægyptii qui *statuunt periodos & annorum myriades secundùm astronomiam suam*, ut scribit Africanus apud Georgium Syncellum pag. 17. *Sothiacam* vocarunt illam periodum quâ annus eorum vagus ad idem revolvitur principium post annos 1460. solares, quos Julianos nuncupamus. Inde enim τῆς Σωθιακῆς περιόδου *Sothiacæ periodi* mentionem facit S. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stomat. pag. 335. Sothis Ægyptiorum, apud Vettium Valentem MS, ex libris Petosiris vocatur *Seth*, ut docet Marshamus circa initium Canonis Chronici. Ergo periodus Sothiaca erat periodus Sethi vel Sethitarum, qui eam, ut par erat, inchoarunt à primo die anni Patriarchici, ubi primum eis innotuit futura per diluvium clades, nempè anno ante diluvium centesimo atque vigesimo.

41. Quartum exemplum. Annus post Christum natum 238. competens in ante diem VII. Kalendas Julias, seu in diem vigesimum quintum mensis Junii, argumento est initium mensis *Thoth*, atque adeò initium anni vagi Ægyptiorum, tunc incidisse in hunc diem: rectè sanè; nam annus post Christum natum 238. notatus in fastis Pio vel Ulpio & Pontiano Coss. is fuit, quo Censorinus scribens libellum de die Natali, ait de annis Nabonassari cap. 8. editionis Aldinæ: *Sed horum initia semper à die prima mensis ejus sumitur, cui apud Ægyptios nomen est* Θωθ; *quique hoc anno fuit ante diem* VII. *Kalendas Julias, cum abhinc annos centum Pio & Bruttio Præsente Coss.* sive anno æræ Christianæ 139. *iidem dies fuerint ante diem* XII. (lege XIII.) *Kalendas Augusti*: hoc est die 20. mensis Julii, cui Calendarium Ægyptio-Romanum illigat præfatum annum Christi 139. Quòd vetus illa scribendi formula, *Ante diem VII. Kalendas Julias*, & *Ante diem XIII. Kalendas Augusti*, idem sit ac *VII. Kalendas Julias*, & *XIII. Kalendas Augusti*, adeòque designet diem 25. mensis Junii pro initio mensis Thoth anni æræ Christianæ 238. diem verò 20. mensis Julii pro initio Thoth anni ejusdem æræ 139. solidissimè docuit contra Ricciolium Em. Cardinalis Norisius in Cenotaphiis Pisanis, Dissert. 2. cap. XVII.

42. Nota epactam congruentem anno vago concurrenti cum anno bissextili augendam esse unitate post bissextum. Sic epacta Solaris Romana I. quæ anno ante Christum natum 637. exhibet initium anni vagi ad diem 30. mensis Januarii, transit post bissextum in epactam II. ut inchoet secundum mensem vagum pridie Calendas Martii, tertium III. Calendas Aprilis, quartum III. Calendas Maii, &c.



Digitized by Google

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.				JANUARIUS.				Anni post Christum natum.			
Biss. 1				Epactæ Solar.		Dies mensis.		Biss. 1			
521	522	523	524	XXX	25	Kal.	1	940	939	938	937
525	526	527	528	XXIX	24	IV	2	936	935	934	933
529	530	531	532	XXVIII	23	III	3	932	931	930	929
533	534	535	536	XXVII	22	Prid.	4	928	927	926	925
537	538	539	540	XXVI	21	Non.	5	924	923	922	921
541	542	543	544	XXV	20	VIII	6	920	919	918	917
545	546	547	548	XXIV	19	VII	7	916	915	914	913
549	550	551	552	XXIII	18	VI	8	912	911	910	909
553	554	555	556	XXII	17	V	9	908	907	906	905
557	558	559	560	XXI	16	IV	10	904	903	902	901
561	562	563	564	XX	15	III	11	900	899	898	897
565	566	567	568	XIX	14	Prid.	12	896	895	894	893
569	570	571	572	XVIII	13	Idib.	13	892	891	890	889
573	574	575	576	XVII	12	XIX	14	888	887	886	885
577	578	579	580	XVI	11	XVIII	15	884	883	882	881
581	582	583	584	XV	10	XVII	16	880	879	878	877
585	586	587	588	XIV	9	XVI	17	876	875	874	873
589	590	591	592	XIII	8	XV	18	872	871	870	869
593	594	595	596	XII	7	XIV	19	868	867	866	865
597	598	599	600	XI	6	XIII	20	864	863	862	861
601	602	603	604	X	5	XII	21	860	859	858	857
605	606	607	608	X	4	XI	22	856	855	854	853
609	610	611	612	VIII	3	X	23	852	851	850	849
613	614	615	616	VII	2	IX	24	848	847	846	845
617	618	619	620	VI	1	VIII	25	844	843	842	841
621	622	623	624	V	30	VII	26	840	839	838	837
625	626	627	628	IV	29	VI	27	836	835	834	833
629	630	631	632	III	28	V	28	832	831	830	829
633	634	635	636	II	27	IV	29	828	827	826	825
637	638	639	640	I	26	III	30	824	823	822	821
641	642	643	644	XXX	25	Prid.	31	820	819	818	817

Ca-

CALENDARIUM

ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.				FEBRUARIUS				Anni post Christum natum.			
Biss. 1				Epactę Solar.		Dies mensis.		Biss. 1			
645	646	647	648	XXIX	24	Kal.	1	816	815	814	813
649	650	651	652	XXVIII	23	IV	2	812	811	810	809
653	654	655	656	XXVII	22	III	3	08	807	806	805
657	658	659	660	XXVI	21	Prid.	4	804	803	802	801
661	662	663	664	XXV	20	Non.	5	800	799	798	797
665	666	667	668	XXIV	19	VIII	6	796	795	794	793
669	670	671	672	XXIII	18	VII	7	792	791	790	789
673	674	675	676	XXII	17	VI	8	788	787	786	785
677	678	679	680	XXI	16	V	9	784	783	782	781
681	682	683	684	XX	15	IV	10	780	779	778	777
685	686	687	688	XIX	14	III	11	776	775	774	773
689	690	691	692	XVIII	13	Prid.	12	772	771	770	769
693	694	695	696	XVII	12	Idib.	13	768	767	766	765
697	698	699	700	XVI	11	XVI	14	764	763	762	761
701	702	703	704	XV	10	XV	15	760	759	758	757
705	706	707	708	XIV	9	XIV	16	756	755	754	753
709	710	711	712	XIII	8	XIII	17	752	751	750	749
713	714	715	716	XII	7	XII	18	748	747	746	745
717	718	719	720	XI	6	XI	19	744	743	742	741
721	722	723	724	X	5	X	20	740	739	738	737
725	726	727	728	IX	4	IX	21	736	735	734	733
729	730	731	732	VIII	3	VIII	22	732	731	73•	729
733	734	735	736	VII	2	VII	23	728	727	726	725
737			Biss.	VII		VI. prior.	24	724			Biss.
738	739	740	741	VI	1	VI. post.	24	723	722	721	720
742	743	744	745	V	30	V	25	719	718	717	716
746	747	748	749	IV	29	IV	26	715	714	713	712
750	751	752	753	III	28	III	27	711	710	709	708
754	755	756	757	II	27	Prid.	28	707	706	705	704

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum,				MARTIUS.				Anni post Christum natum.			
			I Bis.	Epactę Solar.			Dies mensis.				I Bis.
758	759	760	761	I	26	Kal.	1	703	702	701	700
762	763	764	765	XXX	25	VI	2	699	698	697	696
766	767	768	769	XXIX	24	V	3	695	694	693	692
770	771	772	773	XXVIII	23	IV	4	691	690	689	688
774	775	776	777	XXVII	22	III	5	687	686	685	684
778	779	780	781	XXVI	21	Prid.	6	683	682	681	680
782	783	784	785	XXV	20	Non.	7	679	678	677	676
786	787	788	789	XXIV	19	VIII	8	675	674	673	672
790	791	792	793	XXIII	18	VII	9	671	670	669	668
794	795	796	797	XXII	17	VI	10	667	666	665	664
798	799	800	801	XXI	16	V	11	663	662	661	660
802	803	804	805	XX	15	IV	12	659	658	657	656
806	807	808	809	XIX	14	III	13	655	654	653	652
810	811	812	813	XVIII	13	Prid.	14	651	650	649	648
814	815	816	817	XVII	12	Idib.	15	647	646	645	644
818	819	820	821	XVI	11	XVII	16	643	642	641	640
822	823	824	825	XV	10	XVI	17	639	638	637	636
826	827	828	829	XIV	9	XV	18	635	634	633	632
830	831	832	833	XIII	8	XIV	19	631	630	629	628
834	835	836	837	XII	7	XIII	20	627	626	625	624
838	839	840	841	XI	6	XII	21	623	622	621	620
842	843	844	845	X	5	XI	22	619	618	617	616
846	847	848	849	IX	4	X	23	615	614	613	612
850	851	852	853	VIII	3	IX	24	611	610	609	608
854	855	856	857	VII	2	VIII	25	607	606	605	604
858	859	860	861	VI	1	VII	26	603	602	601	600
862	863	864	865	V	30	VI	27	599	598	597	596
866	867	868	869	IV	29	V	28	595	594	593	592
870	871	872	873	III	28	IV	29	591	590	589	588
874	875	876	877	II	27	III	30	587	586	585	584
878	879	880	881	I	26	Prid.	31	583	582	581	580

CA-

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.			I Biſs.	APRILIS. Epactę	Solar.	Dies menſis.		Anni poſt Christum natum.			I Biſs.
882	883	884	885	XXX	25	Kal.	1	579	578	577	576
886	887	888	889	XXIX	24	IV	2	575	574	573	572
890	891	892	893	XXVIII	23	III	3	571	570	569	568
894	895	896	897	XXVII	22	Prid.	4	567	566	565	564
898	899	900	901	XXVI	21	Non.	5	563	562	561	560
902	903	904	905	XXV	20	VIII	6	559	558	557	556
906	907	908	909	XXIV	19	VII	7	555	554	553	552
910	911	912	913	XXIII	18	VI	8	551	550	549	548
914	915	916	917	XXII	17	V	9	547	546	545	544
918	919	920	921	XXI	16	IV	10	543	542	541	540
922	923	924	925	XX	15	III	11	539	538	537	536
926	927	928	929	XIX	14	Prid.	12	535	534	533	532
930	931	932	933	XVIII	13	Idib.	13	531	530	529	528
934	935	936	937	XVII	12	XVIII	14	527	526	525	524
938	939	940	941	XVI	11	XVII	15	523	522	521	520
942	943	944	945	XV	10	XVI	16	519	518	517	516
946	947	948	949	XIV	9	XV	17	515	514	513	512
950	951	952	953	XIII	8	XIV	18	511	510	509	508
954	955	956	957	XII	7	XIII	19	507	506	505	504
958	959	960	961	XI	6	XII	20	503	502	501	500
962	963	964	965	X	5	XI	21	499	498	497	496
966	967	968	969	IX	4	X	22	495	494	493	492
970	971	972	973	VIII	3	IX	23	491	490	489	488
974	975	976	977	VII	2	VIII	24	487	486	485	484
978	979	980	981	VI	1	VII	25	483	482	481	480
982	983	984	985	V	30	VI	26	479	478	477	476
986	987	988	989	IV	29	V	27	475	474	473	472
990	991	992	993	III	28	IV	28	471	470	469	468
994	995	996	997	II	27	III	29	467	466	465	464
998	999	1000	1001	I	26	Prid.	30	463	462	461	460

CA-

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.				MAJUS.				Anni post Christum natum.			
			I Biss.	Epactæ Solar.		Dies mensis.					I Biss.
1002	1003	1004	1005	XXX	25	Kal.	1	459	458	457	456
1006	1007	1008	1009	XXIX	24	VI	2	455	454	453	452
1010	1011	1012	1013	XXVIII	23	V	3	451	450	449	448
1014	1015	1016	1017	XXVII	22	IV	4	447	446	445	444
1018	1019	1020	1021	XXVI	21	III	5	443	442	441	440
1022	1023	1024	1025	XXV	20	Prid.	6	439	438	437	436
1026	1027	1028	1029	XXIV	19	Non.	7	435	434	433	432
1030	1031	1032	1033	XXIII	18	VIII	8	431	430	429	428
1034	1035	1036	1037	XXII	17	VII	9	427	426	425	424
1038	1039	1040	1041	XXI	16	VI	10	423	422	421	420
1042	1043	1044	1045	XX	15	V	11	419	418	417	416
1046	1047	1048	1049	XIX	14	IV	12	415	414	413	412
1050	1051	1052	1053	XVIII	13	III	13	411	410	409	408
1054	1055	1056	1057	XVII	12	Prid.	14	407	406	405	404
1058	1059	1060	1061	XVI	11	Idib.	15	403	402	401	400
1062	1063	1064	1065	XV	10	XVII	16	399	398	397	396
1066	1067	1068	1069	XIV	9	XVI	17	395	394	393	392
1070	1071	1072	1073	XIII	8	XV	18	391	390	389	388
1074	1075	1076	1077	XII	7	XIV	19	387	386	385	384
1078	1079	1080	1081	XI	6	XIII	20	383	382	381	380
1082	1083	1084	1085	X	5	XII	21	379	378	377	376
1086	1087	1088	1089	IX	4	XI	22	375	374	373	372
1090	1091	1092	1093	VIII	3	X	23	371	370	369	368
1094	1095	1096	1097	VII	2	IX	24	367	366	365	364
1098	1099	1100	1101	VI	1	VIII	25	363	362	361	360
1102	1103	1104	1105	V	30	VII	26	359	358	357	356
1106	1107	1108	1109	IV	29	VI	27	355	354	353	352
1110	1111	1112	1113	III	28	V	28	351	350	349	348
1114	1115	1116	1117	II	27	IV	29	347	346	345	344
1118	1119	1120	1121	I	26	III	30	343	342	341	340
1122	1123	1124	1125	XXX	25	Prid.	31	339	338	337	336

CA-

CALENDARIUM

ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.			1 Biſſ.	JUNIUS. Epactę	Solar.	Dies	menſis.	Anni post Christum natum.			1 Biſſ.
1126	1127	1128	1129	XXIX	24	Kal.	1	335 I	334	333	332
1130	1131	1132	1133	XXVIII	23	IV	2	331	330	329	328
1134	1135	1136	1137	XXVII	22	III	3	327	326	325	324
1138	1139	1140	1141	XXVI	21	Prid.	4	323	322	321	320
1142	1143	1144	1145	XXV	20	Non.	5	319	318	317	316
1146	1147	1148	1149	XXIV	19	VIII	6	315	314	313	312
1150	1151	1152	1153	XXIII	18	VII	7	311	310	309	308
1154	1155	1156	1157	XXII	17	VI	8	307	306	305	304
1158	1159	1160	1161	XXI	16	V	9	303	302	301	300
1162	1163	1164	1165	XX	15	IV	10	299	298	297	296
1166	1167	1168	1169	XIX	14	III	11	295	294	293	292
1170	1171	1172	1173	XVIII	13	Prid.	12	291	290	289	288
1174	1175	1176	1177	XVII	12	Idib.	13	287	286	285	284
1178	1179	1180	1181	XVI	11	XVIII	14	283	282	281	280
1182	1183	1184	1185	XV	10	XVII	15	279	278	277	276
1186	1187	1188	1189	XIV	9	XVI	16	275	274	273	272
1190	1191	1192	1193	XIII	8	XV	17	271	270	269	268
1194	1195	1196	1197	XII	7	XIV	18	267	266	265	264
1198	1199	1200	1201	XI	6	XIII	19	263	262	261	260
1202	1203	1204	1205	X	5	XII	20	259	258	257	256
1206	1207	1208	1209	IX	4	XI	21	255	254	253	252
1210	1211	1212	1213	VIII	3	X	22	251	250	249	248
1214	1215	1216	1217	VII	2	IX	23	247	246	245	244
1218	1219	1220	1221	VI	1	VIII	24	243	242	241	240
1222	1223	1224	1225	V	30	VII	25	239	238	237	236
1226	1227	1228	1229	IV	29	VI	26	235	234	233	232
1230	1231	1232	1233	III	28	V	27	231	230	229	228
1234	1235	1236	1237	II	27	IV	28	227	226	225	224
1238	1239	1240	1241	I	26	III	29	223	222	221	220
1242	1243	1244	1245	XXX	25	Prid.	30	219	218	217	216

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.			1 Bifs.	JULIUS. Epactę Solar.		Dies mensis.		Anni post Christum natum.			1 Bifs.
1246	1247	1248	1249	XXIX	24	Kal.	1	215	214	213	212
1250	1251	1252	1253	XXVIII	23	VI	2	211	210	209	208
1254	1255	1256	1257	XXVII	22	V	3	207	206	205	204
1258	1259	1260	1261	XXVI	21	IV	4	203	202	201	200
1262	1263	1264	1265	XXV	20	III	5	199	198	197	196
1266	1267	1268	1269	XXIV	19	Prid.	6	195	194	193	192
1270	1271	1272	1273	XXIII	18	Non.	7	191	190	189	188
1274	1275	1276	1277	XXII	17	VIII	8	187	186	185	184
1278	1279	1280	1281	XXI	16	VII	9	183	182	181	180
1282	1283	1284	1285	XX	15	VI	10	179	178	177	176
1286	1287	1288	1289	XIX	14	V	11	175	174	173	172
1290	1291	1292	1293	XVIII	13	IV	12	171	170	169	168
1294	1295	1296	1297	XVII	12	III	13	167	166	165	164
1298	1299	1300	1301	XVI	11	Prid.	14	163	162	161	160
1302	1303	1304	1305	XV	10	Idib.	15	159	158	157	156
1306	1307	1308	1309	XIV	9	XVII	16	155	154	153	152
1310	1311	1312	1313	XIII	8	XVI	17	151	150	149	148
1314	1315	1316	1317	XII	7	XV	18	147	146	145	144
1318	1319	1320	1321	XI	6	XIV	19	143	142	141	140
1322	1323	1324	1325	X	5	XIII	20	139	138	137	136
1326	1327	1328	1329	IX	4	XII	21	135	134	133	132
1330	1331	1332	1333	VIII	3	XI	22	131	130	129	128
1334	1335	1336	1337	VII	2	X	23	127	126	125	124
1338	1339	1340	1341	VI	1	IX	24	123	122	121	120
1342	1343	1344	1345	V	30	VIII	25	119	118	117	116
1346	1347	1348	1349	IV	29	VII	26	115	114	113	112
1350	1351	1352	1353	III	28	VI	27	111	110	109	108
1354	1355	1356	1357	II	27	V	28	107	106	105	104
1358	1359	1360	1361	I	26	IV	29	103	102	101	100
1362	1363	1364	1365	XXX	25	III	30	99	98	97	96
1366	1367	1368	1369	XXIX	24	Prid.	31	95	94	93	92

CA-

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Chriftum natum.				AUGUSTUS.				Anni poft Chriftum natum.			
			I Bifs.	Epactę Solar.		Dies menfis.					I Bifs.
1370	1371	1372	1373	XXVIII	23	Kal.	1	91	90	89	88
1374	1375	1376	1377	XXVII	22	IV	2	87	86	85	84
1378	1379	1380	1381	XXVI	21	III	3	83	82	81	80
1382	1383	1384	1385	XXV	20	Prid.	4	79	78	77	76
1386	1387	1388	1389	XXIV	19	Non.	5	75	74	73	72
1390	1391	1392	1393	XXIII	18	VIII	6	71	70	69	68
1394	1395	1396	1397	XXII	17	VII	7	67	66	65	64
1398	1399	1400	1401	XXI	16	VI	8	63	62	61	60
1402	1403	1404	1405	XX	15	V	9	59	58	57	56
1406	1407	1408	1409	XIX	14	IV	10	55	54	53	52
1410	1411	1412	1413	XVIII	13	III	11	51	50	49	48
1414	1415	1416	1417	XVII	12	Prid.	12	47	46	45	44
1418	1419	1420	1421	XVI	11	Idib.	13	43	42	41	40
1422	1423	1424	1425	XV	10	XIX	14	39	38	37	36
1426	1427	1428	1429	XIV	9	XVIII	15	35	34	33	32
1430	1431	1432	1433	XIII	8	XVII	16	31	30	29	28
1434	1435	1436	1437	XII	7	XVI	17	27	26	25	24
1438	1439	1440	1441	XI	6	XV	18	23	22	21	20
1442	1443	1444	1445	X	5	XIV	19	19	18	17	16
1446	1447	1448	1449	IX	4	XIII	20	15	14	13	12
1450	1451	1452	1453	VIII	3	XII	21	11	10	9	8
1454	1455	1456	1457	VII	2	XI	22	7	6	5	4
1458	1459	1460	1	VI	1	X	23	3	2	1	1460
2	3	4	5	V	30	IX	24	1459	1458	1457	1456
6	7	8	9	IV	29	VIII	25	1455	1454	1453	1452
10	11	12	13	III	28	VII	26	1451	1450	1449	1448
14	15	16	17	II	27	VI	27	1447	1446	1445	1444
18	19	20	21	I	26	V	28	1443	1442	1441	1440
22	23	24	25	XXX	25	IV	29	1439	1438	1437	1436
26	27	28	29	XXIX	24	III	30	1435	1434	1433	1432
30	31	32	33	XXVIII	23	Prid.	31	1431	1430	1429	1428

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.			I Bifs.	SEPTEMBER. Epactę Solar.		Dies mensis.		Anni post Christum natum.			I Bifs.
34	35	36	37	XXVII	22	Kal.	1	1427	1426	1425	1424
38	39	40	41	XXVI	21	IV	2	1423	1422	1421	1420
42	43	44	45	XXV	20	III	3	1419	1418	1417	1416
46	47	48	49	XXIV	19	Prid.	4	1415	1414	1413	1412
50	51	52	53	XXIII	18	Non.	5	1411	1410	1409	1408
54	55	56	57	XXII	17	VIII	6	1407	1406	1405	1404
58	59	60	61	XXI	16	VII	7	1403	1402	1401	1400
62	63	64	65	XX	15	VI	8	1399	1398	1397	1396
66	67	68	69	XIX	14	V	9	1395	1394	1393	1392
70	71	72	73	XVIII	13	IV	10	1391	1390	1389	1388
74	75	76	77	XVII	12	III	11	1387	1386	1385	1384
78	79	80	81	XVI	11	Prid.	12	1383	1382	1381	1380
82	83	84	85	XV	10	Idib.	13	1379	1378	1377	1376
86	87	88	89	XIV	9	XVIII	14	1375	1374	1373	1372
90	91	92	93	XIII	8	XVII	15	1371	1370	1369	1368
94	95	96	97	XII	7	XVI	16	1367	1366	1365	1364
98	99	100	101	XI	6	XV	17	1363	1362	1361	1360
102	103	104	105	X	5	XIV	18	1359	1358	1357	1356
106	107	108	109	X	4	XIII	19	1355	1354	1353	1352
110	111	112	113	VIII	3	XII	20	1351	1350	1349	1348
114	115	116	117	VII	2	XI	21	1347	1346	1345	1344
118	119	120	121	VI	1	X	22	1343	1342	1341	1340
122	123	124	125	V	30	IX	23	1339	1338	1337	1336
126	127	128	129	IV	29	VIII	24	1335	1334	1333	1332
130	131	132	133	III	28	VII	25	1331	1330	1329	1328
134	135	136	137	II	27	VI	26	1327	1326	1325	1324
138	139	140	141	I	26	V	27	1323	1322	1321	1320
142	143	144	145	XXX	25	IV	28	1319	1318	1317	1316
146	147	148	149	XXIX	24	III	29	1315	1314	1313	1312
150	151	152	153	XXVIII	23	Prid.	30	1311	1310	1309	1303

CA-

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.			I Bifs.	Epactæ Solar.		Dies menfis.		Anni post Christum natum.			I Bifs.
						OCTOBER.					
154	155	156	157	XXVII	22	Kal.	1	1307	1306	1305	1304
158	159	160	161	XXVI	21	VI	2	1303	1302	1301	1300
162	163	164	165	XXV	20	V	3	1299	1298	1297	1296
166	167	168	169	XXIV	19	IV	4	1295	1294	1293	1292
170	171	172	173	XXIII	18	III	5	1291	1290	1289	1288
174	175	176	177	XXII	17	Prid.	6	1287	1286	1285	1284
178	179	180	181	XXI	16	Non.	7	1283	1282	1281	1280
182	183	184	185	XX	15	VIII	8	1279	1278	1277	1276
186	187	188	189	XIX	14	VII	9	1275	1274	1273	1272
190	191	192	193	XVIII	13	VI	10	1271	1270	1269	1268
194	195	196	197	XVII	12	V	11	1267	1266	1265	1264
198	199	200	201	XVI	11	IV	12	1263	1262	1261	1260
202	203	204	205	XV	10	III	13	1259	1258	1257	1256
206	207	208	209	XIV	9	Prid.	14	1255	1254	1253	1252
210	211	212	213	XIII	8	Idib.	15	1251	1250	1249	1248
214	215	216	217	XII	7	XVII	16	1247	1246	1245	1244
218	219	220	221	XI	6	XVI	17	1243	1242	1241	1240
222	223	224	225	X	5	XV	18	1239	1238	1237	1236
226	227	228	229	IX	4	XIV	19	1235	1234	1233	1232
230	231	232	233	VIII	3	XIII	20	1231	1230	1229	1228
234	235	236	237	VII	2	XII	21	1227	1226	1225	1224
238	239	240	241	VI	1	XI	22	1223	1222	1221	1220
242	243	244	245	V	30	X	23	1219	1218	1217	1216
246	247	248	249	IV	29	IX	24	1215	1214	1213	1212
250	251	252	253	III	28	VIII	25	1211	1210	1209	1208
254	255	256	257	II	27	VII	26	1207	1206	1205	1204
258	259	260	261	I	26	VI	27	1203	1202	1201	1200
262	263	264	265	XXX	25	V	28	1199	1198	1197	1196
266	267	268	269	XXIX	24	IV	29	1195	1194	1193	1192
270	271	272	273	XXVIII	23	III	30	1191	1190	1189	1188
274	275	276	277	XXVII	22	Prid.	31	1187	1186	1185	1184

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Christum natum.			Bis.	NOVEMBER. Epactæ Solar.		Dies menfis.		Anni post Christum natum.			Bis.
278	279	280	281	XXVI	21	Kal.	1	1183	1182	1181	1180
282	283	284	285	XXV	20	IV	2	1179	1178	1177	1176
286	287	288	289	XXIV	19	III	3	1175	1174	1173	1172
290	291	292	293	XXIII	18	Prid.	4	1171	1170	1169	1168
294	295	296	297	XXII	17	Non.	5	1167	1166	1165	1164
298	299	300	301	XXI	16	VIII	6	1163	1162	1161	1160
302	303	304	305	XX	15	VII	7	1159	1158	1157	1156
306	307	308	309	XIX	14	VI	8	1155	1154	1153	1152
310	311	312	313	XVIII	13	V	9	1151	1150	1149	1148
314	315	316	317	XVII	12	IV	10	1147	1146	1145	1144
318	319	320	321	XVI	11	III	11	1143	1142	1041	1140
322	323	324	325	XV	10	Prid.	12	1139	1138	1137	1136
326	327	328	329	XIV	9	Idib.	13	1135	1134	1133	1132
330	331	332	333	XIII	8	XVIII	14	1131	1130	1129	1128
334	335	336	337	XII	7	XVII	15	1127	1126	1125	1124
338	339	340	341	XI	6	XVI	16	1123	1122	1121	1120
342	343	344	345	X	5	XV	17	1119	1118	1117	1116
346	347	348	349	IX	4	XIV	18	1115	1114	1113	1112
350	351	352	353	VIII	3	XIII	19	1111	1110	1109	1108
354	355	356	357	VII	2	XII	20	1107	1106	1105	1104
358	359	360	361	VI	1	XI	21	1103	1102	1101	1100
362	363	364	365	V	30	X	22	1099	1098	1097	1096
366	367	368	369	IV	29	IX	23	1095	1094	1093	1092
370	371	372	373	III	28	VIII	24	1091	1090	1089	1088
374	375	376	377	II	27	VII	25	1087	1086	1085	1084
378	379	380	381	I	26	VI	26	1083	1082	1081	1080
382	383	384	385	XXX	25	V	27	1079	1078	1077	1076
386	387	388	389	XXIX	24	IV	28	1075	1074	1073	1072
390	391	392	393	XXVIII	23	III	29	1071	1070	1069	1068
394	395	396	397	XXVII	22	Prid.	30	1067	1066	1065	1064

CALENDARIUM
ÆGYPTIO-ROMANUM.

Anni ante Chriſtum natum.				DECEMBER.				Anni poſt Chriſtum natum.			
			1 Biſſ.	Epactæ Solar.		Dies menſis.					1 Biſſ.
398	399	400	401	XXVI	21	Kal.	1	1063	1062	1061	1060
402	403	404	405	XXV	20	IV	2	1059	1058	1057	1056
406	407	408	409	XXIV	19	III	3	1055	1054	1053	1052
410	411	412	413	XXIII	18	Prid.	4	1051	1050	1049	1048
414	415	416	417	XXII	17	Non.	5	1047	1046	1045	1044
418	419	420	421	XI	16	VIII	6	1043	1042	1041	1040
422	423	424	425	XX	15	VII	7	1039	1038	1037	1036
426	427	428	429	XIX	14	VI	8	1035	1034	1033	1032
430	431	432	433	XVIII	13	V	9	1031	1030	1029	1028
434	435	436	437	XVII	12	IV	10	1027	1026	1025	1024
438	439	440	441	XVI	11	III	11	1023	1022	1021	1020
442	443	444	44	XV	10	Prid.	12	1019	1018	1017	1016
446	447	448	449	XIV	9	Idib.	13	1015	1014	1013	1012
450	451	452	453	XIII	8	XIX	1	1011	1010	1009	1008
454	455	456	457	XII	7	XVIII	1	1007	1006	1005	1004
458	459	460	461	XI	6	XVII	16	1003	1002	1001	1000
462	463	464	465	X	5	XVI	17	999	998	997	996
466	467	468	469	IX	4	XV	18	995	994	993	992
470	471	472	473	VIII	3	XIV	19	991	990	989	988
474	475	476	477	VII	2	XIII	20	987	986	985	984
478	479	480	481	VI	1	XII	21	983	982	981	980
482	483	484	485	V	30	XI	22	979	978	977	976
486	487	488	489	IV	29	X	23	975	974	973	972
490	491	492	493	III	28	IX	24	971	970	969	968
494	495	496	497	II	27	VIII	25	967	966	965	964
498	499	500	501	I	26	VII	26	963	962	961	960
502	503	504	505	XXX	25	VI	27	959	958	957	956
506	507	508	509	XXIX	24	V	28	955	954	953	952
510	511	512	513	XXVIII	23	IV	29	951	950	949	948
514	515	516	517	XXVII	22	III	30	947	946	945	944
518	519	520	521	XXVI	21	Prid.	31	943	942	941	940

Moses primam hominum originem, quam summatim attigerat in primo capite ejusdem libri. Sed & capite tertio, v. 20. nos docet, quòd *vocavit Adam nomen uxoris suæ, Heva: eò quòd mater esset cunctorum viventium*. Nulli igitur ante Adamum homines fuerunt ex sacris paginis: nulli admitti possunt, qui originem non trahant ab uno illo omnium capite & parente. Ipsa quoque mater cunctorum viventium Heva inde orta est, quippe quæ formata est ex costâ, quam Deus *tulerat de Adam*. Gen. II. 22.

45. Tenet fides Catholica Adamum numquam moriturum fuisse, si in innocentia perseverasset: *quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Invidia autem Diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Sap. II. 23. Id rursùm infringit hæreticam pravitatem systematis Præadamitarum. Quia, ut ait Apostolus scribens ad Romanos cap. V. v. 12. *per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt*: videlicet in Adam; namque *in Adam omnes moriuntur*. 1 Cor. 15. 22. Hoc fidei nostræ dogma, quo constat omnes ad interitum nasci propter prævaricationem Adæ, & peccatum originis in omnes universim homines ab uno illo capite derivari, elevat & excludit diverticulum Peyrerii de imputatione peccati Adamici, propter quam solam volebat omnes in Adamo peccavisse. Nisi enim peccatum originis quod unusquisque nascendo contrahit, carnali generatione transfunderetur in singulos, inficeretque animam singulorum, non essemus (uti vocamur ab Apostolo Ephes. II. 3.) *natura filii iræ*, sed solâ imputatione peccati Adami. Nec hominem *de immundo conceptum semine* dicere debuisset Sanctus Jobus cap. XIV. v. 4. Nec ipse David Psal. L. v. 7. verè dixisset: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*. Copiosum planè & locupletem hîc haberemus locum dicendi, si Peyrerium urgeremus doctrinis Sanctorum Patrum, & Conciliorum sanctionibus. At ejusmodi argumenta non curabat ille Calvini sequax. Unde biennio post editum execrandum systema, ejuratis Romæ suis hæresibus, confessus est in deprecatione ad Alexandrum VII. Pont. Max. factâ anno Christi 1657. se, dum in stulta de Præadamitis meditatione versaretur, optimè novisse hypothesim *de primis hominibus ante Adamum conditis, diversam penitus abiisse ab opinione SS. Patrum, nec non aberravisse toto orthodoxorum conciliorum canone: totamque doctrinæ Christianæ fabricam de homine lapso & redempto; fundatam fuisse à patribus & conciliis super hypothesi de Adamo primo omnium hominum formato; à quo deinceps totum humanum genus per universas terrarum plagas effusum & propagatum esset*. Ut revelatam in sacris paginis veritatem quam planè & apertè loquuntur Sancti Patres, pronunciant orthodoxorum conciliorum canones, insidiosius tegeret is novator specie retinendi sacras paginas, detorserat eas in pravum sensum, perendo interpretationem ex interiori emotione privati spiritûs. Eodem perfugio utuntur & illi, quibus Præadamitarum næniarum novitas, ejuratione Peyrerii non obstante, gratissima etiamnum accidit. Hinc illud Apostoli; *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset*. Rom. V. 13. missis expositionibus sanctorum Patrum, impiè flexum est ad fabulam Præadamicam: perinde ac si lex eo loci memorata sit lex data Adamo, quâ non extante, peccatum esset in mundo, sed non imputaretur. Quo quid potest dici perversius? Solet Apostolus legem absolutè nominare eam quam Deus dedit Judæis per Mosem. Sic in prima ad Corinthios, cap. IX. v. 20. *Et factus sum*, inquit, *Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrarer: iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cùm ipse non essem sub lege) ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem*. Cùm ergo dixit peccatum fuisse in mundo usque ad legem, non signavit fictitia Præadamitarum tempora ante legem datam Adamo, sed ea quæ præcesserunt

Digitized by Google

cefferunt legem Mosaicam. Peccatum enim usque ad illam erat in mundo; & quamvis imputaretur ad reatum & ad pœnam, non tamen imputabatur ad transgressionem. *Ubi enim non est lex, nec prævaricatio*: inquit Apostolus ad Romanos cap. IV. v. 15. Unde S. P. Augustinus epistolâ ad Hilarium quæ secundum novam editionem est 157. & olim erat 89. observat, quod peccatum *non deputabatur, quia lex non erat, qua arguente demonstraretur; sive lex rationis in parvulo, sive lex literæ in populo.*

46. Pergamus ad cætera quæ refigunt Systema Præadamicum, nósque docent diluvium Noeticum fuisse universale. Primò causa immittendi diluvii fuit universalis; *Omnis quippe caro corruperat viam suam super terram.* Gen. VI. 12. Secundò prædictio venturæ per diluvium vastationis ad universitatem spectabat rerum quæ sunt sub cœlo, dicente Deo ad Noe: *Finis universæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra ... Ecce ego adducam aquas diluvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cœlum: universa quæ in terra sunt, consumentur.* Ibid. v. 13. 17. Tertiò firmat universalitatem hanc exceptio Noemi ingressuri cum suis in arcam, & cum omnium animantium generibus: *ut salvetur semen super faciem universæ terræ.* Ibid. cap. VII. v. 3. Quartò generatim atque universè facta est aquarum eruptio; quia *rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt.* Ibid. v. 11. Quintò aquæ obtinuerunt universum: *Vehementer enim inundaverunt; & omnia repleverunt in superficie terræ: porro arca ferebatur super aquas. Et aquæ prævaluerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub universo cælo.* Ibid. v. 18. 19. Sextò eluvio hæc vastitati addixit omnia præter Noemum & quæ erant in arca: *Consumptaque est omnis caro quæ movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quæ repetant super terram: universi homines, & cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. Et delevit omnem substantiam, quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli; & deleta sunt de terra.* Ibid. v. 21. 22. 23. Septimò etiamtum *aquæ erant super universam terram*, cùm Noe primùm emisit columbam ex arca. Ibid. cap. VIII. v. 9. Octavo promissum factum Noemo de eluvione ulterius non immittendâ minimè fuit de particulari aliquo diluvio, verùm de universali quod omnia viventia extingueret; quia Deus dixit illi; *Non igitur ultra percutiam omnem animam viventem sicut feci.* Ibid. v. 21. Nonò fœdus iride firmatum quod Deus dignatus est icere cum Noemo, fuit de non inducendis amplius aquis diluvii universalis, similis Noetico: quia vi hujus pacti *nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii, neque erit deinceps diluvium dissipans terram .... Et non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum universam carnem.* Ibid. cap. IX. v. 11. 15. Decimò Sem, Cham & Japheth egressi sunt ex arca unà cum patre suo Noe: *& ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram.* Ibid. v. 19. Id quod firmat & universalitatem diluvii Noetici, & originem quam omnes gentes trahunt ab Adamo, à quo Noe decimus est. Undecimò posteri filiorum Noe vastatas à diluvio terras universas frequentaturi superbissimam attentarunt ædificationem turris, causâ celebrandi suum nomen: *antequam*, inquiebant, *dividamur in universas terras.* Ibid. cap. XI. 4. Duodecimò, confusâ ibi eorum linguâ, ut ab incœpto desisterent, *divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, & cessaverunt ædificare civitatem. Et idcirco vocatum est nomen ejus Babel, quia ibi confusum est labium universæ terræ: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.* Ibid. v. 8. 9.

47. Quàm aptè quadret in annum ante æram Christianam bis millesimum ducentesimum

centesimum nonagesimum primum universalitas ista diluvii, potest quivis intelligere ex eo quod Hebraicis temporum enumerationibus quæ postulant hunc annum, accedant antiquitates & Græcorum in Europa, & Ægyptiorum in Africa, & Chaldæorum in Asia, & Sinarum in finibus Orientis, prout jam vidimus. Licet enim istæ nationes de suis tantum regionibus sint locutæ, vel quia gentes alias ignorabant, ut Sinæ qui totum orbem terrarum circumscribebant regionis suæ finibus: vel quia ducebant rationem originis suæ solius, cui diluvium præmittebant; conspirantes tamen ad unum idémque tempus diluvii, universalitati ejus testimonium tribuunt. Dum enim eo tempore quo Hebraica veritas asseverat de diluvio universali, certum ponunt diluvium in Europâ quidem Græcanicæ antiquitates, in Africa Ægyptiacæ, in Asia Chaldaicæ, in extremis partibus Orientis Sinicæ: quis non videat & Græcorum & Ægyptiorum & Chaldæorum & Sinarum antiquitates in unum eundemque annum diluvii convenire ob universalitatem illius, quod ceu particulare nobis perhibent. Imo Græci expressam hujus universalitatis mentionem fecerunt aliquando. Vidimus eorum Deucalionem esse nostrum Noemum, Si aliqui loquantur de diluvio Deucalionis velut de diluvio particulari, quod contigerit in Thessalia; non desunt, qui admittant illius universalitatem. Nihil descriptius desiderari potest ab auctore gentili, narratione illâ Græcorum, quam habet Lucianus in Deâ Syria: *Apud Græcos*, inquit, *quod illi de Deucalione dicunt, audivi: sicque se habet fabula. Hanc hominum generationem quæ nunc est, ab initio nequaquam fuisse, sed eam quæ tum fuit totam interiisse. Hos autem homines qui nunc sunt, secundi generis esse, quod rursus à Deucalione in multitudinem excrevit. De illis autem hominibus hæc tradunt: eos enim essent admodum contumeliosi; nefaria perpetrasse juramentum non observando; hospites non recipiendo, supplices non ferendo. Quam ob causam in magnam calamitatem incidissent: quum terra protinus aquam multam effudit, imbres magni ingruerunt, fluvii majores decurrerunt; atque in tantum intumuit mare, ut omnia essent aqua, & omnes perierint. Deucalion autem solus hominum relictus est in secundam generationem, prudentiæ & pietatis gratia. Servatus autem fuit hoc pacto. Magnam quandam arcam, quam ipse habebat, liberis & uxore in eam impositis, conscendit. Ingredientem secuti sunt apri, equi, leones, serpentes, & alia quæcumque in terra pascuntur, bina cuncta. Quæ omnia excepit: nec ipsum lædebant: sed magna inter eos divinitùs erat concordia: unaque in arca omnes navigarunt, quandiu aqua superavit. Atque hæc quidem de Deucalione Græci tradunt.* Auctor Dialogi qui Philopatris inscribitur, & tribuitur Luciano, etiam admittit universalitatem Diluvii Deucalionis. Inducit enim Triephontem sic locutum cum Critia occasione palloris, quem illi affingit: *Nondum talia tibi accidere conveniebat, etiamsi ipsum audivisses mundum aquis obrutum iri, quemadmodum Deucalionis tempore factum est.* Possem & alios dare testes in hoc idem argumentum; quia *factum esse diluvium ad perdendam, tollendamque ex orbe terræ malitiam, constat inter omnes. Idem enim & Philosophi, Poetæ, scriptoresque rerum antiquarum loquuntur; in eoque maximè eum Prophetarum sermone consentiunt:* ut nos docet Lactantius lib. 2. Institutionum divinarum, cap. 10. idque occasione Deucalionis, quem *iidem ipsi ob justitiam solum esse dicunt servatum*. At testium sat est, ut Peyrerianam insulsitatem & ex sacris paginis & ex profanis despicatui ducamus. Unum in fabula de Deucalione est maximè joculatorium, quod prodiisse puto ex ambiguo verborum, quo aliquis Diluvii narrator luserit. Ferunt homines post diluvium procreatos ex lapidibus, quos Deucalion jactavit & Pyrrha. Lapides Hebraica voce dicuntur אבנים *Avanim*, filii verò הבנים *Havanim*, præmisso articulo demonstrativo *Ha*. Quòd ergo *Havanim* Noachi,

seu

Digitized by Google

ſeu filii ejus, ortum dederint cunctis poſt diluvium gentibus; finxerunt antiqui Deucalionem unà cum uxore ſuâ jeciſſe *Avanim* ſeu lapides, ex quibus originem duxerint homines poſtdiluviani. Nomen etiam Deucalionis eſt originis Hebraicæ, uni Noacho qui reparationi totius orbis ſufficiens fuit, congruentiſſimum. Nam Hebraicæ voces דיכל *Dai-cal* vel *De-cal*, unde *Deucalion*, ſignificant *ſufficientem omnibus*, *ſufficientem orbi*: & de Deucalione canit inter alios Manilius Poeta, lib. 4.

> *Humani generis quum ſolus conſtitit hæres*
> *Deucalion, ſcopuloque orbem poſſedit in uno.*

§. VI.

De Diluvio facto ſub Cecrope, deque nexu chronologiæ ſacræ cum Græca poſtdiluviana.

48. IN antiquitatibus Rhodiorum quas Diodorus excuſſit lib. 5. Biblioth. factum ſub Cecrope diluvium memoratur. Τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ γενομένου *diluvio autem facto*, Solem quem ignoratio ſervati Noe in arca unà cum liberis effutiit reparati poſt diluvium humani generis auctorem, fabulati ſunt procreaſſe liberos ſeptem ex Rhodo inſulâ, poſtmodùm verò natos eſſe Rhodios. Difficile non eſt reſtituere veritati hanc fabulam Rhodiorum: quia ſacræ paginæ nos docent Japhethum filium Noe genuiſſe poſt diluvium ſeptem filios, tum *Dodanim* ſeu *Rhodanim*, hoc eſt Rhodios ortos eſſe, Geneſ. X. 4. Nam *Dodanim*, *Rhodii*: *ita enim ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt*, inquit Sanctus Hieronymus lib. Traditionum Hebraicarum in Geneſim. Id etiamnum elucet in editione ſeptuaginta Interpretum tam Græco-latina Sixti V. quàm Copto-Arabicâ manuſcriptâ Bibliothecæ Vaticanæ. Itaque Solem Japhethi loco poſuerant Rhodii in ſuis antiquitatibus: & diluvium Cecropis, quo facto, Solem ajebant genuiſſe filios ſeptem, eſt diluvium orbis, quo facto, Japhethus ſeptem filios genuit. Accedit quòd Hebraica vox כרכב *Carcob*, terminatione Græcâ *Carcops*, ſignificat *ambitum*, *circuitum*, adeóque *orbem*, non minus quàm חג *Hog*, unde *Ogygi*, *Ogeni*, *Oceanique* nomina derivari jam notavimus. Porrò vox *Carcops*, Jonicâ dialecto *Kercops*, fit per metatheſim Κέκροψ ſive *Cecrops*: ita quidem ut diluvium Cecropis, æquè ac diluvium Ogygi, fuerit diluvium orbis. Strabo lib. 9. Geograph. pag. 407. agens de Athenis Bœoticis quas *diluvio abolitas* comminiſcuntur, ait quòd *ætate Cecropis*, *cùm is Bæotiæ præeſſet*, *tunc Ogygiæ dictæ*. Joannes Marshamus notat hunc Strabonis locum ad ſæculum octavum Canonis Chronici, eique *Cecrops* hic videtur *potiùs Ogyges*. Quid ſi rationem utriuſque nominis exploratam habuiſſet? Ergò diluvium ſive Cecropium ſive Ogygium eſt unum illud diluvium orbis, quod ætate Noemi contigit. Nec ſine cauſa poſtdiluvianæ urbes, ſpectato tempore diluvii univerſalis, dictæ ſunt Ogygiæ à voce quæ ambitum orbis ſonat. Tunc enim æquabantur orbi, quia omni ſolo æquatæ.

49. Vetus

Digitized by Google

49. Vetus scriptor *Hegesianax* apud Hyginum, de Aquario agentem in Poetico Astronomico, hunc *Deucaliona dicit esse: quod eò regnante, tanta vis aquæ se de cœlo profuderit, ut cataclysmus factus esse diceretur. Eubulus autem Cecropem demonstrat esse, antiquitatem generis commemorans, & ostendens antequam vinum traditum sit hominibus, aqua in sacrificiis Deorum usos esse, & ante Cecropem regnasse, quàm vinum sit inventum.* Consonat Hegesianaci Nigidius apud auctorem commentariorum in Aratea Germanici Phœnomena, apud quem *Hydrochoon sive Aquarium existimat esse Deucalionem.* Majorum memoriam honore cœlitum consecrantes Gentiles habebant eos in siderum numero. Speciosam transformati in Aquarium, non tam Deucalionis quam Cecropis causam invenerunt in diluvio, quod alii sub Deucalione exhibebant, alii sub Cecrope, alii sub utroque. Nam *adhuc eodem Cecrope manente, Diluvium fuit, quod appellatum est Deucalionis:* ut unà cum S. Hieronymo & Eusebio docet S. P. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei, cap. 10. Id rursum ostendit diluvium Cecropium fuisse Noeticum; cùm Noeticum fuerit Deucalioneum. Quod si Eubulus Cecropem in Aquarium transformans ostendit eum ante regnasse quàm vinum sit inventum, nemo non videt eum respicere ad eam mundi ætatem ad quam pertinet diluvium: quia Noe, non nisi post diluvium *plantavit vineam, bibensque vinum inebriatus est.* Gen. IX. 20. Adde quod, Sole Aquarium ingresso, Athenienses habent mensem lunarem, Anthesteriorem nuncupatum, ἐν ᾧ κατὰ τύχην ὑπομνήματα πολλῶν τῶν διὰ τὴν ἐπομβρίαν ὀλέθρων, καὶ τῆς φθορᾶς ἐκείνης δρῶσιν, ὡς τότε καὶ περὶ τὸν χρόνον ἐκεῖνον, μάλιστα τοῦ κατακλυσμοῦ συμπεσόντος. *in quo fortuitò memoriam agunt multorum qui per imbrium copiam interierunt & corrupti sunt: quasi circa tempus illud maximè contigerit diluvium.* Rem nos docet Plutarchus in Sylla, pag. 461. Festum hoc Græcè vocabatur ὑδροφορία, latinè diceretur *aquæ-portatio.* De illo agit Suidas ex Apollonio, & testatur *esse lugubre festum Athenis, ob eos qui diluvio perierant.* Aliud ejusdem festi nomen erat Χύτροι, hoc est, *ollæ.* Caussam nominis aperit Theopompus laudatus à Scholiaste Acharnensium Aristophanis, apud quem τοὺς διασωθέντας ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ ἑψῆσαί φησι χύτρας πανσπερμίας *liberatos à diluvio coxisse ait in ollis omne genus seminum*, indéque festo nomen ab olla tributum esse: hoc autem fecisse, ut Mercurium mortuis propitium redderent. Ollarem Atheniensium festivitatem incidere in diem decimam tertiam Anthesterionis tradit Harpocration ex Philochoro. Februarium majori sui parte occupabat Anthesterion non minus quàm Aquarius. Sic anno Nabonassari 465. inito die 2. mensis Novembris Juliani proleptici anni ante æram Christianam 284. Anthesterion Atticus cujus octava dies incidebat in vigesimam nonam Athyr Ægyptiaci, teste Ptolemæo lib. 7. cap. 3. iniit die 22. sequentis Januarii, quâ commissum est Novilunium, atque ita Februarium majori sui parte occupavit. Portò Februarius erat ille mensis quo Latini celebrabant sua Lupercalia in memoriam Diluvii. Et quidem quòd Lupercalia agerentur mense Februario, patet ex antiquis Romanorum Calendariis & Varrone lib. 5. de lingua Latina. Quòd verò essent in memoriam diluvii, nos docet S. P. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei, cap. 12. *Facta sunt*, inquit, *instituta diis falsis à regibus Græciæ, quæ memoriam diluvii, & ab eo liberationis hominum, vitæque tunc ærumnosæ, modo ad alta, modo ad plana migrantium, solemni celebritate revocarunt. Nam & Lupercorum per sacram viam ascensum, atque descensum sic interpretantur, ut ab eis significari dicant homines, qui propter aquæ inundationem, summa montium petiverunt, & rursus eadem residente, ad ima redierunt.*

50. Ut Latini à Græcis, ita Græci ab Ægyptiis suos Deos, suosque ritus acceperunt, ut testantur Herodotus lib. 2. cap. 49. & Diodorus lib. 1. pagina 14.

Porrò

Digitized by Google

Porrò Ægyptii, ut auctor est Geminus in Isagoge astronomicâ, *studebant non iisdem temporibus Deorum sacra repræsentare; sed ea omnes anni tempestates peragere volebant; ut idem festum æstivum sit, & hybernum, & autumnale, ac denique vernum. Ob eam causam Quadrantem non inserunt, ut Solemnia retrocedant.* Hæc ratio anni vagi quam in Calendario Ægyptio Romano repræsentavimus, effecit, ut dies decima-septima mensis Athyr quâ diluvium contigisse ajebant Ægyptii, inciderit aliquando in decimam tertiam mensis Anthesterionis ad quam diluvium retulerunt Græci. Concursus decimæ-septimæ Athyr Ægyptiorum cum decima-tertiâ Anthesterionis Græcorum factus est anno ante æram Christianam millesimo septingentesimo nonagesimo quarto, quo Athyr cœpit die 14. Januarii Juliani proleptici; Anthesterion verò die 18. hâc enim commissum est ejus novilunium ex tabulis Astronomicis, & ex periodi tam Norisianæ quam Romanæ methodo. Ideò autem Athyr cœpit die 14. dicti Januarii, quia annus Ægyptiorum cui congruit ille concursus, iniit die 15. mensis Novembris Juliani proleptici anni ante æram Christianam millesimi septingentesimi nonagesimi quinti: ut patet ex nostro Calendario Ægyptio-Romano, addendo annos 1460. anno ante Christum natum 335. posito è regione diei 15. Novembris. Id maximè notandum est, ut primam diluvii in Attica celebrati antiquitatem discutiamus. Ab anno enim ante æram Christianam millelimo septingentesimo nonagesimo quinto usque ad annum ante eandem æram septingentesimum septuagesimum sextum quo prima Olympias vulgaris acta est, reperiuntur, inclusis terminis, anni mille & viginti. Atqui *ab Ogyge indigena, cujus temporibus primum & maximum diluvium in Attica fuit*, sive à primâ diluvii Ogygii, hoc est, diluvii *ambitus orbis* seu diluvii universalis in Atticâ celebrati antiquitate & memoriâ, *usque ad primam Olympiadem anni fuere mille atque viginti*: ut ex omnibus qui Atheniensium annales conscripserunt, nominatim ex Hellanico, Philochoro, Castore, Thallo & Diodoro tradit Julius Africanus apud Eusebium lib. X. de Præp. Evang. cap. 3. Quòd enim hæc Ogygii diluvii epocha sit potius celebritatis ejus in Attica factæ, quàm vastitatis, ex eo patet quòd illo tempore quo diluvium Noeticum contigit, agnoscatur & diluvium Ogygium accidisse; ut ex Varrone jam demonstravimus. Et sanè cùm juxta epocham Varronianâ posteriorem dies decima-tertia mensis Anthesterionis quæ quotannis memoriam Græcorum ad præteriti diluvii recordationem excitabat, accuratissimè inciderit in diem decimam-septimam mensis Athyr quâ cœperat diluvium: quis non videat hanc diluvii antiquitatem non esse temporis quo contigit orbis inundatio, sed quo inundationis hujus memoria ab Ægyptiis ad Græcos transiit. Ut enim dies decima-septima mensis Athyr demonstret verum tempus diluvii, copulanda est cum decima-quinta mensis Desii & cum plenilunio. Id quod fieri non potest, nisi in anno ante æram Christianam 2291. ex jam dictis in hac secunda Dissertatione, §. 3.

51. Ægyptii quibus *Typhon* significabat diluvium, ut ibidem demonstravimus, abusi sunt hoc nomine, sic appellantes etiam Semum qui unà cum patre suo & fratribus diluvium evaserat. Similis fuit abusus nominum Ogygis & Cecropis. Contractum nomen Semi est *Smy*, quo donatus est Typhon, non minus quàm nomine *Seth* maximè celebrando in diluvio, quia de solo genere Sethi erant qui in illo non perierunt. Τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσι *Typhona Seth semper Ægyptii vocant*. ait Plutarchus in libro de Iside & Osiride, ubi etiam scribit, quòd ὁ Τυφὼν (ὥσπερ εἴρηται) Σὴθ ... καὶ Σμὺ ὀνομάζεται, *Typhon (ut dictum est) Seth & Smy appellatur*. Addit idem scriptor Ægyptios tradere *Typhona* γεννῆσαι παῖδας Ἱεροσόλυμον καὶ Ἰουδαῖον *genuisse filios Jerosolymum & Judæum*, esseque perspicuum *eos in fabulam hanc adsciscere* τὰ Ἰουδαϊκὰ

res

res Judaicas. Res Judaicæ fi adfcifcantur à diluvio, repetendæ f nt fpeciatim à *Sem*, dicto per antonomafiam *patre omnium filiorum Heber*. Gen. X. 21. Judæi enim quorum metropolis fuit urbs Jerofolymorum, erant filii Heber, à quo dicti funt Hebræi. Sem ergo diluvianus Judæorum pater celebratus eft ab Ægyptiis per *Typhona-Smy* feu *diluvio-femum* patrem Jerofolymi & Judæi. Intereà cùm diluvii nomen fic acceflerit Semo, factum eft ut ætas Semi ætatem Typhonis feu diluvii Ægyptiis exprefferit. Natus eft Arphaxad anno ante æram Chriftianam bis millefimo ducentefimo octogefimo nono: *vixitque Sem poftquam genuit Arphaxad, quingentis annis*. Gen. XI. 11. Pervenit ergo ille Typhon Ægyptiorum ad annum ante eandem æram millefimum feptingentefimum octogefimum nonum; ita ut epocha diluvii Ogygis Attica congruens anno Ægyptiaco inito anno ante æram Chriftianam millefimo feptingentefimo nonagefimo quinto, pertineat ad ætatem hujus Typhonis. Cùm igitur Typhon fit vox fignificans diluvium, mirum non eft annum illum deputatum effe non tam inductæ in Atticam celebritati diluvii, quàm vaftitati.

52. Excerpta Barbaro-Latina quæ in thefauro temporum edidit Scaliger, tribuunt Typhoni annos quadraginta quinque, qui additi annis ante æram Chriftianam mille feptingentis nonaginta quatuor cogunt referre initium Typhonis ad annum ante eandem æram millefimum octingentefimum trigefimum nonum. Ifaacus filius Abrahæ erat tunc temporis fexagenarius: quia Abraham qui natus eft anno ante æram Chriftianam millefimo nongentefimo nonagefimo nono, genuit Ifaacum anno ante eandem æram millefimo octingentefimo nonagefimo nono; *cùm centum effet annorum: hac quippè ætate patris natus eft Ifaac*. Gen. XXI. 5. Detractis enim annis fexaginta de mille octingentis nonaginta novem, fupereft annus ante Chriftum natum millefimus octingentefimus trigefimus nonus. Porrò *fexagenarius erat Ifaac, quando nati funt ei parvuli*. Gen. XXV. 26. Quando ergo parvuli nati funt Ifaaco, Typhon cœpit effe juxta calculos Excerptorum Barbaro-Latinorum Scaligeri. Jam habemus ex *Phrygiis literis* apud Plutarchum in libro de Ifide fæpe laudato, quòd Ισαακῦ τῦ Ηρακλέυς ὁ Τυφῶν, *Ifaaci quem genuit Hercules, filius fuit Typhon*. Hercules five Heracles à quo Heraclidæ, quos Ephorus tradit *Spartam fibi pro regia deftinaffe*, ut refert Strabo lib. 8. Geograph. pag. 364. habebatur Abraham pater Ifaaci. Nam Spartiatæ qui genus fuum referebant ad Herculem, repetebant originem ab Abrahamo, feque fratres dicebant Judæorum. Scripturam quandam in ejus rei argumentum appellavit *Arius, rex Spartiatarum, Oniæ facerdoti magno* fcribens his verbis: *Inventum eft in fcriptura de Spartiatis & Judæis, quoniam funt fratres, & quod funt de genere Abraham*. 1. Machab. XII. 21. Præterea Γέλων τῦ Ηρακλέυς *Gelon Herculis filius* celebratur à Stephano Byzantio in Γελωνόν. Et Suidas in Γέλων ait: Γέλων, ὄνομα κύριον. γέλων δὲ τὸν γέλωτα. *Gelon eft nomen proprium. Gelon autem* γέλωτα feu *rifum* fignificat. Nomen à rifu fortitus eft Ifaac, dicente Sarâ illius matre: *Rifum fecit mihi Deus: quicumque audierit, corridebit mihi*. Gen. XXI. 6. Hinc Melon apud Eufebium lib. 9. Præpar. Evang. cap. 19. ait de Abrahamo: υἱὸν αὐτῷ γενέσθαι ἕνα, ὃν Ἑλληνιστὶ Γέλωτα ὀνομασθῆναι. *Filium ei natum effe unum, quem Græcè* Γέλωτα feu *rifum nominant*. Itaque Gentiles qui nomine Herculis fimulaverunt Abrahamum, expreflerunt Ifaacum filium Abrahami in Gelone Herculis filio: adeo ut Typhon filius Ifaaci quem juxta Phrygum hiftorias genuit Hercules, fit unus filiorum Ifaaci quem Abrahamus genuit juxta Scripturam facram. Ætas prolis Ifaaci, poftrema pronepotum quos vidit pater omnium filiorum Heber *Typhon Smy* feu diluvianus Semus, maximè commendavit Ifaacidem. Quafi enim diluvianus effet is cujus ætas incidebat in hominis diluviani tempora, à diluvio

quoque sortitus est nomen. Cùm ergo Isaacides quem Typhonem vocarunt, esset annorum quadraginta quinque, quando Typhonium seu diluvianum tempus terminavit Attica vel potiùs Attico-Ægyptia diluvii Ogygis epocha, non debemus mirari ætatem Typhonis esse definitam annis quadraginta quinque. Tam exacta chronologiæ ratio circa Isaacidem viro diluviano synchronum non potuit fugere Ægyptios, à quibus sua de diluvio monumenta acceperunt Græci. Isaacides enim erat Jacob, qui cùm venisset in Ægyptum post biennium famis, introductus ad regem, *& interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ? Respondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parvi & mali, & non pervenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* Gen. XLVII. Ubi notandum est hunc filium Isaaci nedum manifestasse regi Ægyptiorum omnes annos vitæ suæ, verum etiam se illi præbuisse gnarum dierum patrum suorum, de quorum numero erat Semus.

53. Redeamus ad Cecropem ad cujus ætatem referunt diluvium. In volucro hujus nominis texerunt Athenienses generis sui auctorem, volentes illud esse non tam orbis quàm hominis orbis moderatoris. In Hieroglyphicis Horapollinis magistri Atheniensium Ægyptii *regem orbis moderatorem existimantes & indicantes αὐτὸν ὅφιν ζωγραφῶσιν ipsum serpentem pingunt.* Et Apollodorus Atheniensis lib. 3. cap. 13. exhibet Cecropem *humano simul & serpentino corpore præditum.* Inter septem illos liberos quos antiquitates Rhodiacæ tribuunt Soli statim post diluvium, ponentes Solem Japhethi loco, ut jam vidimus, Κέρκαφον *Cercaphum* numerat Diodorus lib. 5. pag. 226. Sicut *Hiram* rex Tyri memoratus in sacris paginis est *Hirom* seu *Hiromus* in annalibus Tyriorum excussis à Josepho lib. 1. contra Apionem; & sicut *Tuphan* seu diluvium ita vocatum ab Arabibus est Ægyptiorum *Typhon*: ita Rhodiorum *Kercaph* est Atheniensium *Kercop* seu *Kercops*, per metathesim *Kecrops*. Antoninus Liberalis cap. 6. Metamorphoseon fingit *Cecropem terræ filium*, qualem *Cercaphum* commenti sunt Rhodii putantes Solem eum genuisse post diluvium ex Rhodo insula. Cercaphus igitur antiquitatum Rhodiacarum erat Cecrops Atticarum. A Cecrope Cecropidæ vocati sunt Athenienses quasi Cecropis filii. Notissimum est hoc Atheniensium nomen. Scriptor literatissimus D. Franciscus Blanchinus, SANCTISSIMO D. N. CLEMENTI PAPÆ XI. à sacro cubiculo, & Sacræ Congregationis Calendarii Secretarius & Consultor, observat capite 24. historiæ universalis quam figuris distinxit & conscripsit idiomate Italo, Cecropem Atheniensium esse *Janum* Atticæ, *Janum* verò esse *Javanum*. Javan, unus septem filiorum Japhethi natorum post diluvium, est ille qui secundum Scripturas genuit *Dodanim* seu *Rhodios*. Gen. X. 4. & 1. Paral. I. 7. Cercaphus, unus septem postdiluvianorum, quos primum agnoscebant antiquitates Rhodiacæ, genuit itidem Rhodios; cùm in insula Rhodo *unius Cercaphi, & Cydippæ filii urbes condiderint, ac de se denominaverint*, teste Strabone libro 14. pag. 654. cui præiverat Diodorus lib. 5. pag. 227. ubi asserit Cercaphi filios Rhodum insulam occupavisse. *Jalysum* inter illos ponunt iidem auctores. Sicut *Aones*, antiqui Bœotiæ populi, sunt *Jaones* memorati ab Homero Iliad. N. vers. 685. ut observant eruditi: ita *Alisus* est *Jalysus*. Solent Jones ponere E pro A, & contrà A pro E; ita ut *Alisus* Jonicè fit *Elisus*. Is Cercaphi filius est *Elisa* filius Javani, in sacra scriptura celebratus, à quo juxta doctissimum Bochartum nomen traxit *Elis*, antiquissima Peloponnesi regio, in qua Ἀλήσιον *Alisium* ponit Homerus Iliad. B. vers. 617. *Javan* ergo Elisæ pater est idem cum Cercapho Jalysi seu Alisi progenitore, cúmque Cercaphus ille Rhodiorum sit Cecrops Atheniensium, manifestum est Javanum esse Cecropem. In pentateucho Copto-Arabico *Javan* est ΙΟΥΝΑΝ *Junan* seu *Jonan* à quo *Jones*, ac proinde Athenienses;

ὅτι

Digitized by Google

ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ αὐτοὶ ἦσαν Ἴωνες καὶ Ἀθηναῖοι. *quia antiquitùs iidem erant Jones & Athenienses*, ut scribit Strabo liu. 14. pag. 679.

54. *Qui à Cecrope usque ad Alexandrum Macedonem colligunt annos mille octingentos viginti octo*, teste S. Clemente Alexandrino lib. 1. Stromatum, suppeditant nobis nexum insignem chronologiæ Atticæ cum chronologia sacra, expressâ secundùm veritatem Hebraicam. Alexander Macedo salutatus est rex Asiæ post nobilem apud Arbelas victoriam de Dario Codomanno, partam archonte Athenis Aristophane, Olympiadis centesimæ duodecimæ anno secundo, ante æram Christianam trecentesimo trigesimo primo, die prima mensis Octobris Juliani proleptici; ut inter chronologiæ peritos convenit. Adjiciamus annos mille octingentos viginti octo, qui colliguntur à Cecropis tempore, Cecropiana epocha illiganda erit anno ante æram Christianam bis millesimo centesimo quinquagesimo nono. Ut demonstremus epocham hanc pertinere ad ætatem Javani quem ostendimus esse Cecropem, observandum est primò postdiluvianam Gentium divisionem factam esse sub ortum Phaleg filii Heber; quia *nati sunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg, eo quòd in diebus ejus divisa sit terra*. Gen. X. 25. Neque enim intelligendi sunt alii dies Phaleg quàm natalitii: quia, ut ait Josephus lib. 1. Antiquit. Judaic. cap. 7. *Heberus Phalegum genuit, qui natus est, dum habitationes distribuerentur: nam hæc vox Phalec partitionem Hebræis sonat*. Sanctus Pater Augustinus lib. 16. de Civitate Dei, cap. 11. ait similiter intelligendum esse *ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur Phalech, quod interpretatur divisio: quia tunc ei natus est: quando per linguas terra divisa est, id est, ipso tempore, ut hoc sit quod dictum est: In diebus ejus divisa est terra*. Natus est Phaleg anno centesimo secundo à diluvio, ante æram Christianam bis millesimo centesimo & nonagesimo. Initium ergo Cecropis secundùm chronologiam Atticam illigatum anno ante eandem æram bis millesimo centesimo & quinquagesimo nono conjiciendum est in annum ab ortu Phaleg & à primâ Gentium divisione trigesimum secundum. Hanc Cecropis antiquitatem contingere ætatem nedum nepotum Noe, quorum unus erat Javan, verum etiam filiorum atque ipsiusmet Noe, certissimum est: quia annus trigesimus secundus ab ortu Phaleg est à diluvio centesimus trigesimus tertius, & post annum diluvii centesimus trigesimus secundus. *Vixit autem Noe post diluvium trecentis quinquaginta annis*. Gen. IX. 28.

55. At pressiùs ostendamus Atticam Cecropis seu Javani epocham rectissimè conjici in annum dispersionis Noachidarum trigesimum secundum. Abydenus Assyrius apud Eusebium lib. 9. Præp. Evang. cap. 14. agens de confusione linguarum quæ fuit causa hujus dispersionis, ait *homines quorum ad id tempus una eademque lingua fuerat, multiplicem ac discrepantem ex eo vocem emisisse*, μετὰ δὲ Κρόνῳ τε καὶ Τιτᾶνι συστῆναι πόλεμον. *posteà verò Saturnum inter ac Titana bellum esse conflatum*. Nomine belli tegit is auctor discordiam quàm confusio lingua peperit. Nomine Titanis deducto ab Hebraica voce טיט *Tit* quæ significat *lutum*, *cœnum*, exhibet Javanum filium Japhethi: quia *Javan* nomen habet ab Hebraica voce יון *Javan* vel *Javen* quæ pariter cœnum lutúmque sonat. Hebræis enim *Tit* & *Javen* sunt voces Synonimæ. Τιτανίδα γῆν *Titanidem terram* exponens Suidas in suo lexico docet esse qui sic appellari putent τὴν Ἀττικὴν ἀπὸ Τιτηνίου ἑνὸς τῶν Τιτάνων ἀρχαιοτέρου οἰκήσαντος περὶ Μαραθῶνα, *Atticam à Titenio, uno de Titanibus antiquiore, qui circum Marathonem habitarit*. Attica dicebatur olim nedum Jonia & Cecropia, verum etiam Titanis sive Titania: quia primus Atticæ colonus Javan, contractiori prolatione Jon, erat & Cecrops & Titenius sive Titan. Hesiodus in Theogonia vers. 697. com-

I 2 memorat

Digitized by Google

memorat Τιτῆνας χθονίους *Titanes terrestres*, seu lutulentos & cœnosos. Sic antiquitas vocabat turris Babeliex conditores, quorum unus fuit Javan. Ferunt Titanas impetum fecisse in cœlum patrem: quia illi cœmentarii faciebant sibi civitatem & turrim, *cujus culmen*, inquiebant, *pertingat ad cœlum*. Gen.XI.4. Debellatos à Diis Titanas, etiam fabulantur: quia motus eorum conatúsque prohibuit Deus. Quia verò *inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum*, ibid. v.9. atque ita *disseminatum est omne genus hominum super universam terram*, Ibid. cap.IX. v.19. *Titanes* ἡμετέρων πρόγονοι πατέρων *majores patrum nostrorum* vocantur ab Orphicorum hymnorum auctore, qui etiam sic eos alloquitur:

Ἐξ ὑμέων γὰρ πᾶσα πέλει γένεα κατὰ κόσμον

Ex vobis enim omne genus est per mundum. Juxta fabulam de Titanibus quam habet Hesiodi Theogonia, Ἰαπετοῖο πάις ἔχετ' οὐρανὸν εὐρὺν *Japeti filius sustinebat cœlum latum*, ut dicitur vers. 746. Hunc Japeti filium Atlantem vocat idem Poeta vers. 509. *Atlas magnus fuisse astrologus dicitur. Unde occasionem fabula invenit, ut eum cœlum portare confingeret: quamvis mons ejus nomine nuncupetur, cujus altitudine potius cœli portatio in opinionem vulgi venisse videatur*, ait S. P. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei, cap. 8. Οἱ μὲν Ἕλληνες Ἄτλαντα καλοῦσιν, οἱ βάρβαροι δὲ Δύριν. *Græci quidem Atlantem nominant, Barbari autem Dyrim*, inquit Strabo lib. 17. pag. 825. D pro T antiqui non semel posuerunt, ut jam pridem observavit Quintilianus lib. 1. cap. 4. dicens: *Quid T literæ cum D quædam cognatio? Quare minus mirum, si in vetustis urbis nostræ & celebribus templis legantur: Alexanter & Cassantra*. Itaque *Dyris* est *Tyris*. Hoc filii Japeti nomine intelligendus est *Thiras* filius Japhethi. Gen. X. 2. Habemus ergo filium Japhethi ætate conjunctum cum Titanibus, atque illum quidem quem tempore Cecropis fuisse ajunt, nempe Atlantem. Imo Japetum etiam ponunt inter Titanas, ut Diodorns lib. 5. Biblioth. & Apollodorus lib. 1. cap. 1. Unde Saturnus non tam cum Titane quàm cum Japeto ætate conjungitur. Sic Lucianus in Saturnalibus exhibet Saturnum unà *cum Japeto, reliquisque æqualibus diis*. Sic Ἰαπετός τε Κρόνος τε *Japetusque Saturnusque* simul celebrantur ab Homero Iliad. Θ vers. 479. Sic Hesiodus in Theogonia vers. 19. simul decantat Ἰαπετόν τε, ἰδὲ Κρόνον *Japetumque ac Saturnum*. Addit idem Poeta vers. 507. uxorem Japeti fuisse ὠκεανίνην *Oceanidem*, ipsumque Japetum ejusdem cum Oceano ætatis facit. In quo sequuntur eum Diodorus & Apollodorus jam laudati: Quia Japhetus ejusque uxor fuerunt eo tempore, quo Oceanus terram inundavit. Inde Pindarus in Olympiis Ode 9. ubi meminit Ἰαπετιονίδος φύτλας *Japetionidis stirpis* simul & κορᾶν Κρονιδᾶν *filiarum Saturniarum*, agnoscit diluvium quod Japetionidem Saturniamque stirpem præcessit, & ait ὕδατος σθένος *aquæ robur* χθόνα κατακλύσαι *terram inundasse*.

56. Quisnam fuerit Saturnus cujus ætatem contigit Japetus, contigerunt & Titanes post confusionem linguarum, nunc videamus; ut tandem elucescat Atticam Cecropis sive Javani epocham rectè conjici in annum trigesimum secundum dispersionis. Duos fuisse Saturnos prodit Sanchoniathon, vetustissimus rerum Phœniciarum scriptor, apud Eusebium lib. 1. Præpar. Evang. nempe Saturnum patrem & Saturnum filium cui assignat duos fratres Jovem Belum & Apollinem. Saturnus pater trium filiorum qui orbis imperium partiti sunt inter se, adumbrat Noemum patrem trium filiorum qui orbem tripartito obtinuerunt. Hebraica vox סתור *Satur* unde *Saturnus*, significat *absconditum*, qualem suum Saturnum prodebant Gentiles facientes eum cœli terræque filium. Nam *cujus parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici, quorum & omnes possumus videri*, ait Tertullianus agens de Saturno cap. X. Apologetici adversus gentes. Hesiodus, Apollodorus, Diodorus, aliique rerum mythicarum scriptores faciunt Saturnum fratrem

tiem Japeti, quod Saturno filio Saturni adumbrantis Noemum convenit. Jupiter, alius Saturni prioris filius, est alius filius Noemi quem Hebræi dicunt חם *Ham*, nos *Chamum*, sive *Hamum*. Hoc Jovis nomen nos docent Ægyptii apud Herodotum: Ἀμμῶν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. *Hammum enim Ægyptii appellant Jovem*, ait ille lib. 2. cap. 42. Plutarchus quoque lib. de Iside & Osiride pag. 354. asserit ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἀμοῦν *proprium apud Ægyptios nomen Jovis esse Hamun*. Et sanè *Hamus* seu *Chamus*, filius Noe, fuit pater Chanaan à quo Sidonii seu Phœnices ortum traxerunt. Genes. X. 15. Atqui Saturnus prior habitus est pater Cham, patris Chanaan, Phœnicum progenitoris: nam Βαβυλωνίους λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον, ὃν εἶναι Κρόνον· ἐκ τούτου δὲ γενέσθαι Χάμ, τοῦτον δὲ τὸν Χαναὰν γεννῆσαι τὸν πατέρα τῶν Φοινίκων. *Babylonios dicere primum extitisse Belum, eumque esse Saturnum: ex hoc autem natum fuisse Cham, istum verò genuisse Chanaan Phœnicum patrem*, refert Eupolemus apud Eusebium lib. 9. Præpar. Evang. cap. 17. Tam insignem Eupolemi locum exhibeo secundùm emendationem doctissimi Bocharti lib. 4. Geographiæ Sacræ, cap. 2. Quod Beli nomine donatus sit Saturnus primus apud Babylonios, apud Phœnicas verò Jupiter Saturni primi filius, id non est mirum: quia nomen Beli tam Babyloniis quam Phœnicibus significabat Dominum, qualem illi Saturnum primum, isti Jovem habebant per antonomasiam. Ad Apollinem quod spectat fratrem istius Jovis secundùm Phœnicum historias, cùm nomen illud soleat tribui Soli, & Sol locum Japeti vel Japhethi teneat in antiquitatibus Rhodiorum jam discussis, nemo non videt in Apolline Saturni primi filio & Jovis fratre Japhetum filium Noachi, & fratrem Chami. Itaque Saturnus secundus, Jupiter Belus, & Apollo tres filii Saturni prioris, sunt Semus, Chamus & Japhetus tres filii Noe.

57. Jam facile intelligitur laudatus Sanchoniathon, dum ait Saturnum primum *peragrasse terrarum orbem*, ac tandem reportasse victoriam à cœlo patre ἔτει τριακοστῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ κρατήσεως καὶ βασιλείας *anno imperii regnique sui trigesimo secundo*. Saturnia orbis terrarum peragratio est dispersio Noachidarum, quâ *disseminatum est omne genus hominum super universam terram*. Gen. IX. 19. Prima domorum atque urbium occupatio, quarum tectis gravitatem cœli vincerent ædificatores earum Saturnii seu Noachidæ, adumbratur in victoria per Saturnum reportata à cœlo patre anno regni sui trigesimo secundo; quia Cecrops, de quo scribit Apollodorus lib. 3. cap. 13. ἐπὶ τούτου φασὶν ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι *sub hoc, inquiunt, visum est Diis urbes occupari*: invenitur cœpisse anno trigesimo secundo dispersionis Noachidarum, seu peragrationis orbis terrarum susceptæ sub Noacho adumbrato in Saturno orbem terrarum peragrante. Patet ergo Atticam Cecropis seu Javani epocham rectissimè conjici in annum ab ortu Phaleg trigesimum secundum. Nec enodatiùs, nec apertiùs chronologia Græca necti potest cum chronologia sacra in egregium argumentum Hebraicæ veritatis, quam in nostris calculis sequimur.



Digitized by Google

§. VII.

De æra Attica auctoris marmorum Arundellianorum, & de primis Atheniensium regibus antiquitati suæ restitutis in elucidationem chronologiæ sacræ.

58. PRimæ antiquitatis Cecropidarum sive Atheniensium accurata inquisitio & investigatio, quam modò perfecimus, latet eos qui Cecropem longè recentiorem faciunt. *Multò prolixior fieret sermo* (ait Strabo lib. 9. pag. 397.) *si quis de primis Athenarum conditoribus examen institueret, facto à Cecrope initio. Non enim ab omnibus eadem traduntur.* Auctor marmorum Arundellianorum colligit *ex quo Cecrops Athenis regnavit, & regio Cecropia dicta est*, annos 1318. usque ad Archontem Athenis Diognetum, hoc est, usque ad annum ante æram Christianam ducentesimum sexagesimum quartum; ut conficitur ex aliorum Archontum tempore quod idem auctor notat, & describit Diodorus in sua Bibliotheca. Itaque æra Attica Cecropis secundùm marmora Arundelliana competit in annum ante Christum natum millesimum quingentesimum octogesimum secundum. Discrimen est annorum quingentorum septuaginta septem, quos æra ista detrahit de illa quam explanavimus. Conjunctio confusióque temporis quo Athenæ fundatæ sunt & instauratæ, videtur causa hujus diversitatis. S. Pater Augustinus lib. 18. de Civitat. Dei, cap. 8. loquens de *regnante Atheniensibus Cecrope*, ait de urbe Athenarum sub illo ædificata: *Sub quo rege etiam ipsam vel instauratam ferunt vel conditam civitatem.* Nomen dabant primi conditoris, definiebant tempus instauratoris.

59. Instaurator Athenarum fuit Theseus. *Nam sub Cecrope, illisque priscis ad Theseum usque Regibus, Attica semper oppidatim incolebatur, curias & magistratus habens . . . Theseus verò, postquàm regnare cœpit, cùm esset vir non solùm prudens: sed etiam potens, cùm aliis in rebus hanc regionem excoluit, tum etiam cæterorum oppidorum curias & Magistratus sustulit, & una curia, unoque concilio constituto, in eam civitatem quæ nunc est, omnes coegit.* Quam *& magnis opibus auctam posteris tradidit . . . Antè enim illa, quæ nunc est arx, erat urbs.* Sic de Athenis à Theseo instauratis loquitur Thucydides lib. 2. pag. 110. Quod æra Attica marmorum Arundellianorum magis conveniat Theseo instauratori Athenarum, quàm Cecropi earum fundatori, ex eo patet quòd Demophon natus sit Theseo; ut notum est maximè ex Pherecyde apud Antoninum Liberalem cap. 33. metamorphoseon, ex Pausania in Phocicis seu libro 10. & ex Clemente Alexandrino lib. 1. Strom. ubi etiam à Demophonte usque ad Alexandrum Macedonem colligunt *ἔτη χίλια διακόσια πεντήκοντα annos mille ducentos quinquaginta.* Ex hac enim annorum summâ conficitur Demophontem cœpisse anno ante æram Christianam millesimo quingentesimo octogesimo primo, æræ Atticæ Marmorum Arundellianorum secundo: ita ut annus primus ejusdem æræ pertineat ad tempus

Thesei

Digitized by Google

Theſei patris Demophontis & Athenarum inſtauratoris. Auctor ergo iſtorum marmorum confundens primum Athenarum conditorem cùm illarum inſtauratore, Cecropem loco Theſei poſuit.

60. Res clarior notiórque fiet ex canone temporum quem ſubjicio ab ortu Phalegi & prima Gentium diviſione uſque ad Theſeum Athenarum inſtauratorem.

Anni ab orbe cō-dito.	ante Chriſt. natum.	Patriarchæ a prima diviſione Gentium.	Anni Patriarcharum.	Athenienſium reges à Cecrope uſque ad Theſeum.	Anni regū Ath.
1757	2190	Phaleg	30	Diſperſio Noachidarum	31
1787	2160	Reu	32		
1788	2159			1. Cecrops ſeu Javan fi-	253
1819	2128	Sarug	30	lius Japhethi, Athenien-	
1849	2098	Nachor	29	ſium progenitor.	
1878	2069	Thare	70		
1948	1999	Abraham	75		
2023	1924	Abrahami ingreſſus in	25		
2041	1906	terram Chanaan.		Idem regnans Athenis	50
2048	1899	Iſaac	60	à ſe ædificatis.	
2091	1856			2. Cranaus	9
2100	1847			3. Amphictyon	12
2108	1839	Jacob	130		
2112	1835			4. Erichthonius	50
2162	1785			5. Pandion I.	40
2202	1745			6. Erechtheus, ſub quo	50
2238	1709	Idem ingreditur in Æ-		fames univerſalis.	
2252	1696	gyptū tempore famis.		7. Cecrops II.	40
2292	1655			8. Pandion II.	25
2317	1630			9. Ægeus	48
2365	1582			10. Theſeus inſtaur. Athen.	
2366	1581			Demophontis nativitas.	

Anni regum Athenienſium quos expreſſi, noti ſunt ex Euſebii chronico, ſi unum excipias Amphictyonem cui tribuit Euſebius annos decem, Apollodorus duodecim. Ait enim iſte lib.3. cap.13. §. 6. *Hunc nonnulli Deucalionis, alii verò indigenæ hominis filium fuiſſe dicunt: qui, cùm duodecim annos regnum tenuiſſet, ab Erichthonio*

thonio pellitur. Si præter annos quinquaginta quos Cecrops primus, seu Javan, regnavit Athenis à se conditis, numeraverim alios ducentos quinquaginta tres; ita ut omnes anni Cecropis fuerint tres supra trecentos, ex quo primum in Attica domicilium & sedem is fixit: id non est mirum. Talis quidem ac tanta longævitas fidem abrogabat Ægyptiis apud Diodorum lib. 1. pagina 16. ubi dicunt *περὶ τῶν τριακόσια ἔτη δοκούντων ἄρξαι de illis qui trecentos annos videntur regnasse:* illorum ætate annum quatuor mensibus esse absolutum. Attamen sacra scriptura quæ nonnisi pares nostratibus annos admittit, cùm describit spatium vitæ quod homines illorum temporum decurrerunt, tollit omnem dubitationem. Arphaxado germano fratri Javani dat annos trecentos triginta octo, secundum Latinos codices, & quadringentos triginta octo, secundùm Hebræos: Salæ filio Arphaxadi, quadringentos triginta tres: Hebero filio Salæ, quadringentos sexaginta quatuor.

61. Ex calculis ita dispositis manifestum est Erechtheum regnasse Athenis eo tempore, quo fames prædicta à Josepho Jacobi filio & Ægypti prorege afflixit universum. Id quod tamen elucere non posset, nisi locum quem marmora Arundelliana tribuunt Cecropi fundatori Athenarum, restituissemus Theseo earum instauratori. *Cæperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Joseph: & in universo orbe fames prævaluit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat . . . omnesque provinciæ veniebant in Ægyptum, ut emerent escas, & malum inopiæ temperarent:* ait sacra Scriptura Gen. XLI. 54. 57. Diodorus lib. 1. Biblioth. pag. 17. refert ex narratione Ægyptiorùm, quòd *cùm per totum ferè orbem terrarum, Ægypto tantum ob loci genium excepta omnium confessione, ingens siccitas cum magna simul frugum hominumque pernicie, orta esset; Erechtheus ex Ægypto magnam frumenti copiam Athenas, quòd cognati essent, advexit.* Tum addit *fateri etiam Athenienses, regnante Erechtheo, cùm defectus pluviarum fruges absumpsisset; Cererem illuc venisse, & donatione frumenti ipsos sublevasse.* Ægyptii qui plurimas è regione sua colonias in orbem terrarum disseminatas non sine ostentatione prædicabant, ajebant Erechtheum fuisse Ægyptium genere, eique Athenienses detulisse regnum ob illam frumenti copiam quam Athenas advexit ex Ægypto. At illam Ægyptiorum gloriationem retundit Apollodorus lib. 3. cap. 13. §. 7. ubi nos docet quòd Athenarum rex *Pandion, ducta uxore Zeuxippe matris suæ sorore, filias Procnen ac Philomelam, & geminos Erechtheum Butenque suscepit.* Hinc confici nihil potest contra nostros calculos, qui Erechtheum ita perhibent regnasse tempore famis universalis: ut eum tamen ante illam conscendisse thronum supponant.

62. Eusebius in suis chronicis multo magis detrahit de antiquitate Cecropis quàm auctor marmorum Arundellianorum. S. P. Augustinus rem dijudicans secundùm hæc chronica, coactus est asserere Cecropem regnasse ætate Mosis, & diluvium Deucalionis non fuisse universale. *Hoc autem diluvium* (ait ille lib 18. de Civit. Dei, cap. 10.) *nequaquam ad Ægyptum, neque ad ejus vicina pervenit.* Secundum eadem chronica reperiens diluvium Ogygis disjunctissimum à diluvio universali, ab eo quoque diversissimum illud accepit in eodem lib. cap. 8. cúmque nec Græca nec Latina Historia meminisset alterius Diluvii quàm vel Ogygis vel Deucalionis (jam non loquor de Barbarica, quam appellaverat Josephus) tenuit S. Doctor diluvium Ogygis fuisse quidem *diluvium magnum*, sed *non illud maximum, quo nulli homines evaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt: quod Gentium nec Græca, nec Latina novit historia.* Id necessariò consequitur ex hypothesi Eusebianâ: quæ cùm laboret magno anachronismo, non debet nos avertere à calculis quos probatior chronologia nos docet. Variabant auctores: id quod S. P. Augustinus

Digitized by Google

guftinus etiam agnovit, dicens loco proximè laudato; *quanquam Ogygius ipfe quando fuerit, cujus temporibus etiam diluvium magnum factum eft .... inter fcriptores hiftoriæ non convenit*. Regula difcernendi fynchronifmum ab anachronifmo in hiftoria profana quæ fimulat facram, poftulat ut à calculis defcifcamus qui prohibent utriufque hiftoriæ nexum, quem inducunt alii aliorum fcriptorum calculi. *Nam & ipfa Hiftoricorum inter fe diffonantia copiam nobis præbet, ut ei potius credere debeamus, qui divinæ quam tenemus, non repugnat Hiftoriæ*: ait idem S.P. lib. 18. de civit. Dei, c. 40. Jam vidimus diluvium Ogygis fuiffe diluvium ambitus orbis, feu diluvium univerfale, effeque calculos qui illud jungunt cum Noetico. Hos ergo calculos aliis prætuli qui in aliud tempus conjiciunt idem diluvium. Oftendimus pariter diluvium Cecropium, fuiffe diluvium orbis: Deucalionem cujus ætatem contigit Cecrops, fuiffe Noemum: ipfum Cecropem, Janum Atticæ & Jonum parentem, fuiffe Javanum nepotem Noemi: nec deeffe calculos qui Cecropis ætatem copulant cum Javani temporibus. Alios ergo rejicimus qui ifta tempora disjunxerunt.

63. Licet auctor marmorum Arundellianorum perhibeat Deucalionem, *regnante Athenis Cecrope*; tamen diluvium Deucalionis contigiffe ait *regnante Athenis Cranao*, Cecropis fucceffore. Idem tradit Apollodorus lib. 3. cap. 13. §. 5. tradit & Varro apud S. Auguftinum lib. 18. de Civit. Dei cap. 10. Hallucinationi anfam præbuiffe videtur Graecum Saturni nomen Κρόνος, quafi illud effet Κράναος. Ejus enim contractum *Cranos* facilè vifum eft *Cronos*, non fecus ac πρᾶτος eft πρῶτος *primus* fecundùm dialectum Doricam. Itaque diluvium quod contigerat fub Crono feu Saturno, conjectum eft in Cranai tempora. Saturnus in quo vidimus adumbratum Noemum, legitur in Parallelis Plutarchi πρῶτον τήν τε οἴνου πόσιν καὶ τὴν ἄμπελον *ufum vini & cultum vitis* docuiffe Icarium five agricolam Hebraicè dictum אכר *Iccar*. Vini monftrator vocatus eft alio nomine Διόνυσος feu Bacchus, qui fimiliter Noemum adumbravit. De Dionyfo feu Baccho fcribens Diodorus lib. 3. pag. 137. notat eum effe fumptum non tam pro vini repertore quam pro vino reperto poft Deucalionis diluvium. *Bis*, inquit, *è Jove natus fingitur, quod in Deucalionis diluvio cum aliis fructibus etiam hic periiffe exiftimatus, denuò pòft regerminarit: ibi eùm fecunda quafi nativitate Deus hic in confpectum hominum veniffet, è Jovis femore procreatum fabulantur. Hac fane illorum fententia eft qui Bacchum de ufu & facultate vini reperti interpretantur*. En ergo ut diluvium Deucalionis iterum venit adfcribendum ætati Noachi.

64. Multiplicitas nominum effecit ut Dionyfius feu Bacchus haberetur filius Deucalionis, cùm potiùs Deucalion fuiffet dicendus. Sic in chronico Eufebii *Deucalionis filius Dionyfius* traditur *hofpitio receptus à Semacho*. Jam non moror anachronifmum Eufebii id conjicientis in ætatem Amphictyonis regis Athenienfium quem & nonnulli Deucalionis filium fuiffe dicunt apud Apollodorum lib. 3. cap. 13. §. 6. Sed in Semacho obfervo Semum qui hofpitaliffimus in patrem nudatum in tabernaculo ob vinum quo captus erat, eum pallio cooperuit unà cum fratre fuo Japhetho. Dionyfum vel Dionyfium celebratum à Græcis contigiffe ætatem Noachi, liquet etiam ex calculo non quidem omnium, fed Herodoti, omnium quos cognofcimus, antiquioris. *A Dionyfo* (inquit ille lib. 2. cap. 145.) *ad meam ætatem funt anni fermè mille fexcenti*, κατὰ ἑξακόσια ἔτεα καὶ χίλια, μάλιστά ἐστι ἐς ἐμέ. Natus eft Herodotus anno ante æram Chriftianam quadringentefimo octogefimo quarto, ante initium belli Peloponnefiaci quinquagefimo tertio, ut conftat ex Pamphila apud A. Gellium lib. 15. Noctium Atticarum, cap. 23. Hiftoriam fuam condidit Thuriis in Italia anno Urbis Romæ Varroniano trecentefimo decimo, ante æram Chriftianam quadringentefimo quadragefimo quarto, ut docet nos Plinius lib. 12. naturalis Hiftoriæ cap. 4. Adjiciamus annis quadringentis

dringentis quadraginta quatuor annos fermè mille sexcentos, colligemus à Dionyso usque ad Christum annos bis mille & quadraginta circiter. Noe pervenit usque ad annum ante æram Christianam millesimum nongentesimum & quadragesimum quo terminantur anni trecenti & quinquaginta vitæ ejus elapsi post diluvium. Patet igitur ex calculo Herodoti collato cum Hebraica chronologiæ sacræ veritate Dionysum sive Bacchum contigisse ætatem Noemi. Secundùm hanc temporum rationem sequeretur Noemum obiisse, elapsis ab Herodotea Dionysi epocha annis circiter centum. Hæc Bacchi ætas sine dubio adversatur ætati Noemi propè millenariæ. Id tamen non est mirum: imo magis firmat nostros calculos. Quia Ægyptii non credentes tantam hominum longævitatem, reduxerant eam ad ætatem circiter centenariam. Diodorus inter alios id nos docet lib. 1. pagina 15. *Cùm autem*, inquit, *fidem excedat ista annorum multitudo, nonnulli affirmare non verentur, quod olim, Solis motu nondum cognito, annus ad lunæ circuitum descriptus fuerit. Et ob id cùm anni sint tricenorum dierum non potuisse omninò non fieri, ut aliqui mille & ducentos annos viverent: quandoquidem nunc etiam, cum anni duodenis mensibus constent, non paucis ultra centum vita protrahatur.*

65. In ea sententia fuisse Varronem prodit Lactantius lib. 2. Institutionum Divinarum cap. 12. *Sic*, inquit, *facta hominis vita est temporaria, sed tamen longa, quæ in mille annos propagaretur, quod Divinis literis proditum, & per omnium scientiam publicatum cùm Varro non ignoraret, argumentari nisus est, cur putarentur Antiqui mille annos vixitasse. Ait enim apud Ægyptios pro annis menses haberi, ut non Solis per duodecim signa circuitus faciat annum, sed luna, quæ orbem illum signiferum* XXX. *dierum spatio illustrat.* Scribebat Varro annis quadringentis & uno post Herodotum, Hircio & Pansa Consulibus, qui signant in fastis annum Urbis 711. ante æram Christianam quadragesimum tertium: ita quidem ut si à Dionyso ad annum quo scripsit Herodotus, numerentur anni fermè mille sexcenti, duo fermè millia annorum colligenda sint usque ad Hircii & Pansæ consulatum, rectissiméque dici possit annorum millia nondum duo elapsa fuisse usque ad illum consulatum juxta Herodoteam Dionysi epocham. Atqui Varro aptavit eandem epocham diluvio Deucalionis. De hoc enim scribens Arnobius lib. 5. adversus Gentes, ait quòd *Varro ille Romanus multiformibus eminens disciplinis, & in vetustatis indagatione rimator, in librorum quatuor primo, quos de gente conscriptos Romani populi dereliquit curiosis computationibus edocet ab diluvii tempore, cujus supra fecimus mentionem, ad usque Hircii consulatum & Pansæ, annorum esse millia nondum duo.* Eadem ergo secundum calculos Herodoti & Varronis fuit Dionysi & Deucalionis ætas. Eadem propè millenariam ætatem Noachi cui respondet, reducit ad centenariam secundum quod idem Varro tenuit de longævitate illorum hominum. Nulla igitur superest difficultas, ut concludamus etiam ex calculo non tam Dionysum seu Bacchum quàm Deucalionem esse Noemum, & diluvium Deucalionis esse diluvium Noeticum. Si Varro disjunxerit diluvium Ogygis à diluvio Deucalionis, nihil aliud inde sequitur nisi eum breviatione annorum Deucalionis amandasse Deucalionem à suâ ætate & diluvium Deucalionis à suo tempore.

§. VIII.

§. VIII.

De Chaldæorum fabuloſiſſimis ſupra diluvium antiquitatibus, & de accuratiſſima eorum à diluvio chronologia.

66. INter plura quæ oppoſuit auctor fabulæ Præadamicæ & contra univerſalitatem diluvii Noetici & in defenſionem ſuorum Præadamitarum, non eſt veritus objicere vaniſſimas mendaciſſimaſque Chaldæorum antiquitates, quibus ne minimam quidem fidem habuerunt qui nobis eas tradidere. Diodorus lib. 2. pag. 83. affirmat *rei aſtrologicæ ſcientia Chaldæos mortalibus univerſis præcellere, & maximam huic ſpeculationi operam tribuiſſe. At numerum annorum, quibus mundi ſe conſiderationi vacaſſe Collegium Chaldæorum aſſeverat haud facilè crediderit. Nam ad expeditionem Alexandri in Aſiam quadringenta & ſeptuaginta tria millia annorum numerant, ex quo ſidera obſervari cœptum ſit.* Cicero lib. 1. de Divinatione refellens & coarguens hoc eorum mendacium, *contemnamus*, inquit, *etiam Babylonios, & eos qui è Caucaſo cœli ſigna ſervantes, numeris & motibus, ſtellarum curſus perſequuntur. Condemnemus, inquam, hos aut ſtultitiæ, aut vanitatis, aut imprudentiæ, qui CCCCLXX. millia anno um, ut ipſi dicunt, monumentis comprehenſa continent, & mentiri judicemus.* Lactantius lib. 7. Inſtitutionum Divinarum cap. 14. indicat hunc locum Ciceronis, atque quòd *Chaldæi quadringenta ſeptuaginta millia annorum monimentis comprehenſa ſe habere delirant in quo quia ſe poſſe argui non putabant, liberum ſibi crediderunt eſſe, mentiri.* Delirantium iſtorum calculos fuſius deſcribit & fugillat Julius Africanus apud Georgium Syncellum. Ex ejus deſcriptione liquet Chaldæos ita fines terminoſque temporum ab Adamo elapſorum eſſe egreſſos, ut tamen nulla ſupra Adamum computaverint tempora, nullumque hominibus Præadamitis dederint locum. Immenſa hæc annorum volumina diſtribuebant duas in partes, antediluvialem unam, poſtdiluvialem alteram. Partem antediluvialem definiebant quadringentis triginta & duobus millibus annorum, ductis ab Aloro primo homine uſque ad Xiſuthrum decimum ab Aloro. Hebraicæ voces אל הורה *Al-hora* unde *Alorus*, ſignificant *non genitricem*, ſive eum qui fuit ſine genitrice, ſine matre, qualis Adam de limo terræ formatus. Decimum ab Aloro ipſum Xiſuthrum ſub quo diluvium contigit, decimum ab Adamo Noemum oſtendimus in hac ſecunda Diſſertatione, §. 3. num. 29. Nullos ergo ante Adamum homines, nulla ſupra eum curricula annorum agnoſcebant Chaldæi. Unde tantum abeſt ut fuſiſſimæ dementiſſimæque ſupputationes eorum faveant Syſtemati Præadamitarum, ut illi prorſus obſiſtant. Omnium irriſione luderetur qui ex numero annorum bis mille ducentorum quadraginta duorum ætatis antediluvianæ ſecundum vulgatos editionis ſeptuaginta-viralis codices colligeret fuiſſe homines ante Adamum, à quo uſque ad diluvium numerantur anni mille ſexcenti quinquaginta ſex ſecundum codices Hebræos: quia editio ſeptuaginta-viralis non exhibet ſuos bis mille ducentos quadraginta duos annos niſi ab Adamo. Cùm igitur Chaldæi non ducerent niſi ab

Adamo

Adamo immensa illa volumina temporum quæ in antiquitatum suarum monumenta inseruerunt: quis nisi desipiens potest eorum chronologiam aptare fabulæ Præadamicæ?

67. Familiare fuit astronomis præsertim antiquis statuere longissimas annorum periodos non secundùm res gestas, sed secundùm orbium cœlestium circumvolutiones quibus modum vix ullum dabant. De cœtero non ignorarunt Chaldæi accuratissimam temporum rationem maximè à diluvio. Jam observavi ex Josephi libro primo contra Apionem Berosum Chaldæum antiquissimas secutum historias congruenter divinis literis conscripsisse de diluvio, & notasse tempora exinde lapsa usque ad Nabulassarum patrem Nabuchodonosori: quia, ut de illo ait laudatus Josephus, εἶτα τοὺς ἀπὸ Νώχυ καταλέγει, καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῖς προστιθεὶς, ἐπὶ Ναβολάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλέα. *deinde proferens eos qui sunt à Noe, & tempora ipsis apponens, ad Nabolassarum pervenit Babylonis Chaldæorumque regem*. Prima Gentis hujus origo notitiam postulabat illorum temporum: quia de Nemrode Chusi filio, Chami nepote & Noemi pronepote, ait Sacra Scriptura: *Fuit autem principium regni ejus Babylon*. Gen. X. 10. Civitas Babylonis est illa civitas quam superbi Noachidæ celebraturi nomen suum antequam dividerentur *in universas terras*, ædificabant unà cum turri cujus culmen pertingeret ad cœlum. Quantum temporis illi degerint sub avo suo Noemo, priusquàm *proficiscerentur de Oriente* in terram Sennaar, non indicant sacræ literæ. Ut illud aliunde eruamus ad illustrandas antiquitates Chaldaicas, observandum est profectionem Noachidarum de Oriente dedisse locum putandi Noemum adumbratum à Gentilibus in suo Dionyso seu Baccho sedem in India Orientali collocasse: maximè quia Hebraica vox קדם *Kedem* significat & *Orientem & Initium*. Unde Chaldæus Onkelos Gen. XI. 2. vertit: *Cùm proficiscerentur ipsi à principio*. Ubi nos legimus: *Cumque proficiscerentur ab Oriente*. Initium enim regionum Orientis habebatur India Orientalis, quæ idcirco dicebatur Oriens per antonomasiam. Jam ex historiis Indorum refert Diodorus lib. 2. Biblioth. pag. 87. τοὺς ἀρχαιοτάτους ἀνθρώπους *antiquissimos homines habitasse* in eorum regione: Dionysum illic fuisse ἐν τοῖς ἀρχαιοτάτοις χρόνοις *in antiquissimis temporibus*: prætereà τὴν εὕρεσιν τοῦ οἴνου *inventionem vini* aliorumque vitæ conducentium usum illis hominibus tradidisse: denique Indiæ totius regnum tenuisse ἔτη δύο πρὸς τοῖς πεντήκοντα *per annos quinquaginta duos*.

68. Anni quinquaginta duo ducti à diluvio, à quo nedum totius Indiæ, verum etiam totius orbis principatum obtinuit monstrator vini Noemus, desinunt in annum ante æram Christianam bis millesimum ducentesimum trigesimum nonum: quia diluvium contigit anno ante eandem æram bis millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Quàm præclarè hinc illustretur Chaldaica epocha Noachidarum profectorum de Oriente, ut habitarent in terra Sennaar, nunc ostendamus. Orbium cœlestium contemplatione antiquius nihil habentes Chaldæi primos regionis suæ incolas turris illius ædificatores cujus culmen pertingeret ad cœlum, facilè putaverunt primos cœli contemplatores. Ut ut sit, certum est eos gentis suæ vetustatem antiquitate cœlestium observationum esse dimensos: quia *principio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam*, (inquit Cicero lib. 1. de Divinatione) *propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, quum cœlum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, trajectiones motusque stellarum observaverunt, quibus notatis quid cuique significaretur memoriæ prodiderunt. Qua in natione Chaldæi, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione syderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset*. Assyrii, Hebræis *Assurim*, ortum nomenque habeat

Digitized by Google

bent ab Assur filio Semi, uno ex primis habitatoribus terræ Sennaar, seu regionis Chaldæorum. Chaldaicas cœlestium motuum observationes à prima Gentis vetustate repetitas *Callisthenes Babylone transmisit in Græciam, mandante Aristotele* magistro ejus: ἃς τινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν καὶ ἐννακοσίων τριῶν μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος σωζομένας. *quas narrat Porphyrius fuisse annorum mille nongentorum & trium ad tempora Alexandri Macedonis servatas*. Id refert Simplicius in secundum Aristotelis librum de cœlo, comm. 46. pag. 123. Si de annis bis mille ducentis & triginta novem ductis à primo Noachidarum in Chaldæam ingressu usque ad æram Christianam, dettahamus annos mille nongentos & tres, reliqui anni erunt trecenti triginta sex, quot ab initio regni Alexandri Magni numerantur usque ad Christum. De Græca loquor regni ejus epocha, ad quam intenderit animum Callisthenes Græcus, quámque nemo eruditorum non illigat anno ante æram Christianam trecentesimo trigesimo sexto.

69. Secundum hos numeros æra Chaldaica superat æram dispersionis Noachidarum & ortûs Phaleg, annis quadraginta novem. Primum triennium facilè dederim vago per Orientem Dionyso, seu Baccho: modò in isto Baccho attendamus non jam Noemum, sed unum ex Noemi pronepotibus, nempè Nemrodum, quo auctore cœteri Noachidæ aggressi sunt superbam turris Babelicæ molitionem. Triennium illud vagantis per Orientem Bacchi notatum est à Diodoro Siculo lib. 3. Biblioth. pag. 139. Bacchum autem adumbrare Nemrodum doctissimè observat Bochartus lib 1. Geographiæ sacræ, cap. 2. Nam ptimò sicut דמשק *Dammesec*, seu Damascus, est דרמשק *Darmesec*, & אכר *Acchad*, urbs Babyloniæ, est ארכר *Archad*; ita *Bacchus* est בר כוש *Bar-chus*, hoc est, *Filius Chus*, qualis erat Nemrod. Secundò vetustissimus Scriptor Thymœtes apud Diodorum lib. 3. Biblioth. pag. 141. refert Hammonem, regem Libyæ, seu Jovem Hammonem, quem jam vidimus eundem cum Hamo, seu Chamo, Noemi filio & Chusi patre, procreasse Bacchum è sorore Titanum, quos etiam ostendimus turris Babelicæ conditores; id quod Nemrodo Chusi filio similiter conve[illegible]: quia Chamus æquè potest dici pater Nemrodi, ac Nabuchodonosor dicitur pater Baltassari, sui nepotis. Dan. V. Tertiò Bacchum amiciunt è pelle tigridis, quasi Nemrod sit נמרא *Nemro*. Sic tigrim vocant & Syri & Chaldæi ab Hebraicâ voce נמר *Namer*. Quartò etiam nebridem induunt Baccho, & Nebrodem eum nominant, ut in Anthologia lib. 1. cap. 38. Epigr. 11. ubi dicunt eum

Νυκτέλιον, νομιόν, Νεβρώδεα, νεβριδόπεπλον.

hoc est, *nocturnum*, *pastoralem*, *Nebrodem*, *nebride indutum*. Nempè Nemrod à Græcis interpretibus dicitur Νεβρώδ *Nebrod*, & à Josepho Νεβρώδης *Nabrodes* seu *Nebrodes*; *Ebrodes* verò pro *Nebrodes* in Editione Ægyptiacâ. Quintò in fabulis nomen Bacchi antiquissimum est ζαγρεύς, id est, *robustus venator*, quo epitheto Nemrodem insigniunt sacræ paginæ, Gen. X. 9. Eôdem alludit Papinius lib. 9. Thebaidos, vers. 685. ubi Bacchi gestamine donat æquum venatorem, his verbis:

Venator raptabat equus, quem discolor ambit
Tigris, & auratis adverberat unguibus armos.

Sextò Chusæum seu filium Chus, Bacchum ex eo possumus dicere, quòd eum finxerint in Arabiæ Nysâ natum. Est enim in Arabia terra Chus memorata in sacris paginis. Alia feruntur de Baccho, quæ magis conveniunt ei, qui adumbrat Noachum: qualia sunt quæ observavimus in hâc secundâ dissertatione, §. 3. num. 30. & §. 7. num. 63. & 64. Hinc fabulam de Baccho qui Thebas venerit, refero ad Noachum qui fuit in area, Hebraicè dictâ תבה *Theba*.

Digitized by Google

70. Interim chronologia Chaldaica illustratur non parùm, dum ex annis quadraginta novem jam notatis tres priores damus Nemrodo robusto venatori, ob tres annos quibus Bacchus eum exprimens passim vagatus est in Oriente. Sic enim fiunt ante ortum Phaleg anni quadraginta sex ab Nemrodi adventu in campum terræ Sennaar, in quo turrim Babelicam ædificare conati sunt Noachidæ. Sic ab Nemrodicâ Babylonis ærâ usque ad egressum Hebræorum ex Ægypto colliguntur anni septingenti quadraginta duo, quot antiquitates Chaldaicæ postulant; ut jam ostendo. Ἐγχώριοι βασιλεῖς *reges indigenæ* quos ante Ninum Assyriorum regem fuisse docet Diodorus lib. 2. Biblioth. pag. 63. dividendi sunt in duas dynastias, priorem Chaldæorum, posteriorem Arabum; ut post Julium Africanum & Eusebium docet Georgius Syncellus in Chronographia pag. 90. & 92. ubi etiam tradit Chaldæos illos floruisse per annos ducentos viginti quinque, Arabes verò per annos ducentos quindecim. *Floruit*, inquit, *imperium VII. Regum Chaldæorum annis 225. Eorum regnum susceperunt Arabes, quorum VI. Reges illud obtinuere per annos 215. Arabes exceperunt Assyriorum Reges.* Quid sentio de illis regibus, paulò inferiùs aperio; ut in primis ostendam egressum Hebræorum ex Ægypto incidisse in annum trecentesimum secundum imperii Assyriorum: ita ut anni trecenti & duo accedentes annis ducentis quindecim dynastiæ Arabum & ducentis viginti quinque dynastiæ Chaldæorum efficiant summam annorum septingentorum quadraginta duorum, quam quærebam. Ἀφ' ὧν Κτησίας λέγει *ex his quæ Ctesias dicit* apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromat. pag. 321. τῷ δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ, ἡ Μωσέως ... ἐξ Αἰγύπτου κίνησις. *Secundo & trigesimo, profectio Mosis ex Ægypto.* Notant hæc verba annum trigesimum secundum Beluchi, seu Belochi, octavi regis Assyriorum. Id patet ex Eusebio lib. 10. Præpar. Evang. cap. 12. ubi hunc Clementis Alexandrini locum explicatiùs & emendatiùs exscriptum habemus his verbis: τῷ δευτέρῳ καὶ τετρακοσιοστῷ (lege τριακοσιοστῷ) ἔτει τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς, τῆς δὲ Βηλούχου τοῦ ὀγδόου δυναστείας τῷ δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ, ἡ Μωσέως ... ἐξ Αἰγύπτου κίνησις. *Secundo & trecentesimo anno imperii Assyriorum; Beluchi autem, octavi dynastiæ, secundo & trigesimo, Mosis profectio ex Ægypto.* Pro τετρακοσιοστῷ *quadringentesimo* lego τριακοσιοστῷ *trecentesimo*; quia ex annis, quos Africanus & Eusebius singulis Assyriorum regibus tribuunt à Nino, à quo Belochus est octavus, luce clarius est annum imperii Assyriorum trecentesimum secundum esse Belochi trigesimum secundum. Hîc non quæro, an Herodotea Assyriorum chronologiæ præferenda sit Ctesiana. Satis habeo in præsenti Ctesianos calculos omnino postulare ante egressum Hebræorum ex Ægypto chronologiam textûs Hebraici, quam contra Græcos codices propugnamus. Quidquid enim sit de Ctesia comparato cum Herodoto, concordia ejus calculorum cum Hebraicis numeris est maximi momenti adversum Græcos, ut ostendamus chronologiam Hebraicam, ex hodiernis Judæorum codicibus depromptam, esse secundum codices editione septuaginta Interpretum vetustiores: quia Ctesias fuit longè vetustior LXX. Interpretibus, cùm vixerit sub expeditionem Cyri junioris adversus Artaxerxem fratrem, factam anno quarto Olympiadis nonagesimæ quartæ, ante æram Christianam quadringentesimo primo, ut constat ex Diodoro lib. 2. Biblioth. pag. 84. & lib. 14. pag. 405.

71. In dynastiâ septem Chaldæorum quam ponunt in primo loco, primus omnium est *Evechous*, secundus *Chomasbolus*. Ut *Beel* ponitur pro *Baal* in nominibus *Beel-zebub*, *Beel-Phegor*, & *Beel-Samen*, ita *Evechous* ponitur pro *Avachous* seu אב הכוש *Av-hachus*, hoc est, *Pater Chus*, adeóque *Evechous* est Chamus Chusi pater. Fragmentum genealogiæ Chami, quod ex monumentis Babyloniorum refert Eupolemus apud Eusebium lib. 9. Præpar. Evang. cap. 17. docet nos Chusum

Digitized by Google

Chusum esse *Chum-asbolum* seu *Chomasbolum*. Ait enim Eupolemus Babylonios dicere de Chamo: τοῦτο δὲ Χοὺμ υἱὸν γενέσθαι, ὃν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἄσβολον, πατέρα δὲ Αἰθιόπων, ἀδελφὸν δὲ τοῦ Μεστραὶμ, πατέρα (leg. πατρὸς) Αἰγυπτίων. *Hujus verò filium extitisse Chum, Asbolum à Græcis nuncupatum, patrem autem Æthiopum, & fratrem Mestraim, patris Ægyptiorum.* Quòd Chus, filius Chami, sit frater Mesraim, seu Mestraim, patet ex versu sexto capitis decimi libri Genesis. Quòd idem habitus sit Æthiopum pater, notum est ex editione LXX. Interpretum, ex Latinâ vulgatâ, ex Copto-Arabicâ manuscriptâ, ex Philone, Josepho, Eusebio, S. Hieronymo, aliisque Patribus, quibus terra Chus est Æthiopia, & Chusæi sunt Æthiopes. Neque mirum est Chamum & Chusum invenisse locum in Chaldæorum dynastia, quæ complectitur tempora Noachidarum degentium in terra Sennaar ante generalem dispersionem: quia *Chus genuit Nemrod*. Gen. X. 8. Itaque Chamus ponitur in hac dynastia, tamquam avus Nemrodi; Chus verò, tamquam ejus pater. Nomen quod ibi adscribitur Nemrodo, est *Porus*, seu פורס *Pores*, hoc est, *partiens*, *dividens*; quia sicut nomen *Phaleg* impositum est uni filiorum Heber, *eò quòd in diebus ejus* נפלגה הארץ *niphlega baarets*, hoc est, *divisa sit terra*: ita Nemrodo factum est nomen *Porus* seu *Pores*, quia divisio terræ sub illo contigit, & ipse velut partiens ac dividens fundavit primum regnum natum è divisione. Stephanus Byzantius in voce Χαλδαῖοι petit originem Chaldæorum à Perseo. Περσεὺς, inquit, ἀφ' οὗ οἱ Κηφῆνες καὶ Χαλδαῖοι. *Perseus, à quo Cephenes & Chaldæi.* Ut *Persis* seu *Persia* ponitur pro Chaldaico פרס *Paras*, ita *Perseus* ponitur pro Chaldaico פרס *Pares*, pro quo Hebræi dicunt פורס *Pores*. Dicunt etiam Chaldæi פרסא *Parsa* & פרסתא *Parsetha* ungulam scissam à verbo suo פרס *Peras*, quod significat *dividere*, *discindere*, *partiri*. Ab eodem quoque themate פרסה *Parsa* vocant *Milliare*, quo terram dividunt. Item terminum temporis, quasi divisionem ejus, dicunt פורסא *Poresa* & פרוס *Perus*. Sive ergo *Porus* aut *Pores*, sive *Perseus* nominetur Nemrod, ratio nominis est à divisione quæ sub illo contigit. Fabula de Medusæ capite amputato à Perseo recidit etiam in Nemrodum, primum, quem legimus, venatorem; si Medusam, quæ per metathesim est *Mesuda*, habeamus hieroglyphicum venationis quam Hebræi מצודה *Metsuda* dicunt. Ita enim Caput Metsudæ est caput seu principium venationis. Adhæc Medusæ superator Perseus fuit *robustus venator*, qualis dicitur Nemrod: quippè qui *terga feræ pressit*, & illa (quemadmodum canit Ovidius lib. 4. Metamorphoseon fab. 18.)

Vulnere læsa gravi, modo se sublimis in auras
Attollit, modò subdit aquis, modò more ferocis
Versat apri, quem turba canum circumsona terret.

Addit idem Poeta, quòd dum Perseus contra belluam superior

Ter, quater, exegit repetita per ilia ferrum:
Litora cum plausu clamor, superasque Deorum
Implevere domos.

nempe Nemrod *erat robustus venator coram Domino*. Gen. X. 9. Robusto venatore opus fuit Noachidis profectis de Oriente in terram Sennaar, quam æquè ac alias terras redegerat diluvium in solitudinem, & habitationem ferarum quæ propagaverant sobolem per annos quinquaginta duos elapsos à diluvio. Terram Chanaan daturus Deus populo Israel dixit ei de populis, quos inde erat ejecturus: *Non eiiciam eos à facie tua anno uno; ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram.* Exod. XXIII. 29. 30. Id ita fieri non poterat à pri-

K 2 nis

Digitized by Google

mis post diluvium orbis habitatoribus, quos inter erat Nemrod, qui proinde, ne, terrâ in solitudinem redactâ, crescerent contra eos bestiæ, *erat robustus venator coram Domino*, ut jam diximus. Prævidens Jeremias propheta futuram absque habitatore Babylonem, qualem ædificatores ejus Noachidæ repererant terram Sennaar, ait cap. LI. verf. 37. *Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor, & sibilus, eò quòd non sit habitator*. Anguiferum caput Medusæ quod à robusto venatore Perseo amputatum fingitur, symbolum est habitationis draconum quam venatione superavit. Unde Perseo quærenti, *cultusque genusque locorum*, juxta fabulam 19. quam lib. 4. Metamorph. canit Ovidius, mox unus

Nunc, ò fortissime, dixit,
Fare, precor, Perseu, quanta virtute, quibusque
Artibus abstuleris crinita draconibus ora.

Cephenes dicuntur, in quorum agris tunc vagabatur Perseus. Et quamvis Cephenum nomine vulgo intelligantur Æthiopes: sciendum est tamen cum Stephano Byzantio, quòd Χαλδαῖοι, οἱ πρότερον Κηφῆνες. *Chaldæi priùs Cephenes* dicebantur. Notum est autem Chaldæam esse terram Sennaar, in qua erat Nemrod unà cum aliis Noachidis.

72. Quid cùm *Cepheus* à quo Cephenes, sit ipse Chus Nemrodi genitor? Primò *Chus*, Babyloniis *Chum*, est *Cuph*, sicut Hebraicum verbum רמס *ramas*, id-est, *conculcavit*, est רפס *raphas*, mutante M in P, cujus rei varia exempla profert Bochartus lib. 1. de Phœnicum coloniis, cap. 29. Ut autem *Musa* vel *Muza*, portus Arabiæ celeberrimus ad mare rubrum, est *Mesa* vel *Messa*. Gen. X. 30. ita *Cuph* est *Keph*, unde *Cepheus*. Secundò *Chus* erat frater *Mesraim*, quo etiam nomine intelligitur Ægyptus in sacris paginis: Cepheus verò erat frater Ægypti, ut post Euripidem docet Apollodorus lib. 2. Biblioth. cap. 1. §. 4. Tertiò *Cham* pater *Chus* & *Mesraim* habetur Jupiter Belus, ut jam observavimus in hâc secunda dissertatione, §. 6. num. 56. Porrò Belus est pater Ægypti & Cephei apud laudatum Apollodorum. Quartò Belus ille duxit coloniam εἰς Βαβυλῶνα *in Babylonem*, prodente Diodoro lib. 1. Biblioth. pag. 17. Id etiam convenit Chamo, expresso in Evechoo, primo dynastiæ Chaldæorum. Quintò Chus filius Chami habetur ab antiquis pater Æthiopum, & *Cepheus fuit, sicut Euripides scribit, Æthiopum rex*, ait Scholiastes Germanici. Apollodorus quoque celebrat *Æthiopiam*, ἧς ἐβασίλευε Κηφεύς *in qua regnabat Cepheus*. Et Stephanus Byzantius in Ἰόππη meminit τοῦ Κηφέως, ἀφ' οὗ Κηφῆνες οἱ Αἰθίοπες *Cephei, à quo Cephenes Æthiopes*. Sextò ut *terra Chus* exponitur *Æthiopia*, ita & terra Cephei. Unde Κηφηΐδα γαῖαν *Cepheidem terram*, celebratam à Nicandro, *Æthiopiam* interpretatur magnum Etymologicon. Septimò Perseus quem in Nemrodo Chusi filio dicimus adumbratum, ita fingitur Jovis filius, ut tamen habeatur gener Cephei. Relaturi enim Gentiles originem Persei ad aliquem Deum, verum illius patrem socerum ejus dixerunt. Adhæc Hebraica vox אב *Ab* significat & patrem & socerum. Similiter Hebraica vox בן *Ben* & filium & generum sonat. Octavò Chus habuit tres fratres, totidem habuit & Cepheus, ut constat ex laudato Apollodoro. Nonò fratres Chusi ex sacris paginis sunt *Mesraim*, *Phuth* & *Chanaan*: fratres Cephei ex eodem Apollodoro sunt *Ægyptus*, *Danaus* & *Phineus*: quia terra Mesraim est terra Ægypti, terra Phuth est terra Danai, & terra Chanaan seu Phœnicia est terra Phinei.

73. Quòd terra Mesraim sit terra Ægypti, ut superiùs dicebamus, res apud omnes est in confesso. Quòd terra Phuth sit terra Danai, nullus est etiam dubitandi locus. Δαναὸν μὲν οὖν Βῆλος ἐν Λιβύῃ κατῴκισεν. *Danaum igitur Belus misit ad Libyam incolendam*, ait Apollodorus. De Phuto autem scribit Josephus

phus lib. 1. Antiquit. cap. 7. ἔκτισε δὲ καὶ Φοῦτος τὴν Λιβύην *constituit autem & Phutes Libyam*. Id quod confirmat ex eo, quod indigenæ vocentur *Phuti* seu *Phutei*, quodque flumen Mauritaniæ & regio ipsi adjacens dicatur *Phutes*. Unde D. Hieronymus lib. Traditionum Hebraicarum in Genesim ait: *Phut Libyæ: à quo & Mauritaniæ fluvius usque ad præsens Phut dicitur, omnisque circa eum regio Phutensis; Multi scriptores tam Græci quàm Latini hujus rei testes sunt*. Bochartus lib. 4. Geographiæ Sacræ, cap. 33. egregiè notat Phutæis, Africanis Nomadibus, nomen esse à dispersione, quia *Phut planè idem est quod* פוץ *Phuts, sparsus, dispersus*: et quia de vagis illis populis scribit Pomponius Mela; *In familias passim, & sine lege Dispersi, nihil in commune consultant*. Hebraicum vocabulum נד *Nad*, quod significat vagum, fit per metathesim *Dan*, unde *Danaus*, quem facimus eundem cum *Phut*. Denique quòd terra Phinei sit terra Phœnicis seu Phœnicia, adeóque terra Chanaan; res est in promptu: quia *Phineus* est *Phœnix*. Diversus quidem à Phineo Phœnix putatur à multis, ut & Agenor Phœnicis pater alius habetur à Belo. Verùm qui sic opinantur, rem parùm sedulò inspexerunt. Agenor quem fabula facit fratrem Beli fingens personarum diversitatem in diversis nominibus, est omninò dicendus idem cum Belo. Phineum enim quem vidimus filium Beli, τὸν Ἀγήνορος εἶναι λέγουσι *Agenoris filium fuisse dicunt* apud Apollodorum lib. 1. cap. 9. §. 21. Hinc Ἀγηνορίδης φινεὺς *Phineus Agenore satus* dicitur ab Apollonio Rhodio lib. 2. Argonauticorum, vers. 178. Et Phineus ipse inducitur ibidem vers. 237. dicens: πατὴρ δέ μοι ἐγείνατ' Ἀγήνωρ. *Genuit me Agenor pater*. Notat etiam Scholiastes Apollonii Hellanicum asserere Phineum esse filium Agenoris. Quòd si Hesiodus, aliique apud eundem scholiastem referant hunc Phineum esse Phœnicis Agenore nati filium, quòd Phineus non videretur eis Phœnix; fatentes tamen eum esse de Phœniciâ stirpe Agenoris, coguntur tenere terram Phinei esse terram Phœnicis, adeóque terram Chanaan. Apollodorus lib. 3. cap. 12. §. 8. facit Phœnicem filium Amyntoris. Nec immeritò: quia *Amyn-tor* refert Hamum Tyrium seu Chamum, atque adeò Belum patrem Phinei. Vidimus enim in hac secunda dissertatione, §. 6. num. 56. Chamum seu Hamum, Ægyptiis *Amun*, esse Jovem Belum. Voce autem *Tor* Tyrum significari patet ex eo quòd *Tyrus* dicatur à Phœnicio צור *Tsor* transeunte in *Tor*. Sic Cham fuerit Belus Tyrius. Et sanè si secundum Chaldæorum antiquitates Cham habeat primum locum in prima eorum dynastia, ductâ à tempore quo Noachidæ ædificabant civitatem et turrim Babelis seu Babylonis:

Ἀρχαίη Βαβυλὼν Τυρίου Βήλοιο πόλισμα.

Vetus Babylon Tyrii Beli oppidum agnoscitur à vetusto Poeta Dorotheo Sidonio apud Julium Firmicum. Non me movet Amyntorem Phœnicis patrem fingi comitem Achillis conferentis se ad bellum Trojanum: Cùm heroas multos ad illud tempus referat fabula, quos tamen scimus fuisse longè altioris ætatis. Nec lucem observationibus nostris eripere potest Agenoris nomen. *Aghenor* seu *Achenor* est metathesis Phœnicii nominis *Anechor*, sicut *Anamii* seu *Anamai* sunt per metathesim *Amonii* seu *Ammonii*. Est autem *Anechor* ab Hebraico נכר *Nechar*, quod extraneum & alienigenam significat; & sicut *Hiram* Phœnicibus est *Hirom*, ita *Nechar* est ipsis *Necor*. Permutatio literarum *Caph & Ghimel* est adeo frequens in illis linguis, ut mirum non sit *Necor* esse *Negor*, & *Achenor* esse *Aghenor*. Itaque Cham pater Chanaan à quo Phœnices, dictus est *Anechor*, & per metathesim *Achenor*; quia non fuit eis indigena, sed extraneus; quippè qui licet dederit Phœniciæ sobolem, non fixit tamen sedem in Phœnicia, verum in Ægypto, quæ in sacris paginis dicitur non tam terra Mesraim, quàm terra Cham. Agenor ergo, Phœnicis pater, non est dicendus frater Beli, patris Ægypti, sed habendus

K 3

dus est omnino idem cum Belo: adeóque Phineus seu Phœnix filius Beli dictus est etiam filius Agenoris: quia Cham pater Mesraim à quo Ægyptii, & pater Chanaan à quo Phœnices, fuit ipse Belus pater Ægypti, & Agenor pater Phœnicis.

74. Id tandem est notandum de terra Cephei, quod multi observant de terra Chus, eam scilicet fuisse Orientalem Ægypto. Nam Cononis narratio quadragesima apud Photium Cod. CLXXXVI. nos docet Cepheum *habuisse imperii terminos à mari nostro*, nempe Mediterraneo, *ad eam usque Arabiam, quæ ad Erythræum mare pertinet*: ita ut attigerit eos Arabiæ felicis fines, in quibus erat Madianæa regio spectans ad terram Chus; cùm Sephora Mosis uxor quæ erat filia Sacerdotis Madian, Exod. II. 16. 21. dicatur כשית *Cuscith*, seu *Cusitis*, Num. XII. 1. Juxta hunc situm terræ Chus Hebræis australes fuerint Chusæi, necesse est. *Gens australis* Hebraicè dicitur עם דרומית *Am-daromith* seu *Am-dromith*, vel *Andromit*, mutante M in N, quando sequitur D, quod familiare est nobis Latinis dicentibus, exempli gratiâ, *con* pro *com* seu *cum* in verbis compositis *condemno, condico, condisco, condoleo, condono, conduco, conduplico, &c.* Id quoque est observandum, ut in Chuso patre *Andromith* rursùm inspiciamus Cepheum patrem Andromedæ; & in Cassiopea Cephei conjuge quæ Nereidas, deas maris, provocavit in certamen, filiámque Andromedam ceto devorandam proposuit, attendatur Cas-Joppe. Refert laudatus Conon regnum Cephei primùm *Joppe à maritima civitate appellatum fuisse*. Et Strabo lib. XVI. pag. 759. refert de Joppe, quòd *ibi quidam Andromedam ceto expositam fabulati sunt*: quódque *inde ad Casium Pelusio propinquum montem distantia est mille stadiorum, & paulò ampliùs*. Casius & Joppe exprimuntur in Cas-Joppe. Regio trans Casium sita est Ægyptus, terra illa cymbali seu terra sistri אשר מעבר לנהרי כוש *quæ est trans flumina Chus*. Isa. XVIII. 1. Et Sophon. III. 10. *Cas* unde *Casius* est à *Cus*, sicut קט *Cat*, id est, *fastidium* est à קוט *Cut*. Afferri possunt exempla sexcenta ejus rei, notissima his qui callent linguam Hebraicam. Itaque Cassiopea Cephei nos etiam ducit in cognitionem terræ Chus, tamquam terræ Cephei. Cepheus ergo pater Persei est ipse Chus pater Nemrodi; & Perseus, pater Chaldæorum, est Nemrod eorum progenitor.

75. Alexander Polyhistor apud Georgium Syncellum pag. 78. τοὺς ζʹ Χαλδαίων βασιλεῖς εἰσάγει ἔτη κρατήσαντας ἡλιακὰ ρϟʹ. *Septem Chaldæorum reges inducit, qui regnaverint annis solaribus* 190. Et tamen Julius Africanus eis tribuit annos ducentos viginti quinque. Ista diversitas videtur orta, ex eo quod Polyhistor qui 190. annos solares numeravit ab Evechoo, non posuerit Evechoum in primo loco, sed in secundo. Nam δεύτερον Χαλδαίων βασιλέων Εὐήχοον *Secundum Chaldæorum regum Evechoum* dicit: Cuinam primùm locum dederit, non exprimit Georgius Syncellus. Ut expleatur summa annorum collecta à Julio Africano, deberentur huic primo anni triginta quinque. Solus cui tótidem anni assignantur in dicta Chaldæorum dynastia, est Porus seu Perseus, in quo vidimus Nemrodum. Cùm principium regni Babylonici ponendum sit in Nemrodo, mirum non est Alexandrum Polyhistorem ipsi primum locum dedisse, non advertendo prima hujus dynastiæ tempora pertinere ad ædificationem Babylonis factam à Noachidis degentibus in terra Sennaar ante linguarum confusionem.

76. De posteris Pori seu Nemrodi vix quidquam afferri potest præter eorum annos & nomina. Idem de Arabibus qui illos exceperunt. Horum catalogum nunc exhibeo, unà cum Ctesianâ regum Babyloniorum serie à Nino usque ad Belochum, in cujus annum trigesimum-secundum Ctesias conjecit exitum Hebræorum ex Ægypto. Calculus ducitur ab anno ante æram Christianam 2291. quo contigit diluvium.

CHRO-

Digitized by Google

CHRONICUS CANON
Antiquitatum Chaldaicarum ab anno Diluvii universalis.

	Anni ab orbe condito.	Anni ante Christ. natum.	REGES.	Anni regum.
	1656	2391	Dionysius seu Noe in Oriente	52
CHALDÆI	1708	2339	Bacchus errans seu Nemrod venator	3
	1711	2336	1. Evechous seu Chamus	6.m.8.
	1717	2330	2. Chomasbolus seu Chus & Cepheus	7.m.6.
	1725	2322	3. Porus seu Nemrod & Perseus	35
	1760	2287	4. Nechubes	43
	1803	2244	5. Abius	48
	1851	2095	6. Oniballus	40
	1891	2056	7. Chinzirus	45
ARABES	1936	2011	1. Mardocentes	45
	1981	1966	2. Anonymus	40
	2021	1926	3. Sisimordachus	28
	2049	1898	4. Nadius, vel Nabius	37
	2086	1861	5. Parannus	40
	2126	1821	6. Nabonnadus	25
ASSYRII	2151	1796	1. Ninus	52
	2203	1744	2. Semiramis	42
	2245	1702	3. Ninyas	38
	2283	1664	4. Arius	30
	2313	1634	5. Aralius	40
	2353	1594	6. Xerxes qui Baleus	30
	2383	1564	7. Armamithres	38
	2421	1526	8. Belochus usq; ad egressū Hebręorū ex Ægypto.	32
	2453	1494	Egressus Hebræorum ex Ægypto.	

77. *Nechubes*, filius Pori seu Persei, est per aphæresin *Chubes*; sicut *Nabuchodonosor*, Hebræis *Nebuchadnetsar*, est Arabibus *Buchadnetsar*: Hebraicum נזר *nezer*, idest corona, est זר *Zer*. A Chube videntur esse Chubæi, seu populus *Chub*, quem in vicinia Ægypti fuisse intelligimus ex Ezechielis capite trigesimo, vers. 5. & quem circa Paliurum oppidum in Marmarica eruditè locat Bochartus lib. 4. Geographiæ Sacræ, cap. 33. Chaldaicum כוב *Chub* quod spinam & spinosum fruticem, adeóque paliurum significat, respondet Hebraico קוץ *Kots* seu *Kos*, quod præmisso articulo Arabico, est *Al-kos*. ΑΛΚΑΙΟΣ seu *Al-kos*, pater Amphitryonis, fuit Persei ex Andromeda filius secundum Apollodorum lib. 2. cap. 4. §. 5. עם פוט *Am-phut* unde *Amphitryon*, est *populus Phut*, seu populus Africæ, qualis erat populus *Chub*. Difficilem admodùm conjecturam de Abio, cœterisque post Nechubem Chaldæis possumus facere. Antiquitas Arabum qui Chaldæos exceperunt, nonnullis maximam admirationem movet: quasi tunc Arabes nulli fuerint. At invictissimis Bocharti argumentis constat antiquiorem istis Arabibus Jectanem, fratrem Phalegi, habendum esse patrem Arabum: alios quoque Noachidas, turris Babelicę conditores, in Arabia sedisse.

78. Quod spectat ad Assyrios, de quibus multi varia differunt, Ctesianus calculus ex quo nostrum confecimus canonem, Semiramin exhibet tempore famis universalis. Magnis instructam copiis, omniúmque Asiæ provinciarum potitam hanc reginam in Ægyptum venisse narrat ex Ctesia Diodorus Siculus lib. 2. pag. 72. Ctesiana ergo de Semiramide extra modum prædicatio tribuit expeditioni bellicę, quod adscribendum erat fami, propter quam *omnes provinciæ veniebant in Ægyptum*. Gen. XLI. 67. Idem Diodorus refert pag. 66. fuisse Nini temporibus administratorem totius Syriæ, qui [illegible] *vocabatur Menones*, & cui Semiramis primùm nupserat. Anticlides apud Plinium lib. 7. cap. 56. tradit *quendam nomine Menona* literas in Ægypto invenisse *XV. annis ante Phoroneum, antiquissimum Græciæ regem; idque monumentis approbare conatur*. Quidquid sit de hac literarum inventione, iste Menon seu Menones facile vidit ea tempora quibus Ninum illigat noster canon. Nam à Nino usque ad Christum natum numeramus annos mille septingentos nonaginta sex, adeóque mille & viginti usque ad primam Olympiadem, quot numerari à Phoroneo docet Africanus apud Eusebium libro 10. Præp. Evang. cap. 10. Sic annus millesimus & quadringentesimus à Nino est ante æram Christianam 397. quo desiit Olympiadis nonagesimæ quintæ tertius, cum quo Ctesias conclusit historiam suam Persicam à Nino & Semiramide usque deductam, teste Diodoro lib. 14. pag. 421.

79. Puto Ctesiam qui hos mille et quadringentos annos tribuit imperio Assyriorum apud eundem Diodorum lib. 2. pag. 81. non observasse modum illum loquendi, quo sæpè dicitur à parte totum, atque ita præbuisse se similem his qui totos quadringentos et triginta annos dant mansioni Hebræorum in Ægypto pro ducentis et quindecim, & totos quadringentos eorum afflictioni pro longè paucioribus in hac summa inclusis. Narrat laudatus Diodorus pag. 64. Ninum, arrepto principatu, *ad subigendas Asiæ gentes se convertisse; & septemdecim intervallo annorum, omnes alios, præter Indos & Bactrianos, suæ potestati subjecisse*. Addit Vellejus Paterculus lib. 1. Historiarum, quòd *insequenti tempore imperium Asiaticum ab Assyriis, qui id obtinuerant annis mille septuaginta, translatum est ad Medos*. Medorum imperium juxta Herodotum lib. 1. duravit annis centum quinquaginta: quibus expletis, Cyrus obtinuit regnum Persarum anno ante æram Christianam quingentesimo quinquagesimo nono; ut jam vidimus in prima dissertatione, §. 1. num. 5. His quingentis & quinquaginta novem annis addamus annos centum quinquaginta regni Medorum, tum mille septuaginta imperii Asiatici Assyriorum, ac demum septemdecim quos Ninus

dederat

Digitized by Google

tiederat subigendis Asiæ Gentibus, colligemus summam annorum mille septingentorum nonaginta sex à Nino usque ad æram Christianam, qualem noster Canon postulat. Secundùm hos calculos annus, quo Ctesiana de Assyriis, Medis et Persis historia terminata est, numeratur ab initio regni Medorum trecentesimus decimus tertius. Notum est Ctesiam numeraſse annos regni Medorum plusquàm trecentos. Nimirum sicut annos mille quadringentos, quos acceperat ducendos ab initio regni Assyriorum, totos regno Assyriorum dedit; ita annos plusquàm trecentos, quos ab initio regni Medorum elapsos audierat, totos regno Medorum assignavit.

80. Est & hoc notandum in Ctesiano Regum Medorum catalogo binis regibus semper adscribi annos quos uni tantum tribuerat Herodotus. Dum enim juxta Herodotum unus Dejoces regnavit annos quinquaginta tres, quos numero rotundo quinquaginta diceremus; duo juxta Ctesiam, nempe Madauces & Artias, regnaverunt annos quinquaginta. Dum annos viginti duos uni Phraorti dat Herodotus; totidem assignat Ctesias Arbiani et Artyni. Dum annis quadraginta describitur ab Herodoto regnum unius Cyaxaris; annis quoque quadraginta definitur à Ctesiâ regnum & Arsæi et Artibarnæ. Dum unus Astyages Herodoti ponitur inter Cyaxarem et ipsum Cyrum, Monarchiæ Persicæ fundatorem; Ctesiæ Astibares et Apandas, qui & Astyages, locantur inter Artibarnam et eundem Cyrum. Adde quòd Ctesiana Regum Medorum geminatio ita respondet Herodoteo eorumdem regum ordini; ut sicut apud Herodotum ille qui regnavit annos circiter quinquagintà, præcedit eum qui regnavit annos viginti duos, et rursum iste præcedit eum qui regnavit annos quadraginta, ita similiter apud Ctesiam. Subjecta tabula rem ponit in conspectu.

REGES MEDORUM.

Juxta Herodotum.	anni	Juxta Diodorum ex Ctesia.	anni		anni
		1. Arbaces	28	3. Sosarmus	30
1. Dejoces	53	2. Madauces	50	4. Artias	50
2. Phraortes.	22	5. Arbianes	22	7. Artynes	22
3. Cyaxares	40	6. Arsæus	40	8. Arti-barnas	40
4. Astyages	35	9. Artibares	00	10. Apandas	00

81. Multiplicitas nominum facilè imposuit Ctesiæ; ut propter hanc non viderit Madaucem esse Artiam, Arbianem esse Artynem, Arsæum esse Artibarnam, Astibarem esse Apandam. In usu regum multorum Orientis fuit habere varia nomina. Sic in regibus Juda iidem sunt Joachaz et Sellum, Eliakim et Joakim, Sedecias et Matthanias. Sic in regibus Assyriorum iidem sunt Sargon et Sennacherib, Asarhaddon vel Asorhaddan et Asbazareth. Sic in regibus Babyloniorum iidem quoque sunt Nabuchodonosorus et Laboßolassarus, Baltasarus et Nabonadius. Sic in re-

gibu-

Digitized by Google

gibus Persarum Cambyses dicitur Asuerus. Cùm Ctesias prompserit suam historiam *è regiis membranis, in quibus res antiquas Persæ, jussu legis cujusdam, ordine descriptas habebant*, ut ait Diodorus lib. 2. pag. 84. Persica regum Medorum nomina, quæ inde eruit, exhibuerunt ipsi alios reges, ab his quorum meminit Herodotus. Atque hinc posuit duos, ubi ille unum invenerat. Persica nomina sunt *Artias*, *Artines*, *Artibarnas*; ut ostendit vocula *Art* vel *Arti*, quæ magnum Persis sonat. Inde enim Herodotus lib. 6. cap. 98. observans quòd Xerxes Persis est ἀρήιος, hoc est, *bellator*, tradit quòd *Artoxerxes* ipsis est μέγας ἀρήιος, hoc est, *magnus bellator*. Inde quoque Persicâ voce Ἀρτας apud Hesychium significatur μέγας καὶ λαμπρὸς *magnus & illustris*; et Ἀρταῖοι *Artæi* exponuntur οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις *Heroes juxta Persas*. Hebræum אדיר *Adir*, quod per metathesin est Persicum *Ardi* seu *Arti*, significat etiam illustrem et magnificum. Syra vox ברנש *Barnas*, quæ significat filium hominis, indicio est Persico-Syrum esse nomen *Arti-barnas*. Apparet ergo quòd in Ctesiano regum Medorum catalogo *Madauces Artias* est *Madauces magnus*; quòd *Arbianes Artines* est similiter *Arbianes magnus*: (Nam *Artia* est *Artin*, sicut Chaldaicum מיא *maia* aqua est מין *main*.) quòd tandem *Arsæus Arti-barnas* est *Arsæus magnus Barnas*, seu *magnus filius hominis*.

82. His ita observatis, Dejoces Herodoti est planè dicendus Madauces magnus Ctesiæ. Chaldaica est ratio nominis Δηϊόκης à vocabulo דיוק *Dijuc* vel *Dijoc*, quod significat speculationem, observationem: Chaldaica est ratio nominis Μαδαύκης à participio מדיק *Medaijcc*, quod speculantem, observantem sonat. Anni Madaucis respondent annis Dejocis. Nec obstat Phraortem esse patrem Dejocis secundùm Herodotum; Arbacem verò esse patrem Madaucis secundùm Ctesiam. Is enim Phraortes facilè ostenditur Arbaces: sicut et alius Phraortes, Georgio Syncello *Aphraartes*, qui juxta Herodotum erat filius Dejocis, et regnavit annos viginti duos, haud difficulter deprehenditur Ctesianus Arbianes Artines, qui post Madaucem Artiam regnavit quoque annos viginti duos. *Phra-ortes* seu *Aphra-artes* est *Aphra Magnus*, ex dictis de Persica voce *Art* vel *Arti*, Hesychio *Artas*. Porrò *Aphra* est *Arpha*, sicut Arabicum קדרה *Cadra* quod significat virtutem, est Persicum *Carda* apud Strabonem notatum à Bocharto lib. 4. Geographiæ sacræ, cap. 10. Eadem ratione Hebraicum פרס גד *Paras-gad*, id est Persicus exercitus, Persica turma, est Persarum *Passargad*; et *Vezires*, vir Persa, est *Varizes* apud Procopium, ut ibidem observat idem Bochartus. Atqui *Arpha* est *Arba*, sicut *Pharmuthi* Ægyptiorum est *Barmude*, eorúmque *Epiphi* est *Ebib*. Notat etiam Hesychius peregrinam vocem Ἄρρα significare *Arrhabonem*, quòd nempè illud vocabulum sit *Arba* positum pro Hebraico ערבה *Aruba*, pro quo etiam dicitur ערבון *Arabon*. Itaque *Arbianes-Artines* Ctesiæ est *Arba-artes*, aliâ pronunciatione *Arpha-artes*, & , per metathesin Persicis nominibus usitatam, *Aphra-artes*, pro quo *Phraortes* legitur apud Herodotum. Ab *Arba* est etiam *Arbaces*, sicut à *Carda* sunt *Cardaces* apud Strabonem lib. 15. pag. 734. Nempe, dum una terminatio Græca fecit, ut *Arba* fit *Arbanes*, per pleonasmum *Arbianes*; alia terminatio fecit, ut esset *Arbax* et *Arbaces*. Atque hinc quoque *Arpha* est *Arphax*; unde *Arphaxad*, rex Medorum, celebratus in libro Judith, cap. 1. Justinus pro Arbace ponit Arbactum: et Orosio dicitur *Arbatus*, *quem alii Arbacem vocant*. In hac scriptorum diversitate retinetur semper vox *Arba*, quæ proinde sola pertinet ad genuinum nomen quod illustravimus. Jam ergo perspicuum est Phraortem patrem Dejocis esse Arbacem patrem Madaucis, ipsum Dejocem esse Madaucem Artiam, et Phraortem ejusdem Dejocis filium esse Arbianem Artinem.

83. Sequitur *Cyaxares* in catalogo Herodoteo, cui respondet *Arsæus Arti-barnas* in

in catalogo Ctesiæ geminato. *Arsæus* est *Asærus* seu *Asaerus*, eo pacto quo *Artias* esset *Atiras* seu *Adiras* ab Hebraico *Adir* jam notato. Porrò *Asærus* seu *Asfuerus* est *Cy-axares*, ut docet Scaliger lib. 6. de Emendatione Temporum, ubi simul observat, quòd *Kau vel Ku in lingua Persica est* δυνάστης, hoc est princeps: adeo ut princeps Asærus sit *Ku-Asærus*, ac proinde κυαξάρης, seu *Cyaxares*.

84. Tandem Astyagi qui juxta Herodotum suscepit regnum Cyaxaris, respondet in catalogo geminato Ctesiæ *Astibares Apandas*: quia Diodorus lib. 2. pag. 85. dicit: *Apandam* τὸν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Ἀστυάγην καλούμενον *à Græcis Astyagen vocatum*. Ctesias apud Photium Cod. LXXII. ponit *Astyigan* pro *Astyage*. Et in versione Copticâ Danielis prophetæ, cap. XIII. v. 65. legitur pro eodem ΑCΤΙΑΚΗC *Astiaces*. Sicut primitivum Arbacis nomen est *Arba*, ita primitivum Astyigæ vel Astiacis nomen est *Asti* vel *Astia*; syllaba enim *ces* pertinet, ut vidimus, ad terminationem Græcam. Hinc Ctesianus *Asti-baras* est mihi *Asti-paras*, hoc est Astyages Persa. Licet enim esset natione Medus, factus est tamen cognatione Persa, dum propendens magis in Persas quàm in Medos filiam suam *Mandanem jam viro maturam, nulli Medorum qui ea dignus esset, tradendam statuit, sed Persæ cuidam nomine Cambysi*: ut testis est Herodotus lib. 1. cap. CVII. Id quidem negavit Ctesias apud laudatum Photium, contendens Cyrum Cambysis filium nulla generis propinquitate junctum fuisse Astyigæ seu Astyagi. Vult tamen Astyigan ab ipso Cyro parentis loco habitum observatúmque, ejúsque filiam Amytin pro matre primùm in honore habitam: quod nobis sufficeret ad non mirandum Astyagem habitum esse Persam.

85 Si conjectura quam superius feci de annis mille et quadringentis imperii Assyriorum, videatur violenta: posset quis suspicari loco τῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων legendum esse apud Diodorum τῶν χιλίων καὶ τεσσαράκοντα, atque ita Assyriorum imperium eversum esse à Medis, cùm *à Nino* stetisset juxta Ctesiam τριάκοντα γενεάς, ἔτη δὲ πλείω τῶν χιλίων καὶ τεσσαράκοντα. *triginta generationes*, seu successiones, *annos autem plus mille & quadraginta*. Non includuntur in hac summa septemdecim anni, quos Ninus dicitur posuisse in subigendis Asiæ gentibus: ita ut ab initio Nini usque ad Medorum defectionem, quæ aliquot annis præcessit arrepta à Dejoce regni gubernacula, anni circiter mille et sexaginta intercurrant. Hinc etiam pro eo quod velut ex Ctesia scribitur apud Diodotum lib. 2. pag. 77. nempe imperium Assyriorum devolutum esse ad Medos, *cùm annos mille trecentos sexaginta duravisset*: legendum puto *annos mille & sexaginta*. Arbitraria non est hæc emendatio. Nam reges Assyriorum Ctesiani à Nino usque ad Sardanapalum, ut ibidem quoque tradit Diodorus, ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα ἐβασίλευσαν *ad successiones triginta regnaverunt*. Porrò successiones triginta in catalogo regum Assyriorum non postulant nisi annos mille et sexaginta.

86. Georgius Syncellus in sua chronographia exhibet reges Assyriorum quadraginta et unum, nempe triginta Ctesianos et undecim hyperbolimæos. Hyperbolimæus est primus, scilicet Belus præmissus Nino; cùm Ninus juxta Ctesiam fuerit primus rex Assyriorum: & Belochus, octavus à Nino, fuerit octavus qui Assyriacum regnum tenuit, ut jam didicimus à Clemente Alexandrino. Inter hunc Belochum et Teutamum quærendi sunt quatuor alii hyperbolimæi; quia in catalogo regum Assyriorum tam Eusebiano, quàm Syncelliano, Teutamus ponitur vigesimusquartus à Ninya Semiramidis filio; cùm tamen fuerit vigesimus. *Teutamo enim in Asia regnante, qui vigesimus est à Ninya Semiramidis filio, Græcos imperatore Agamemnone bello Trojam impetiisse fertur*: ait Diodorus lib. 2. pag. 77. Reverâ quatuor reperiuntur inter illos reges omnino superflui, videlicet *Sethos*, *Mamitus* unus, *Amyntas*, et *Sosarmus*. *Sethos* locum habet inter reges Ægyptiorum, *Amyntas* inter

Digitized by Google

ter reges Macedonum, nisi dicatur *Laosthenes*, unus è posterioribus regibus Assyriorum. Vox enim Græca λαὸς, unde *Laosthenes*, est Hebræo-Chaldaica עם *Am*, plurali numero formæ Hebraicæ עמים *Ammim*, & Chaldaicæ עמין *Ammin*, unde *Amyntas*. Imo sicut Amyntæ tribuuntur anni regni quadraginta quinque, ita & Laostheni. *Sosarmus* est in numero regum Medorum catalogi Ctesiani. *Mamitus* verò semel notatus cum annis triginta regni frustrà cum totidem annis iteratus est. Teutamo successorem Teutæum dat & Eusebius & Syncellus. Sed post Teutæum quatuor inseruntur in catalogum Syncellianum in Eusebiano prætermissi, videlicet *Arabelus*, *Chalaus*, *Anebus*, *Babius*. Αρξβηλος, Doricè Αρξβηλος, est ἀρήιος Βῆλος; adeóque non est secernendus à sexto rege Assyriorum, qui dicitur *Xerxes Baleus*, seu *Xerxes Belus*; nam *Xerxes Belus* est ἀρήιος Βῆλος, quia *Xerxes* ἀρήιος redditur ab Herodoto lib. 6. cap. 98. *Chalaus* qui regnavit annos quadraginta quinque, non est etiam distinguendus à *Panya* qui totidem annos regnavit: quia Hebræo-Chaldaicum כל *Chal*, unde *Chalaus*, est Græcum πᾶν, unde *Panyas*. *Anebus* & *Babius*, alii duo irreptitii, videntur *Anubis* & *Babis*, Ægyptiorum numina. Ægyptiacum *Anub* est Chaldaicum *Aneb*, sicut Hebraicum טוב *Tub*, bonum esse: est Chaldaicum טאב *Teb*, & *Mesa* est *Musa* vel *Muza* portus in mari rubro. Hellanicus in Ægyptiacis apud Athenæum lib. 15. Dipnosoph. pag. 680. celebrat Ægyptiorum τὸν Βάβυν, ὅς ἐστι Τυφῶν *Babyn qui est Typhon*. Unum ex Typhonis nominibus juxta Plutarchum in Iside est etiam *Bebon*. Nempè *Bebon* aliâ formâ est *Babis* & *Babius*. Novem reges Assyriorum insititios & superfluos hactenùs detexi in catalogo Syncelliano. Qui sequuntur usque ad Sardanapalum, sunt etiam novem tam secundùm Eusebium, quàm secundùm Syncellum; cùm deberent esse tantùm septem secundùm Ctesiam. Duo ergo in illis superfluunt. Reverâ duo illorum videntur omnino redundare, nempè *Thineus* & *Ophrataeus*. Non solùm in annis, verùm etiam in nominibus apparet hæc redundantia. *Thineos* enim seu *Thinos* est *Thonos*, quemadmodùm *Libna* est *Lobna* urbs in tribu Juda Sacerdotalis, *Obidas* rex Arabum est *Obodas*, *Cyrus* rex Persarum est *Cores*: quocircà nomen illud pertinet ad Sardanapalum, dictum *Thonos Concoleros*. *Ophrataeus* verò est *Ophratenes*, seu *Ophratenus*, alio nomine dictus *Ephecheres*, sicut *Gadaraeus* est *Gadarenus*, *Gergesaeus* est *Gergesenus*, *Philistaeus* est *Philistinus*. His itaque omissis, catalogum Ctesianum suis calculis restituo in sequenti tabula.



CA-

CATALOGUS CTESIANUS

Triginta regum Affyriorum, ante Medorum defectionem.

Anni ab orbe condito.	Ante Chr. Nat.	Reges Affyriorum.	Anni reg. ex pa nfi	Anni reg. collecti.
2151	1796	1. Ninus	52	52
2203	1744	2. Semiramis	42	94
2245	1702	3. Ninyas	38	132
2283	1664	4. Arius	30	162
2313	1634	5. Aralius	40	202
2353	1594	6. Xerxes Baleus	30	232
2383	1564	7. Armamithres	38	270
2421	1526	8. Belochus 1.	35	305
2456	1491	9. Balæus	52	357
2508	1439	10. Mamitus	30	387
2538	1409	11. Afchalius	28	415
2566	1381	12. Sphærus	22	437
2588	1359	13. Sparthæus	42	479
2630	1317	14. Afcatades	38	517
2668	1279	15. Belochus 2.	25	542
2693	1254	16. Beletores	30	572
2723	1224	17. Lamprides	30	602
2753	1194	18. Sofares	20	622
2773	1174	19. Lamphraes	30	652
2803	1144	20. Panyas	45	697
2848	2099	21. Mithræus	27	724
2875	1072	22. Teutamus	32	756
2907	1040	23 Teutæus	44	800
2951	996	24. Dercylus	40	840
2991	956	25. Eupales	38	878
3029	918	26. Laofthenes	45	923
3074	873	27. Pertiades	30	953
3104	843	28. Ephekeres	50	1003
3154	793	29. Acraganes	42	1045
3196	751	30 Sardanapal.	15	1060

Anni ab orbe condito.	ante Chr. Nat.	Reges Medorum.	Anni reg ex pa nfi	Anni reg collecti.
3211	736	Arbaces	27	
3238	709	1. Dejoces	53	53
3291	656	2. Phraortes	22	75
3313	634	3. Cyaxares	40	115
3353	594	4. Aftyages	35	150
3388	559	Cyrus fundator Monarchiæ Perfarum.		

87. Bion & Alexander Polyhiftor apud Agathiam lib. 2. duas ftatuunt Affyriorum regum dynaftias, primam à Nino ufque ad Belleum Dercetadam, in quo defierit ftirpis Semiramicæ fucceffio: fecundam à Beletara ufque ad Sardanapalum, à quo Medi defecerunt. *Beletaras* in catalogo Ctefiano eft *Beletores*; & Belleus Dercetades, ultimus eorum qui Beletaram præcefferunt, eft Belochus fecundus, ultimus eorum qui fuerunt ante Beletorem. Anni ab initio Beletoris ad finem Sardanapali colliguntur quingenti & octodecim, numero rotundo quingenti & viginti. Imo fumma annorum quingentorum & viginti erit plena, fi Ephekeri, aliàs Ophrateni, qui eft à Nino vigefimus octavus, tribuerimus annos non folos quinquaginta cum Eufebio,

sebio, sed quinquaginta duos cum Georgio Syncello. Cùm Assyrii secundæ dynastiæ, ii fuerint, à quibus defecerunt Medi; apparet, quòd *quum Assyrii annis quingentis viginti superiorem Asiam obtinuissent, primi Medi ab ipsis deficere cœperunt*; ut scripserat Herodotus lib. 1. cap. 95. Ab initio dynastiæ Arabum Babylonicæ, quam triginta reges Assyriorum exceperunt, colliguntur usque ad Medorum defectionem reges triginta sex, & anni mille ducenti septuaginta quinque, numero rotundo mille ducenti octoginta, quot numeraverat Castor Rhodius in suo regum Assyriorum catalogo. In chronicis Eusebii Sardanapalus, cujus imperium recusarunt Medi, est *Assyriorum rex XXXVI.* Notat autem Georgius Syncellus pagina 168. Eusebium sequi Castorem; *cujus testimonium producit dicentis, Reges Assyriorum regnasse annos* 1280. At sex reges hyperbolimæi, quos admisit Eusebius, amoverunt ex hac serie sex reges Arabes. Si annis mille ducentis septuaginta quinque adjiciamus annos viginti septem Arbacis elapsos à defectione usque ad fundatum à Dejoce regnum Medorum, habebimus summam annorum mille trecentorum duorum; imò & mille trecentorum quinque, si ex geminato Ctesiæ catalogo regum Medorum, dederimus Arbaci numero rotundo annos triginta, & pro quinquaginta tribus Dejocis posuerimus Madaucis Artiæ quinquaginta. *Ad Medos quippè translatum est* regnum Assyriorum *post annos fermè mille trecentos quinque*: ait S. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei, cap. 19. Sed lucem huic summæ eripiebat in primis Belus hyperbolimæus. Eòdem accedit Trogi epitomator Justinus lib. 1. §. 2. dicens quòd *imperium Assyrii mille trecentis annis tenuere*. Georgius Syncellus, qui, admissis undecim hyperbolimæis, numerat reges Assyriorum quadraginta & unum per annos mille quadringentos & sexaginta, rotundè assequitur summam annorum mille quadringentorum & quinquaginta quatuor, qui tribuuntur regibus quadraginta & uni à confusione linguarum & generali Noachidarum dispersione, quâ factâ, fundatum est à Nemrodo seu Poro regnum quod Assyrii obtinuerunt. Sardanapalus enim est à Poro quadragesimus primus, & dispersio Noachidarum contigit anno ante Christum natum 2190. ante cædem Sardanapali 1454. Inter undecim hyperbolimæos Georgii Syncelli est *Babius* qui regnavit annos 37. Et inter undecim qui numerantur à Poro, reperitur *Nabius* qui regnavit pariter annos 37.

Quod de Sanchoniathonis ætate scribit Porphyrius apud Eusebium lib. 1. & 10. Præp. Evang. omnino postulat nostrum canonem Assyriorum, secundum quem Belochus secundus regnavit ab anno ante æram Christianam 1279. usque ad annum ante eandem æram 1254. Is est Belochus, *cujus filia Atossa, quæ & Semiramis, regnavit cum patre annis XII.* ait laudatus Eusebius in suo chronico ad num. DLXXXII. Photius in Bibliotheca Cod. CLXXXVI. quo describit libellum narrationum Cononis, observat hunc auctorem referre εἰς Σεμίραμιν *ad Semiramidem*, ὅσα οἱ ἄλλοι περὶ Ἀτόσσης ἀσσυρίας ἀναγράφουσι, *quæcunque alii de Attosa Assyria scribunt*: quòd nempe esset *Atossa, quæ & Semiramis*. Tempus hujus Semiramidis congruit cum ætate Gedeonis, alio nomine dicti *Jorobaal*, per pleonasmum *Jerombaal*, seu *Jerombalus*. Hoc ergo tempore floruit Sanchoniathon, qui juxta Porphyrium erat Jerombalo æqualis, & ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονε τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος, ἢ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, ἢ κατ' αὐτούς γε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται. *fuit sub Semiramide Assyriorum regina, quæ ante Iliaca tempora, aut circa illa extitisse scribitur.* Inter varias epochas Ilii capti, Arundelliana quæ illigatur anno ante æram Christianam 1209. proximè accedit ad ætatem hujus Semiramidis. Remotior est, quam tenuerunt scriptores rerum Phœniciarum Menander Pergamenus & Lætus, ex quibus Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. conjicit *adventum Menelai in Phœnicem, post Trojam captam, in tempora Hirami & Salomonis*; adeò ut secundum istos scripto-

res

res Ilium captum fuerit ad fummum tempore Davidis, qui regnavit ab anno ante æram Chriftianam millefimo quinquagefimo octavo ufque ad annum ante eandem æram millefimum decimum octavum, quo cœpit regnare Salomon, ex dictis in hac fecunda differtatione, §. 1. num. 12. Id obiter obfervo, propter Teutami tempora quæ fecundum Ctefianas noftri canonis rationes cohærent ex parte cum temporibus Davidis. Ctefiana enim rerum Iliacarum monumenta quæ Diodorus excuffit, Trojanum bellum conjiciunt in ætatem Teutami. Quòd fi dicat Diodorus Teutamum regnaffe, *cùm plus mille annis Affyrii imperium Afiæ jam tenuiffent*, id non eft mirum: quandoquidem à prima hujus imperii fundatione factâ à Nemrodo colliguntur ufque ad Teutamum anni 1118. Videmus itaque omnes Affyriacorum temporum fupputationes quas accepimus five ab Herodoto, five à Ctefia & Diodoro, five à Caftore, five à Trogo & Juftino, five à Velleio Paterculo, five ab Eufebio, five ab Auguftino, five tandem à Georgio Syncello, inveniri in noftro canone, indéque illuftrari omnia tempora quæ ex Sacris Paginis colligimus à diluvio.

APPENDIX.

De Affyriorum Regibus, quorum meminit Scriptura Sacra.

88. CHaldaicorum & Affyriacorum temporum caliginem difcutiemus, fi ea illuftraverimus ex Sacris Paginis, in quibus nonnullos reperimus reges Affyriorum: Primus eft *Affur*, qui, prodente divino Mofe, *ædificavit Niniven, & plateas civitatis, & Chale; Refen quoque inter Niniven & Chale: hæc eft civitas magna*. Gen. X. 11. 12. Separato ab alienigenis populo Ifrael juffu Efdræ, Levitæ qui Deum pro omnibus implorabant, fummatim revocarunt ad captandam ejus mifericordiam memoriam laborum quos fuftinuerant & ipfi, & ipforum Reges, Principes, Sacerdotes, Prophetæ, Patres, omnifque populus, *à diebus regis Affur*. Dicebant enim: *Nunc itaque Deus nofter magne, fortis, & terribilis, cuftodiens pactum & mifericordiam, ne avertas à facie tua omnem laborem, qui invenit nos, reges noftros, & principes noftros, & facerdotes noftros, & prophetas noftros, & Patres noftros, & omnem populum tuum*, A DIEBUS REGIS ASSUR *ufque in diem hanc*. 2. Efdr. IX. 32. Omnis populus Ifrael eft à duodecim patribus feu patriarchis filiis Jacob, qui cùm natus fit anno ante Exodum trecentefimo quadragefimo quinto, vixeritque annis centum quadraginta feptem, dicendus eft æqualis Nino regi Affyriorum, qui juxta Ctefiam cœpit regnare anno ante Exodum trecentefimo fecundo. Hic Ninus eft rex Affur qui ædificavit Niniven, Ninum dictam à Græcis, id prodentibus inter alios Diodoro lib. 2. Biblioth. pag. 65. & Strabone lib. 2. Geograph. pag. 84. ac lib. 16. pag. 737. Hebraicum hujus urbis nomen נינוה *Nineve*, quod, dagheffatâ, ut aiunt, literâ *Nun* intermediâ, legi poteft *Ninnave*, eft *Nin habitatio*, feu *habitaculum* dictum *Nin*: quia habitaculum Hebraicè dicitur נוה *Nave*. Ex quo fequitur proprium hujus urbis nomen effe *Nin*, Græcâ terminatione Νῖνος. Ita Ninus rex Affyriorum τὴν πόλιν ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ Νῖνον. *civitatem vocavit nomine fuo Ninum*, ut fcribit laudatus Diodorus.

L 2 Occa-

Digitized by Google

Occasione terræ Sennaar, in qua Nemrod fundaverat regnum Babylonicum occupatum ab Assyriis, meminit Moses Assuris egressi de illa terra & ædificatoris Ninives. At inde non est putandum Ninum fundatorem regni Assyriaci fuisse vel ipsum Nemrodum, ut quidem censent; vel saltem non longè post Nemrodum eum regnasse, ut alii arbitrantur. Locum hunc explanans S. Pater Augustinus lib. 16. de Civit. Dei, cap. 3. *Quod verò*, inquit, *dictum est*, *de terra illa*, *id est*, *de terra Sennaar*, *quæ pertinebat ad regnum Nemroth*, *exiße Aßur*, *& ædificasse Ninivem*, *& alias quas contexuit civitates*: *longè posteà factum est*, *quod ex hac occasione perstrinxit*, *propter nobilitatem regni Assyriorum*, *quod mirabiliter dilatavit Ninus*, *Beli filius*, *conditor Ninivæ civitatis magnæ*: *cujus civitatis nomen ex illius nomine derivatum est*, *ut à Nino Ninive vocaretur*. Nota obiter Nilum quandoque significari Nini nomine; ut in vita Pythagoræ à Jamblicho conscripta, cap. 29. ubi διὰ τῆ Νείλε προσθέσεώς τε καὶ ἀφαιρέσεως *per Nini accrementa & decrementa*, quæ geometriæ necessitatem Ægyptiis attulerunt, intelligenda sunt incrementa & decrementa Nili. Nomen deducitur ab Ægyptiaco *Nun*: quia Nilum καλεῖται Αἰγυπτιστὶ Νοῦς *vocant Ægyptiacè Nun*: ait Horapollo lib. 1. Hierogl. 20. Sic dictum est hoc flumen ab immensa aquarum copia, quam libri Coptici passim vocan ΝΟΥΝ, & præmisso articulo, ϯΝΟΥΝ & ΠΙΝΟΥΝ.

89. Mosis temporibus Balaam agnovit potentiam Assyriorum, cùm dixit Cinæo: *Robustum quidem est habitaculum tuum*: *sed si in petra posueris nidum tuum*, *& fueris electus de stirpe Cin*, *quamdiu poteris permanere*? *Assur enim capiet te*. Num. XXIV. 21. 22. Apollodorus lib. 3. Biblioth. cap. 13. §. 3. memorat Κινύραν τὸν Ἀσσυρίων βασιλέα *Cinyram Assyriorum regem*. Ut *Hiram* est *Hirom*, ita *Cinyras* est *Cinyros*. Hoc regis Assyriorum nomen est Cinæorum dominatoris & capitis: quia vocibus Hebraicis קיני ראש *Kini-resh*, Chaldaicâ pronunciatione *Kini-resh*, significatur *Cinæum caput*, *Cinæus princeps*. *Cinyres* ille usque Cyprum celeberrimus ponitur ab Homero Iliad. λ. inter eos qui Trojana tempora illustrarunt; quòd is poeta soleat referre ad hæc tempora quoscumque antiquitatis Deos, Heroas, reges. Idem rex juxta Virgilium est *Belus*. Ait enim in primo Æneidos:

Tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, *& victor ditione tenebat*.

Belus seu *Bel* est Chaldaicum בעל *Beel*, Hebraicâ & Phœniciâ prolatione *Baal* ac *Bal*. Quem enim *Belum* etiam *Bal nominant*; ut jam pridem notavit Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autolycum. A *Bal* est *Balæus*, nomen regis Assyriorum, noni à Nino in nostro canone, & ipsi Balaamo æqualis. *Balæus* ergo est *Belus Cinyras*, rex Assyriorum, qui victoriam à Cinæis reportavit. *Cinæos* ponit Moyses inter populos, quorum terram possessuri erant posteri Abrahæ, juxta promissionem ipsi à Deo factam. Gen. XV. 19. Κιναῖοι περὶ Λίβανον *Cinæi circa Libanum* locantur ab Eustathio Antiocheno in Hexaemeron. Regionem circa Libanum, adeóque Cinæos in ditione sua habuisse Cinyram certum est. In hac regione erat *Byblus* civitas, de qua Strabo lib. 16. pag. 755. ait: ἡ μὲν οὖν Βύβλος τὸ τοῦ Κινύρε βασίλειον, ἱερά ἐστι τοῦ Ἀδώνιδος. *Byblus igitur fuit Cinyræ regia*, *in qua sacra sunt Adoridis*. Et Lucianus de Dea Syria scribit: *Cæterùm ex Byblo in Libanum ascendi*, *confecto diei unius itinere*, *cùm audivissem ibi esse antiquum Veneris templum*, *quod* Κινύρης εἵσατο *Cinyres fundavit*. Hunc Veneris cultum auctores habuisse Assyrios docet Pausanias lib. 1. pag. 27. cùm scribit de Urania, seu Venere Cœlesti: πρώτοις δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις κατέστη σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν. *Primis autem hominum Assyriis constitutum est colere Uraniam*. Idem docet & Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 27. dicens: *Adonin Solem esse non dubitatur*, *inspecta religione Assyriorum*, *apud quos Veneris Architis & Adonis maxima olim veneratio viguit*: *quam nunc Phœnices tenent*. Macrobium ibi loqui de Venere cultâ in monte Libano patet; cùm ibidem dicat ex-

Digitized by Google

expreſsè: *Simulacrum hujus Deæ in monte Libano fingitur*. Cognomentum *Architis* id etiam oſtendit, utpotè ſumptum ab *Arca*, urbe ſuper Libanum montem ſitâ inter Byblum & Heliopolim. Adhæc celeberrimum eſt in hiſtoria Conſtantini Magni ſubverſum ab eo templum Veneris, quod *circa montem Libanum & Adonim fluvium* ædificatum erat, teſtantibus Euſebio, Socrate, Sozomeno, aliiſque notatis à Bocharto lib. 2. de Phœnicum coloniis, cap. 14. Videmus ergo regionem circa Libanum quam tenebant Cinæi, fuiſſe in ditione & poteſtate Cinyræ regis Aſſyriorum, qui impuro Veneris Adonidiſque cultu aſtrinxit hos populos. Atque hinc elucet, cur auctor ille cultûs Adonidis dicatur ab Apollodoro genuiſse *Adonin*: & cur Adonis *Cinyreius heros* vocetur ab Ovidio lib. 10. Metamorph. v. 730. *Adonibezec*, nomen regis Chananæorum, quem armis ſubegerunt Judæi *poſt mortem Joſue*, Judic. I. 5. indicio eſt *Adonin* jam apud hos populos fuiſse in veneratione. Solebant enim gentiles, maximè reges, inſigniri deorum ſuorum nominibus. Sic *Nabo*, idolum Chaldæorum, Iſa. XLVI. 1. habet locum in *Nabonaſſaro*, *Nabopolaſſaro*, *Nabuchodonozoro*, *Nabonadio*, nominibus regum Babylonis. Sic *Baal* ſeu *Bal*, idolum Chananæorum, nomen fecit Tyriorum regibus, *Abibalo*, *Baleazaro*, *Ithobalo*, *Baalo*, *Ecnibalo*, *Balatoro*, *Merbalo*. Inde quoque Punica nomina *Annibal*, *Aſdrubal*, *Adherbal*, *Maharbal*. Sic *Abdaſtartus* & *Aſtartus*, alii reges Tyriorum, Aſtartique Pater *Delæaſtartus*, nomen habent ab *Aſtarte* Tyriorum, Sidoniorúmque deâ. Alia & alia exempla poteſt quivis obſervare in multis aliarum gentium nominibus, maximè Ægyptiorum, Græcorum & Romanorum, quæ ſunt notiora. Videtur etiam in *Adonibezec* expreſsus Ἄδωνις λάμπων *Adonis fulgens*, ita vocatus in Orphico ſuffimento. Nam אדני בזק *Adoni-Bezec* eſt ad verbum *Adonis fulgurius*: quia Hebraicum בזק *Bezec* ſignificat *fulgur*. Niſi quis velit nomen hoc alludere ad fabulam de Adoni fulmineis apri dentibus interſecto. Certè Ovidius lib. 10. Metamorph. Fab. 10. verſ. 550. Venerem inducit de fuga monentem Adonin, quia

Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.

Et lib. 1. fab. 7. v. 305. *vires fulminis apro* tribuit. Sed & lib. 8. fab. 4. v. 289. ubi canit de Apro Calydonio:

Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent.

Nempè *Aper* (ut ait Apuleius lib. 7. Metamorph.) *exſurgit dentibus atritu ſonaci ſpumans, oculis adſpectu minaci flammeus, impetu ſævo frementis oris totus fulmineus*: quia *incendio feritatis ardeſcens beſtia, dente compulſo, quem primùm inſiliat contabunda, rimatur*. Eódem ſpectat illud Martialis lib. 11. Epigr. 70.

Fulmineo ſpumantis apri ſum dente petita.

Statius in ſecundo Achilleidos dixit ſimili loquendi modo *fulmineos ſues*, quos Oppianus in primo de venatione vocat πυρώτας κάπρους *igneos apros*. Sed quidquid ſit de hujuſmodi alluſione, tempus *Adonibezeci* notatum in ſacris paginis eſt poſterius ætate Cinyræ ſeu Balæi regis Aſſyriorum, qui cultum Adonidis in Syriam & Phœniciam invexit. Regnavit enim Balæus ex noſtro Canone ab anno ante æram Chriſtianam 1491. uſque ad annum ante eandem æram 1439. Joſue verò, poſt cujus mortem memoratur *Adonibezec*, præfuit Hebræis per annos, ut docet Joſephus, viginti quinque, qui ſecundum noſtram chronologiam colligendi ſunt ab anno ante Chriſtum natum 1454 uſque ad annum ante eandem epocham 1429.

90. Balæi ſucceſsor *Mamitus* eſt per aphæreſin *Amitus*, ſicut in libris Copticis *Magog* eſt *Agog*, & in editione Græca ſeptuaginta Interpretum *Meſorach* poſitus pro *Neſroch*, idolo Aſſyriorum, 4 Reg. XIX. 37. eſt *Aſarach*, Iſa. XXXVII. 38. Amiti nomen deductum à Chaldaico עמי *Ami*, quod atrum & obſcurum ſignificat,

ficat, respondet nomini כוש *Chus*, à quo niger atérque כושי *Chusi* dicitur tam Hebræis quàm Chaldæis. In prophetia Habacuc cap. 3. v. 7. ponitur כושן *Chusan* pro *Chus*: quemadmodùm שירן *Siran*, unde *Sirenes*, ponebatur à Phœnicibus pro Hebraico שיר *Sir*. Sic Amiti seu Mamiti nomen significat idem quod *Chusan*. Ætas Mamiti regis Assyriorum, adeóque regis Mesopotamiæ, quæ fuit una ex præcipuis Assyriæ regionibus, cohæret cum ætate Othonielis, primi Judicis Hebræorum, à quo debellatus est *Chusan Rasathaim*, ille Mesopotamiæ rex, cui servierunt Hebræi octo annis, Jud. III. 8. 10. Hebraicæ voces רש עתים *Rosh-ittim*, Chaldaicâ prolatione *Resh-ittim*, quas vulgò legimus *Rasathaim*, significant *principium temporum*. Quòd enim רש *Rosh*, eliso *Aleph*, ponatur pro ראש, id non est mirum: cùm similis elisio eluceat in aliis vocibus absque ullâ prolationis & significationis mutatione, ut in ברות *Boroth* cisternæ pro בארות, in תמים *Tomim* gemelli pro תאמים, in צנה *Tsone* oves pro צאן *Tson*. Itaque כושן רש עתים *Chusan Rosh-ittim* est *Chusan principii temporum*, sic vocatus quasi alter Chus, qui filius Chami & genitor Nemrodi, primi regis Babyloniorum, fuit in principio temporum reparati post diluvium mundi. Ut pater Chusi prioris vocabatur per antonomasiam Belus seu Balæus; (hoc enim nomine donatum à Chaldæis Chamum vidimus) ita pater Chusi posterioris: quandoquidem Mamitus, Chusus posterior, fuit Balæi filius. Quin etiam sicut Belus adumbrans Chamum habitus est Jupiter, ita Belus referens Cinyram, seu principem Cinæum; nam Διὸς Κιναίου *Jovis Cenæi* seu *Cinæi* meminit Apollodorus lib. 2. cap. 7. §. 7.

91. Inferiori ævo celebris in regibus Assyriorum fuit *Phul*, cui Manahemus rex Israel contulit tributum. Is ex nostro Canone est *Acraganes*, vigesimus nonus rex Assyriorum, Manahemo æqualis. *Acraganes* per metathesim est *Acarganes*, sicut κραδία *cor* est καρδία, θράσος *fiducia* est θάρσος, κράτος *robur* est κάρτος. Chaldæis עקר גנז *Aqr-ghenaz*, & Hebræis *Oker-ganaz* dicitur vastans ærarium, avellens asportánsque divitias, qualis fuit Assyriorum rex *Phul*: quia *veniebat Phul rex Assyriorum in terram, & dabat Manahem Phul, mille talenta argenti; ut esset ei in auxilium, & firmaret regnum ejus. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus & divitibus, ut daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos: reversusque est rex Assyriorum, & non est moratus in terra.* 4. Reg. XV. 19. 20. Pro Acragane Ocrazapem habet Eusebius: quia עקר זהב *Oker-zahab*, asportans aurum, est עקר גנז *Oker-ganaz*, asportans divitias. Χρυσάορος *aureum ensem habens* est epithetum grassatoris Apollinis, gladium ad diripiendum & expilandum distringentis. Ἀπόλλωνος Λαρισσηνοῦ *Apollinis Larisseni* meminit Strabo lib. 13. pag. 620. *Resen*, magnam Assyriorum urbem, quam Moses locavit, *inter Ninven & Chale*, Gen. X. 12. esse Λάρισσαν Xenophontis præclarè observat Bochartus lib. 4. Geograph. Sacræ, cap. 23. *Apollo* est à *Pol*, quemadmodum *Athothis* Ægyptiorum est ab eorum *Thoth*, אבטחים *Abattichim* Hebræorum quod significat pepones, est ab Arabum בטיך *Battich*, & *Polydorus* seu *Polodorus* Lacedæmoniorum celebratus à Pausania lib. 3. pag. 162. est *Apollodorus* apud eundem auctorem lib. 4. pag. 244. Sic *Apollo Larissenus* potest exponi פול לרסן *Pol leresen*, hoc est *Pol* seu *Phul Resenus*. Nomen *Pol*, quod etiam est *Pal*, sicut Phœnicum *Hirom* est *Hiram*, & Ægyptiorum ιωм *Jom* significans mare est Hebræorum ים *Jam*, usurpatum esse à nonnullis regibus Assyriorum, æquè ac nomen idoli *Nabo*, manifestum est: nam reges Assyriorum fuêre *Nabo-Pol-Assar*, *Theglath-Phal-Asar*, *Sardanapalus* sive *Sardana-Pal*, *Eupales* qui est *Pal*, sicut *Euphrates* est פרת *Phrath*, Massoreticâ pronunciatione *Perath*. Apollodorus lib. 2. cap. 4. §. 4. mentionem facit Τευτάμιδος τοῦ Λαρισσαίων βασιλέως *Teutamii Larissæorum regis*, qui videtur æquè restituendus Assyriis ac *Apollo Larissenus*; quia *Teutamus* fuit rex Assyriorum, vi-

gesimus

Digitized by Google

gesimus à Ninya Nini Semiramidisque filio; ut jam notatum est. Hanc tamen conjecturam accipiat quisque, ut voluerit: cùm inter reges qui Larissam non Assyriorum sed Pelasgorum tenuerunt, *Teutamides* Amyntoris filius ponatur à Dionysio Halicarnasseo lib. 1. Antiq. Roman. & Homerus Iliad. β. vers. 843. Pelasgorum qui ad Ilium militarunt, duces faciat Hippothoum & Pylæum filios Πελασγοῦ Τευταμίδαο *pelasg: Teutamida*.

91. *Theglath-Phal-asar rex Assur* est primus, quem reperimus post Phulem, 4. Reg. XV. 29. Idem lib. 1. Paralip. cap. 5. v. 26. & lib. 2. cap. 28. v. 20. vocatur *Thelgath-Phal-nasar*, vel, ut pronunciant Hebræi, *Tilgath-Pil-neser*. Assyriæ regem *Tilgamum*, Sacchori Assyriorum regis nepotem, memorat Ælianus lib. 12. de Animalibus, cap. 21. ubi fabulatur aquilam eum adhuc infantem tulisse in hortum quendam & ibi mollissimè deposuisse: quasi nempè *Tilgathpilnesor* sit Chaldaicâ expressione טלי גן פלא נשר · *Tele-gan pele-neser*, hoc est, *Infans horti*, *miraculum aquilæ*. Doctissimus Bochartus lib. 2. de Phœnicum coloniis cap. XI. observat *Tilgami* nomen in hac Æliani fabula alludere ad Chaldaicas voces טלי גן *Tele-gan*, seu *Teli-gan*, ut ipse legit, quæ significant *infantem horti*. Nos, ut observatio planè quadret in *Tilgathpilneserum*, addimus allusionem nominis *Pilneser* ad Chaldaicas voces פלא נשר *Pele-neser*, quæ significant *miraculum aquilæ*. Innumeræ sunt nominum allusiones, quæ ansam præbuerunt antiquorum fabulis. Interim videmus profanas antiquitates novisse *Tilgatpilneserum* seu *Theglathphalasarum* Scripturæ Sacræ, ac præterea servasse nobis nomen ejus avi, quod est *Sacchoros*, vel certè *Bacchoros*, sicut Σαισάρα *Saisara* filia Celei, memorata Pausaniæ lib. 1. pag. 71. est eidem Βαισάρα *Baisara*, pag. 70. Ut beneficio istius nominis aperiamus connexionem regum Assyriorum Scripturæ Sacræ cum regibus Assyriorum canonis Ctesiani, debemus observare, quod alibi etiam monuimus, literas Β & Φ frequentissimè permutari: ita ut *Bacchoros* sit *Phacchoros*, sicut Βρύγες sunt Φρύγες, Βίλιππος est Φίλιππος, Βερενίκη est Φερενίκη, *Balena* est φάλαινα. Notum est etiam poni aliquando Σ pro Φ, & è contrà Φ pro Σ; ut cùm dicitur Ἰωσὺφ pro Ἰωσὺς, & *Chuph* pro *Chus*, quem vidimus eundem cum Kepheo, seu Cepheo. Præterea sicut civitas Ægypti Hebræis dicta מוף *Moph*, Coptis est ⲘⲈϤⲒ *Mephi*, Græcis *Memphis*: *Mosoch*, Japhethi filius, est *Mesech*: *Moloch*, idolum Ammonitarum, est *Molech* & *Milech*; vocalibus O & E invicem permutatis: ita *Phacchoros* est *Phaccheres*, imo *Phecheres*, sicut *Sarapis* est *Serapis*. Denique sicut *Busus* insula memorata Dionysio Geographo, est *Ebusus*: *Cupt*, seu *Gupt*, est *Ægyptus*: ita *Phecheres* est *Ephekeres*. En nomen regis Assyriorum, quem Ctesias numeravit vigesimum octavum à Nino, & cujus nepos fuit Sardanapalus, quem proinde facimus eundem cum Tilgamo, seu Theglathphalnasaro: prout etiam calculus postulat. Imò sicut המון נא *Amon-no*, civitas Ægypti, memorata Ezechieli, cap. XXX. v. 15. est נא אמון *No-Amon* juxta Nahumum cap. III v. 8. ita *Sardana-pal* est *Pal-danasar*. Ut autem *Phalnasar* seu *Palnasar* est *Pilneser*, ita *Paldanasar* est *Pildineser*. Atqui Hebraicum nomen פל·נשר *Pil-neser* est Chaldaicum פל די נשר *Pil-dineser*: quia vocula די *Di* usurpatur à Chaldæis ad indicandum Genitivum. Sic Dan. VII. 4. *alæ Aquilæ* Chaldaicè dicuntur גפין די נשר *Gappin di-neser*, quas Hebraicè diceremus גפי נשר *Gappe neser*, vel כנפי נשר *Canphe neser*, eo modo quo dicimus כנפי נשרים *Canphe nesarim* alas Aquilarum, Exod. XIX. 4. Erat Aquila symbolum regis Assyriorum & Babyloniorum. Sic Ezechielis capite XVII. v. 3. *Aquila grandis magnarum alarum*, *longo membrorum ductu*, *plena plumis*, *& varietate*, quæ *venit ad Libanum*, *& tulit medullam cedri*, significat ex versu 12. *regem Babylonis*, qui *venit in Jerusalem*, nempè Nabuchodonosorum. Sic de eodem Nabuchodonosoro, vastaturo Moabitas & Idumæos prædictum fuerat:

Ecce quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. Jerem. XLVIII. 40. *Ecce quasi aquila ascendet, & avolabit: & expandet alas suas super Bosran.* Ibid. cap. XLIX. 22. Sic in visione Danielis de quatuor bestiis quatuor regna designantibus, *prima* quæ *alas habebat aquilæ*, Assyriorum & Babyloniorum regnum adumbrabat. Dan. VII. 4. Nempe *Aquila inter aves regnum tenet*, ut ibidem ait D. Hieronymus: & rex *appellatur avium*, ut ait Plinius lib. 10. Nat. Hist. cap. 74. Unde Kimchius in Ezechielis caput XVII. jam laudatum ait: הנשר הוא משל לנבוכדנצר מלך בבל כי הנשר מלך העופות וכן נבוכדנצר היה מלך על כל מלכי הארץ: *Aquila est Symbolum Nabuchodonosori regis Babylonis: quia sicut Aquila est rex avium, ita Nabuchodonosor fuit rex omnium regum terræ.* Sciunt linguarum Orientalium periti literas *Samech*, *Tsade* seu *Sade*, *Scin* & *Sin*, homogeneas esse ac sæpè promiscuas; ideóque communiter reddi ab antiquis per literam S. Hinc nihil mirum, si Hebræo-Chaldaicum aquilæ nomen נשר *neser*, quod scribitur per *Sein*, & debet proferri *nescer*, reperiatur in cognominibus regum Assyriorum & Babyloniorum modò cum *Samech*, modò cum *Sade*. *Scin* scripsi more Italorum: nam Galli scribunt *Schin*. Itaque cognomen *Nefer*, aliâ prolatione *Nesar*, aliâ *Nasar*, aliâ *Nosor*, tributum est his regibus ob eorum insigne, quod erat Aquila. Tales fuerunt *Theglathphalasar*, seu *Thelgath-Phal-Nasar*, aliàs *Tilgath-Pil-Neser: Salma-Nasar*, aliâs *Salma-Neser*: *Nabo-Nasar*: *Nabuchodo-Nosor*, aliàs *Nebuchad-Nesar*: *Nabo-pollasar*, qui est *Nabo-Pol-Nasar*, sicut *Theglath-Phal-Asar* est *Thelgath-Phal-Nasar*.

93. Aliud Sardanapali Thelgathphalnasarum adumbrantis nomen, notatum cumprimis ab Eusebio & Georgio Syncello, est *Tonos-concoleros*, seu *Ton-oscon-col-eros*, quasi is Hebraicâ expressione fuerit ארון השכן כל ארץ *Adon-ascan-col-eres*, hoc est, *Dominus habitatoris universæ terræ*. Ut enim κίταρις est κίδαρις, posito T pro D; ita *Aton* est *Adon*. Neque mirum vocem *Adon* transisse in *Don* seu *Ton*: nam præter varia exempla hujusmodi aphæreseos, quæ possunt proferri, nota est è Plauti Pœnulo vox *Doni* pro *Adoni*, hoc est, *Domine mi*. Cùm sacræ paginæ nos doceant Theglathphalasarum cepisse Galilæam ac universam terram Nephthali, 4. Reg. XV. 29. & Hebraica vox גלילה *Galilah* significet non tam Galilæam, Palæstinæ regionem, quàm tractum quemcumque; Hebraicum verò נפתלים *Nephthalim* reluctantes quoscumque denotet: non est mirandum, si quispiam rerum Assyriacarum amplificator legens hunc regem cepisse את הגלילה כל ארץ נפתלי *eth-hagalilah col eres Naphthali*, hoc est, *Galilæam*, *universam terram Nephthali*: putaverit eum in ditionem suam redegisse את הגליל הכל ארץ נפתלים *eth-hagalil hacol eres niphthalim*, hoc est, *tractum universæ terræ reluctantium*, seu regiones omnium repugnantium & obsistentium ejus dominio, atque ita fuisse *Dominum habitatoris universæ terræ*. Adde quòd imperium Assyriorum ob immensam regionum magnitudinem nomine *orbis* intelligitur, Isa. XIII. 11. quemadmodum & imperium Romanum dicitur *universus orbis*, Luc. II. 1. & *Roma caput orbis terrarum*, apud Livium Dec. 1. Lib. 1. cap. 16. item *caput mundi* apud Ammianum Marcellinum lib. XIV. & Romanorum Imperator Aurelianus Augustus apud Flavium Vopiscum in Firmo, se dicit fugasse, obsedisse, cruciasse, occidisse hunc tyrannum, *pacato undique gentium toto quà patet orbe terrarum.*

94. Catalogum regum Assyriorum terminavit Ctesias in suo Sardanapalo seu Paldanasaro, volens ab Assyriis transire ad Medos, ex quo isti jugum illorum dejecerunt à cervicibus. Non est tamen existimandum hunc Sardanapalum fuisse ultimum Assyriorum regem memoratum in historia prophana. Eusebius in Chronico Græco & Georgius Syncellus in sua chronographia referunt fragmentum insigne Castoris Rhodii, ex quo constat Ninum juniorem obtinuisse regnum Assy-

riorum

Digitized by Google

riorum post Sardanapalum, à quo Medi defecerunt, ac regnasse annos novemdecim, quos ex nostro canone debemus ducere ab anno ante æram Christianam septingentesimo trigesimo sexto usque ad annum ante eandem æram septingentesimum decimumseptimum. Intra illud tempus regnavit ex Sacris Paginis Osee rex Israel, adeóque *Salmanassar rex Assyriorum*, qui, Oseâ debellato, & Samariâ captâ, *transtulit Israel in Assyrios, collocavitque eos in Halz & in Habor fluviis Gozan in civitatibus Medorum*. 4. Reg. XVIII. 9. 11. Ut Ninum juniorem in Salmanasaro inspiciamus, nec miremur civitates Medorum sub ditione ejus fuisse post Medorum defectionem, observandum est Ctesiam, qui notavit unicum Ninum, junioris gesta confudisse cum gestis antiquioris. Diodorus Siculus, qui rem narrat ex Ctesia, tradit lib. 2. pag. 62. Ninum auctiorem factum subiugasse Pharnum Mediæ regem, & amicorum uni Mediæ satrapiam commisisse. Φάρνος est Φάρναξ, sicut μύρμος formica est μύρμαξ, σμίλος taxus arbor est σμίλαξ, σκύλος catulus est σκύλαξ, λίθος lapis est λίθαξ, νέος juvenis est νέαξ. Pharnacis Medi meminit Velleius Paterculus in primo Historiarum, ubi colligens annos à Medorum defectione lapsos usque ad M. Vinicii consulatum, quo scribebat, ait de Assyriorum imperio: *Translatum est ad Medos, abhinc annos fermè septingentos septuaginta: quippè Sardanapalum, eorum regem . . . Pharnaces Medus imperio, vitaque privavit*. M. Vinicii consulatus signat in Fastis annum æræ Christianæ trigesimum: cúmque Ninus junior, Sardanapalo à Pharnace interempto, inierit regnum anno ante eandem æram septingentesimo trigesimo sexto; clarum est colligi à Sardanapali casu usque ad Vinicii consulatum annos fermè septingentos septuaginta. En ergo Pharnacem Medum temporibus Nini junioris qui in interfecti Sardanapali locum successit. En illum quidem rebellem, per quem Medi desciverunt ab imperio Assyriaco, sed cujus ætatem contingunt tempora Salmanasari Mediam obtinentis; quia junior iste Ninus, Mediam, Pharnace debellato, recuperavit.

95. Ctesiæ de Nino rege Assyriorum historia, quæ juniorem cum antiquiore confudit, fecit, ut Sardanapali cædes tribuenda Pharno seu Pharnaci ex Velleio Paterculo, vulgò refundatur in Arbacem patrem Madaucis, quem Phraortem patrem Dejocis jam ostendimus. Confudit etiam Ctesiana historia regem Assyriorum à quo primùm desciverant Medi, cum altero rege Assyriorum, contra quem congressi Medi Ninum urbem expugnaverunt. Non enim Arbaces, sed Cyaxares Dejocis nepos, Arbacis pronepos, expugnavit hanc regiam Assyriorum; ut refert Herodotus lib. 1. cap. 106. in quo eum cum sacris paginis optimè convenire notum est. Confusioni ansam præbuit *Arbianes Artynes*, pater Arsæi, planè idem cum Phraorte seu Aphraarte, patre Cyaxaris. Hoc enim nomine donabatur etiam pater Dejocis; nec nisi diversa terminatio Græca fecit, ut *Arbianes* & *Arbaces* videantur diversa nomina, prout observavimus in hac secunda dissertatione, num. 82. Ælianus lib. 6. Variorum cap. 2. cùm juvenem, quendam proprio ejus nomine suppresso celebrasset, ait: πατρόθεν οὖν τὸν νεανίαν προεῖπον κυδαίνων αὐτὸν Ὁμηρικῶς· τὸ δὲ ὄνομα αὐτοῦ εἴ τῳ ἐπιμελὲς εἰδέναι, ἀλλαχόθεν εἴσεται. *Patris igitur nomine juvenem appellavi, celebrans eum Homericè: si quis autem accuratum illius nomen scire desiderat, aliunde noscet*. Quod de illo juvene fecit Ælianus, hoc de Cyaxare seu Arsæo Arbianis sive Arbacis filio fecit Nicolaus Damascenus lib. 1. Historiarum, in cujus excerptis editis à Valesio legimus: ὅτι ἐπὶ Ἀρβάκου τοῦ βασιλέως Μήδων, τοῦ διαδόχου Σαρδαναπάλλου τοῦ Ἀσσυρίων βασιλέως, ἦν ἐν Μήδοις τότε κατά τε ἀνδρείαν καὶ ῥώμην δοκιμώτατος Παρσώνδας. *quòd sub Arbace rege Medorum, successore Sardanapali Assyriorum regis, erat in Media Parsondas animi magnitudine & robore insignis*. Certè hujus Parsondæ historiam contigisse sub Arsæo expressè tradit Diodorus lib. 2. pag. 84. Confusionem auxit duplex

plex Sardanapalus. Alium quippè Sardanapalum fuisse ab eo, de quo jam sum locutus, inferiùs ostendo. E tanta personarum, historiarúmque confusione prodiit, quod Diodorus lib. 2. pag. 80. scribit de Sardanapalo rege obviam ituro Arbacis conatibus: *Exinde rex Salæmeni uxoris fratri imperio castrensi tradito, urbis defendendæ curam sibi delegat. Sed rebelles collata primùm in campis, mox ante urbem acie, bis regios fundunt; & interfecto Salæmene, hostium alios in fuga concidunt, alios ab ingressu urbis exclusos in Euphratem præcipites agunt, paucisque exceptis, totum internecione exercitum delent.* Ut obsidio & expugnatio Ninives à Medis facta referenda est ad ætatem Cyaxaris; ita quæ obsidionem hanc importavit, exercitûs Assyriorum profligatio. Sed quòd Sardanapalus à quo Medi primùm defecerant, castrense imperium tradiderit sororio suo Salæmeni, id duci exercitûs à Cyaxare profligati nullatenùs convenit. *Salæmenes* ergo, seu *Salmenes*, imo *Salmanes*, sicut *Calachene* & *Adiabene* sunt apud Strabonem *Calachane* & *Adiabane*, videtur *Salmanasar*, rex Assyriorum, Hebræis *Salmaneser*, quem Sardanapalo Thelgathphalnasarum adumbranti successorem damus Arbacis tempore. Et nomen, & tempus, & lòcus, & cognatio, & dignitas, & potestas personæ id nobis suadent; cùm nullum reperiamus Sardanapali filium qui paternum imperium tenuerit, certúmque nobis sit imperium Assyriorum non desiisse in illo Sardanapalo. Primò nomen id nobis suadet: quia שלמנאסר *Salmanaser*, eliso per apocopen *Resh* finali, est שלמנאס *Salmanes*, & pronunciato *Sceva*, *Salemanes*. Ejusmodi elisionis multa sunt exempla. Sic Chaldæis dicitur זוטא *Zuta* parvus à זוט *Zut* pro זוטר *Zutar*: גורא *Guda* sepes à גוד *gud* pro גודר *gudar*. Sic ex Chaldæo זונר *zonar* est Græcum ζώνη zona, quasi ex זון *zon*. Sic ex Hebræo בקר *bacar* est latinum *vacca* quasi ex בק *bac*. Secundò tempus: nam *Salæmenes*, positâ Vellejana defectionis Medorum epochâ, pertinet ad ætatem Salmanasari. Tertiò locus: quia Assyrius erat *Salæmenes*, Assyrius Salmanasar. Quartò cognatio regia: quia *Salæmenes* erat frater uxoris Sardanapali regis. Quintò dignitas & potestas: quia Sardanapalus ipsi dederat imperium castrense, quo monarchiam habebat in manibus.

96. *Mortuo Salmanasar rege, regnavit Sennacherib filius ejus pro eo*. Tob. I. 18. Mortuo Sennacherib, *regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo*. 4. Reg. XIX. 37. *Sennacherib* est *Sanacharibus* rex Arabum & Assyriorum, quem celebrat Herodotus lib. 2. cap. 141. & cujus meminit Berosus apud Josephum lib. 10. Antiquit. cap. 1. *Asarhaddon* est *Assaradinus*, qui Babylone regnavit annis tredecim notatis in Canone mathematico regum Babyloniorum. Ut planiora fiant tam Sennacheribi quam Asarhaddonis tempora, cæterorúmque regum Assyriorum, subjicio tabulam, in qua describo annos regum Judæorum, Babyloniorum, Assyriorum & Medorum, à tempore Salmanasaris usque ad annum quartum Joakimi filii Josiæ, quo Nabuchodonosor iniit regnum Babyloniorum. Nam Jeremias cap. XXV. v. 1. dicit de *anno quarto Joakim filii Josiæ regis Juda*: *Ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis*.

RE-

Digitized by Google

R E G E S

Anni ante æram Chri.	Judæorum:	Babyloniorum:	Assyriorum:	Medorum:	Anni æræ Nabonassari.
736	Achaz	Nabonasar	Salmanasar 19	Arbaces	12
733		Nadius 2			15
731		Chozinus & Porus 5			17
726		Jugæus 5			22
724	Ezechias 29				24
721		Mardokempadus 12			27
717			Sennacherib 9		31
709		Arkianus 5		Dejoces 53	39
708			Asarhaddon 41		40
704		Interregnum 2			44
702		Belitus 3			46
599		Apronadius 6			49
695	Manasses 55				53
693		Rigebelus 1			55
692		Mesesimordacus 4			56
688		Interregnum 8			60
680		Asaradinus 13			68
667		Saosduchinus 20			81
656				Phraortes 22	92
547		Chyniladanus 22			101
640	Amon 2				108
638	Josias 31				110
534				Cyaxares 40	114
625		Nabopolassarus 21			123
607	Joachaz mens. 3				141
607	Joakim 11				141
604		Nabuchodonosor 43			144

97. Ex

Digitized by Google

97. Ex annis Ezechiæ regis Juda intelligemus annos expeditionis Sennacheribi regis Asſyriorum. *Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Aſſyriorum ad universas civitates Juda munitas, & cepit eas*. 4. Reg. XVIII. 13. & Iſa. XXXVI. 1. Inter munitas civitates Juda habebat locum Azotus, ex quo Ozias seu Azarias eam Philiſtæis ereptam munierat. 2. Paral. XXVI. 6. *Tharthan* erat unus adminiſtratorum belli à Sennacheribo suſcepti, 4. Reg. XVIII. 19. Quocircà annus Ezechiæ decimusquartus, quo ſuſceptum eſt hoc bellum, eſt *annus, quo ingreſſus eſt Tharthan in Azotum; cùm miſiſſet eum Sargon*, ſeu Sennacherib, *rex Aſſyriorum, & pugnaſset contra Azotum, & cepiſset eam*. Iſa. XX. 1. Subjungit propheta ſe *in tempore illo* nudum ac diſcalceatum incedere juſſum à Domino, qui dixit: *Sicut ambulavit ſervus meus Iſaias nudus, & diſcalceatus*, TRIUM ANNORUM SIGNUM *& portentum erit ſuper Ægyptum, & ſuper Æthiopiam: ſic minabit rex Aſſyriorum captivitatem Ægypti, & tranſmigrationem Æthiopiæ, juvenum & ſenum, nudam & diſcalceatam, diſcoopertis natibus ad ignominiam Ægypti*. Æthiopiam Orientalem hic debemus intelligere, ſive terram Chus ad Orientem Ægypti ſitam, in qua eſt *via Ægypti* memorata eidem Prophetæ cap. X. v. 24. 26. ſeu *iter Aſſyrii redeuntis de Ægypto Jeruſalem*, ut ad hunc locum ait D. Hieronymus. Reapſe cùm *Sennacherib rex Aſſyriorum* miſiſſet *Tharthan & Rabſaris & Rabſacen de Lachis ad regem Ezechiam, cum manu valida, Jeruſalem*: Ægyptiacâ expeditione inflatus Rabſaces dixit Ezechiæ admiſſionalibus: *Loquimini Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus, rex Aſſyriorum: Quæ eſt iſta fiducia, qua niteris?* . . . *An ſperas in* BACULO ARUNDINEO ATQUE CONFRACTO ÆGYPTO, *ſuper quem ſi incubuerit homo, comminutus ingredietur manum ejus, & perforabit eam? Sic eſt Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in ſe*. 4. Reg. XVIII. 19. 21. Iſa. XXXVI. 4. 6. De Ægyptiacâ Sennacheribi expeditione loquuntur Herodotus, Beroſus, & Joſephus ſuperiùs appellati. Horribilis ſtrages, quâ cæſa ſunt ab Angelo centum octoginta quinque millia Aſſyriorum in caſtris Sennacheribi, contigit primâ nocte poſt reverſionem ejus adverſus Jeroſolymam. Stragem ſecuta eſt fuga in Niniven, ubi demum interfectus eſt à duobus filiis. Marſhamus ad ſæculum XVII. ſui Chronici canonis incertum putat, quandiu poſt reditum vixerit Sennacheribus. At Liber Tobiæ nos docet eum ibi fuiſſe occiſum poſt dies quadraginta quinque ſui reditûs. Legimus enim Cap. I. v. 21. & 24. *Cùm reverſus eſſet rex Sennacherib, fugiens à Judæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blaſphemiam ſuam* . . . *poſt dies quadraginta quinque occiderunt regem filii ipſius*. Hos dies ὀλίγον χρόνον *exiguum tempus* vocat Joſephus lib. 10. Antiquitat. cap. 1. Jam facilè illuſtratur annus mortis Sennacheribi. Cùm enim expeditio ejus *trium annorum ſignum & portentum* fuerit, cœperitque *anno decimoquarto regis Ezechiæ*: manifeſtum eſt annum decimumſextum ejuſdem regis fuiſſe tertium hujus expeditionis, adeóque regni Sennacheribi ultimum.

98. Narratâ in ſacris paginis expeditione à Sennacheribo ſuſceptâ, narratâ & ſtrage ejus exercitûs, quæ tandem ipſum dedit in fugam, dicitur: *In diebus illis ægrotavit Ezechias uſque ad mortem*. 4. Reg. XX. 1. Et Iſa. XXXVIII. 1. Erat annus decimusquintus ejus regni, & decimusquintus antequàm obierit: quia prorogationem vitæ ad *quindecim annos* impetravit à Deo, & canticum pro recuperata ſanitate concinens dixit ſe *in dimidio dierum* ſuorum. Dimidium enim dierum regni Ezechiæ fuit annus ejus decimusquintus: quia *viginti novem annis regnavit in Jeruſalem*. 4. Reg. XVIII. 2. Jam quidem expeditionem ſuam inceperat Sennacheribus, ſed eam nondum abſolverat. Ideóque *hæc dicit Dominus Deus Ezechiæ: Addam diebus tuis quindecim annos: ſed &* DE MANU REGIS ASSYRIORUM LIBERABO TE, *& civitatem hanc, & protegam urbem iſtam, propter me, & propter David ſervum meum*.

mum. 4. Reg. XX. 6. Et Ifa. XXXVIII. 5. 6. Neque obftat quòd priùs narretur Sennacheribi reditus quàm Ezechiæ ægrotatio. Ne enim inftitutum de expeditione Sennacheribi argumentum intermitteret divinus fcriptor, ad morbum Ezechiæ non divertit. Cùm ergo ait: *In diebus illis ægrotavit Ezechias*: non eft intelligendus de tempore mortis Sennacheribi, fed de diebus feu temporibus expeditionis ejus, puta de anno Ezechiæ decimoquinto in fecundum, adeòque medium expeditionis Sennacheribi competente. Hoc fcribendi genere nihil frequentius in facris paginis: adeò ut nullo prorsùs fundamento contendat Petavius non Sennacheribum, fed Afarhaddonem, fucceſſorem ejus, defignari his verbis: *Sed & de manu regis Affyriorum liberabo te*.

99. Reductum ad falutem ægrum Ezechiam cùm narraſſet Jofephus lib. 10. Antiquit. cap. 3. mox fubjunxit: ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συνέβη τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν ὑπὸ Μήδων καταλυθῆναι. *In illo tempore contigit Affyriorum imperium à Medis diffolvi.* Annus regni Ezechiæ decimusquintus, quo gravis ejus morbus contigit, expletus eft ex noftris calculis anno ante æram Chriftianam feptingentefimo nono, quo rex à Medis renunciatus eft Dejoces. Amplam occafionem excutiendi jugum Affyriacum nacti erant illi populi in Judaica & Ægyptiaca Sennacheribi expeditione, quippè quæ ingentes Affyriorum copias longè a Mediâ removerat, & in alios populos ftruebat. Eis exemplo erant Babylonii, qui fe in libertatem vendicaverant, & habebant fuum regem. Certè *in tempore illo mifit Merodach Baladan, filius Baladan, rex Babylonis libros & munera ad Ezechiam: audierat enim, quòd ægrotaffet, & convaluiffet*. Ifa. XXXIX. 1. Pro *Merodach Baladan* verfio Græca legit Μαρωδὰχ Βαλαδὰν *Marodach Beladan*, verfio Syriaca מרודך בלדן *Merudoch Beldan*, & verfio Arabica *Mardoc Boldan*. Nomen *Beldan* feu *Baldan*, literâ L inter prounciandum abforptâ, tranfit in *Badan*: ficut Hebraicum אלמוני *Almoni*, quod feptuaginta reddunt κρυφιὸν *occultum*, tranfit in Ægyptiacum *Amon*, quod Manethos Sebennyta apud Plutarchum in Ifide interpretatur τὸ κεκρυμμένον καὶ τὴν κρύψιν *occultum & occultationem*. Similiter *Salganeus*, locus Bœotiæ Straboni & Stephano Byzantio memoratus; eft *Saganeus* Ptolemæo: & Hebraicum גלגלת *Gulgoleth* calvaria, Syris גלגלתא *Golgoltha*, nobis eft *Golgotha*. Nomen *Merodach*, aliàs *Marodach* & *Merùdoch* feu *Marudoch*, fit *Mardoch* per fyncopem, & *Mardoch-Badan* per pleonafmum eft *Mardochembadan*, ficut *Jerobaal* eft *Jerombal* λαπήνη eft λαμπήνη mulare vehiculum, *Rephan* eft *Remphan* Copticum Saturni nomen. Id erat obfervandum, ut in *Mardochembadan* apertè videremus *Mardokempadon* Canonis mathematici regum Babyloniorum. Anni duodecim quos idem Canon tribuit huic regi, colliguntur ab anno æræ Nabonafari vigefimo feptimo ufque ad trigefimum nonum, five ab anno ante æram Chriftianam 721. ufque ad 709. & ab anno quarto Ezechiæ regis Juda ufque ad ejus annum decimum fextum. Itaque annus decimus quintus regni Ezechiæ, quo legatos mifit ad eum *Merodach-Baladan* rex Babylonis, omninò pertinet ad tempus Mardokempadi, qui proinde certiffimo calculo idem eft cum *Merodach-Baladan*. Legatio illa *principum Babylonis, qui miffi fuerant* ad Ezechiam, *ut interrogarent de portento, quod acciderat fuper terram*: (2. Par. XXXII. 31.) nempè de portentofo regreffu folis, quo umbra reducta eft *per lineas, quibus jam defcenderat in horologio Achaz, retrorsùm decem gradibus*: (4. Reg. XX. 11.) nos docet Babylonios fub rege fuo *Merodach-Baladan* ad ftudia rerum aftronomicarum vehementer incubuiffe. Ifajas qui tunc temporis florebat, & legationem hanc divinarum literarum monumentis celebravit, increpans tamen arrogantiam & vanitatem horum aftrologorum, in quorum prædictionibus Babylon confidebat, ait de futura illius urbis humiliatione ac contritione: *Defcende, fede in pulvere virgo filia Babylon, fede in terra: non eft folium filiæ*

M Chal-

Chaldeorum, quia ultra non vocaberis mollis & tenera . . . . . Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & salvent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, ut ex eis annutiarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos. Isa. XLVII. 1. 13. 14. Ptolemæus lib. 4. magnæ Syntaxeos cap. 5. facit mentionem παλαιῶν τριῶν ἐκλείψεων, ἐκ τῶν ἐν Βαβυλῶνι τετηρημένων *antiquarum trium eclipsium, ex his quæ Babylone servatæ sunt*. Lunares sunt illæ eclipses, quas *qui contemplabantur sidera, & supputabant menses* sub Mardokempado, observaverunt. Prior describitur facta τῷ πρώτῳ ἔτει Μαρδοκεμπάδου, κατ' Αἰγυπτίους Θωθ ΚΘ. εἰς τὴν Λ. *anno primo Mardokempadi, die secundùm Ægyptios* XXIX. *Thoth, sequente* XXX. Erat annus ante æram Christianam 721. stylo Juliano proleptico bissextilis, quo dies prima mensis Thoth congruebat cum vigesimâ Februarii, & vigesima nona ejusdem Thoth cum decimanonâ mensis Martii; ut planissimum fit in nostro Calendario Ægyptio-Romano, & in tabulis astronomicis, quæ directæ ad meridianum Babylonicum dant deliquium lunare hâc decimanonâ Martii, horis duabus cum dimidio ante mediam noctem, prout etiam observatio Babyloniorum postulat apud laudatum Ptolemæum. Secunda eclipsis, contigit τῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ αὐτοῦ Μαρδοκεμπάδου κατ' Αἰγυπτίους Θωθ ΙΗ. εἰς τὴν ΙΘ. *secundo anno ipsius Mardokempadi, die secundùm Ægyptios* XVIII. *Thoth, sequente* XIX. Circa mediam noctem visa est, etiam ex tabulis astronomicis exhibentibus hoc deliquium anno ante æram Christianam 720. circa mediam noctem quæ clausit diem octavam mensis Martii & decimamoctavam mensis Thoth. Tertia quoque commissa est τῷ αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ Μαρδοκεμπάδου κατ' Αἰγυπτίους Φαμενὼθ ΙΕ. εἰς τὴν ΙϚ. *ipso secundo anno Mardokempadi, die secundùm Ægyptios* XV. *Phamenoth, sequente* XVI. nempè eodem anno, die primâ mensis Septembris circa noctis initium.

100. Redeo ad Asarhaddonem regem Assyriorum, qui Sennacheribo patri successit anno ante æram Christianam septingentesimo octavo. Quamvis Babylon non esset in ditione regis Assyriorum tempore Ezechiæ, parebat tamen ejus imperio tempore Manassis Ezechiæ filii. Nam *principes exercitùs regis Assyriorum ceperunt Manassen, & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem*. 2. Paral. XXXIII. 11. In mathematico regum Babyloniorum canone, qui etiam dicitur Ἀσσυρίων καὶ Μήδων *Assyriorum & Medorum*, fit mentio Ἀσσαραδίνου *Assaradini*, qui Babylone regnavit annis tredecim ab anno æræ Nabonassari sexagesimo octavo usque ad octogesimum primum, sive ab anno ante æram Christianam 680. usque ad annum 677. & ab anno decimo sexto regni Manassis usque ad vigesimum nonum. *Assaradin* est *Assaradon*, sicut *Libna* est *Lobna*, *Obidas Obodas*, *scrinium* σχρίνιον, *cinis* κόνις, *styrax* στύραξ *storax*, *Myrrha* מור *Mor*, *Tolistobogi* populi Phrygiæ apud Solinum sunt apud alios *Tolostobogi*. Est etiam *Assaradon* seu *Asarhaddon*, metathesi vocalium factâ, *Asorhaddan*. Ita quippè vocatus est à Samaritanis, qui accedentes ad Zorobabelem & ad alios principes Judæorum reædificantium templum Jerosolymitanum secundùm facultatem illis concessam à Cyro, *dixerunt eis: Ædificemus vobiscum, quia ita ut vos quærimus Deum vestrum: ecce nos immolavimus victimas à diebus Asorhaddan regis Assur, qui adduxit nos huc.* 1. Esdr. IV. 2. Rex Assyriorum qui post subactas Salmanasari bellis decem tribus Israel, easque in Assyrios deportatas, novos in Samariam colonos misit, Babylonem obtinebat. Hos enim *adduxit rex Assyriorum* DE BABYLONE, *& de Cutha, & de Avah, & de Emath, & de Sepharvaim: & collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israel: qui possederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus.* 4. Reg. XVII. 23. 24. *Asorhaddan* igitur, seu *Asarhaddon*, fuit rex Assyriorum simul & Babyloniorum.

101. Idem

101. Idem rex feptuaginta interpretibus eft Ἀσορδὰν *Afordan*, per aphærefin *Sordan*; ficut *Afarhaddon*, Hebræis אסרחדן *Efarchaddon*, vel *Afarchadon*, Græcis eft Σαρχεδὼν *Sarchedon*. Ita quippè vocatur in libro Tobiæ cap. 1. verf. 24. A proprio nomine *Sordan* vel *Sardan*, & aliquot regibus Affyriorum communi *Pal*, fit *Sardanapal*: & ficut *Tilgatpalnafar*, dempto communi nomine, vocatus eft *Tilgam* feu *Tilgat*; ita *Sardanapalus*, vocatus eft *Sardan*, *Afordan*, *Aforhaddan*, *Afarhaddon*, *Aßaradinus*, &c. Unum Sardanapalum fuperiùs obfervavimus', eum fcilicet qui fecundùm Ctefiam fuit trigefimus à Nino. Si alium nunc advertamus in Sardano feu Affaradone, qui ab eodem Nino fuit trigefimus tertius, Uellejum Paterculum conciliabimus cum Ctefiâ. *Quippè Sardanapalum*, Affyriorum regem, *tertio & tricefimo loco ab Nino & Semiramide* ponit Velleius Paterculus in primo Hiftoriarum. Unum quidem non minùs quàm Ctefias confudit cum alio. At duos effe agnofcendos exprefsè docet Suidas ex Callifthene, fic in Σαρδανάπαλος fcribens: Σαρδαναπάλους ἐν β. Περσικῶν δύο φησὶ γεγονέναι Καλλισθένης. *Duos fuiffe Sardanapalos ait Callifthenes in fecundo Perficorum*. Quid quòd tertius etiam agnofcendus eft, nempè *Nabopolafsarus* Chyniladani fucceffor, de quo inferiùs differo. Quòd fpectat ad fecundum, nobis vulgò Afarhaddonem, Canoni mathematico Affaradinum nuncupatum; eo regnante in Ninive ante obtentum Babylonicum principatum, Babyloniis imperarunt *Belitus*, *Apronadius*, *Rigebelus*, *Mefefimordacus*: ut patet ex eodem Canone collato cum facris fcripturis. *Belitus* ille ponitur poft interregnum duorum annorum, tamquam reftitutor regni Babylonici. Cùm foleant Chaldæi ponere *Tau* pro *Sin*, dicentes, exempli gratiâ, אתור *Athur* pro אשור *Afsur*, תור *Tor* bos pro שור *Sor*, תם *Tam* ibi pro שם *Sam*, eadémque ratione idem rex Medorum Diodoro fit *Artæus* & *Arfæus*; *Belitus* Babylonius eft mihi *Belifus*, feu *Belefus*. Diodorus Siculus lib. 2. pag. 78. & 79. celebrat Βέλεσιν τὸν Βαβυλώνιον *Belefin Babylonium*, qui, Sardanapalo regnante, τοὺς Βαβυλωνίους ἔπεισεν ἀντέχεσθαι τῆς ἐλευθερίας *Babylonios impulit ad fe vindicandum in libertatem*. Is eft Βέλεσυς ὁ Βαβυλώνιος *Belefsys Babylonius* memoratus Bioni & Alexandro Polyhiftori apud Agathiam lib. 2. de imperio & rebus geftis Juftiniani. Multa habet de hoc Belefi Ctefiana rerum Affyriacarum confufio, quæ ad aliud tempus fpectant: quia excidium Ninives fuit Afsaradone pofterius. Multa quoque intexit in hiftoria Arbacis Medi conjurati cum Belefi, quæ non uni Arbaci conveniunt: plures enim Arbaces in hac hiftoria admittendi funt, ut & plures Sardanapali. Et quidem numero 82. hujus differtationis vidimus tam patrem Dejocis quàm filium effe donandos Arbacis nomine.

102. Quid quòd ipfe Dejoces, contemporaneus Affaradoni regi Afsyriorum & Belifo regi Babyloniorum, eodem etiam infignitus fuerit, fuadet antiquiffima Orientalium aliorúmque populorum confuetudo tribuendi filiis nepotibúfque paternum nomen. Populus Ifrael dicens Roboamo Davidis nepoti: *Quæ nobis pars in David? . . . Nunc vide domum tuam David*. 3. Reg. XII. 16. nomine Davidis Roboamum defignavit. Eodem nomine appellatum Meffiam vidimus in prima Differtatione, §. 2. num. 9. *quia David ille eft, qui venit ex femine David*: ut diximus cum S. P. Auguftino. Quamvis mortuus efset Roboam, & regnaret Abiam filius ejus: *attamen bellum fuit inter Roboam & Jeroboam, omni tempore vitæ ejus*. 3. Reg. XV. 6. nempè Abiam πατρόθεν exprimitur nomine Roboami, quemadmodùm ille juvenis, de quo loquitur Ælianus lib. 6. Variorum, cap. 2. & quem fuperiùs in exemplum pofui. Similiter Jacob Abrahæ nepos, qui *emit partem agri, in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor*. Gen. XXXIII. 19. πατρόθεν defignatur à Divo Stephano dicente de fepulcro Patriarcharum ibi exc tato. *Quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor*. Act. VII. 16. Mulier Tecuita petens à Da-

vide sibi servari filium, quem ajebat quæri ad necem, nomen patris ad filium transire sciebat, cùm dixerit: *Et quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen, & reliquiæ super terram.* 2. Reg. XIV. 7. Josephus lib. 5. Antiquit. Judaic. cap. 4. *Cenizum* vocavit Othonielem Cenizi seu Cenezi filium. Virgilius in quarto Æneidos Æneam nomine Dardani celebravit, ponens Dardanum pro Dardanide. Virgilii enarrator Servius in nonum ejusdem poematis scribit: *Quoties apertè non ponitur nomen filii, vel nepotis, cognominem eum esse intelligimus avo vel patri, quorum nomen apertè positum invenimus: & è contrà, si filii vel nepotis nomen positum fuerit, prætermissum autem parentum, cognomines eos intelligamus necesse est.* Nomen *Dejocis* vel *Madaucis* tributum primo Medorum regi, idémque sonans quod Græcum ἐπίσκοπος, Latinum *Inspector*, ex his quæ diximus suprà num. 82. non est apertum & proprium nomen hujus principis, sed appellativum, exhibens eum speculatorem, exploratorem, curatorem, præsidem. Ut apud Indos erant præfecti οἱ ἐπίσκοποι καλούμενοι *Inspectores nominati*, teste Arriano in Indicis, & apud Athenienses erant magistratus, qui ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο *Inspectores & custodes vocabantur*, observante Suidâ in voce ἐπίσκοπος: ita apud Medos erant καὶ οἱ κατάσκοποί τε καὶ κατηκοοὶ *& speculatores & exploratores*, per quos Dejoces jura dabat in universa ditione sua, teste Herodoto lib. 1. cap. 100. Per hos intercessores ipse erat Medorum omnium Δηιόκης, hoc est דיוק *Dijoc*, quæ vox Chaldaica respondet Græcæ κατασκοπὴ, Latinæ *Inspectio, speculatio, Exploratio*: erat & Μαδαύκης, seu מדיק *Medajec*, quæ altera vox Chaldaica exprimitur per Græcam κατάσκοπος vel ἐπίσκοπος, Latinam *Explorator, Inspector.* Relegantur quæ notavimus laudato num. 82. Aliud nomen non habemus omninò proprium huic Medorum regi: nam *Artias*, ut dixi, erat nomen commune magnum significans: ita ut *Madauces Artias* sit ad verbum *Inspector Magnus*. Quocircà cognominem eum esse intelligimus patri *Phraorti*, seu *Arbaci Magno*, cujus nomen apertè positum invenimus, ac prætereà derivatum in nepotem. Hujusmodi ὁμωνυμία multam in historia confusionem parit. Sic circa Judæorum reges errarunt, qui putabant apud D. Hieronymum lib. 1. Commentar. in Matthæum, eundem esse Herodem sub quo Christus passus est, & eum sub quo erat natus. Sic circa reges Edessenorum facillimè erratur: quia singuli vocantur *Abgarus*. Sic circa reges Ægyptiorum lapsus proclivis est, quandiu illi non designantur nisi nomine Pharaonis.

103. *Arbaces* Ctesianus regiam habuit *Ecbatana* juxta Diodorum lib. 2. pag. 81. Id Arbaci patri non convenit, sed filio, nempe Dejoci Herodoteo, qui *imperio potitus, Medos compulit unum oppidum condere, & obsequentibus hac in re Medis, mœnia constituit ampla & valida,* ταῦτα τὰ νῦν Ἐκβάτανα κέκληται *hæc nunc Ecbatana vocantur*: ait Herodotus lib. 1. cap. 98. *Arba* juxta ea quæ notavimus numero 82. est *Arpha*, terminatione Græcâ *Arphax*, paragogicè *Arphaxad*. Hoc conditoris Ecbatanorum nomen habetur initio libri Judith, ubi legimus: *Arphaxad itaque, rex Medorum, subjugaverat multas Gentes imperio suo, & ipse ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis.* Ait quidem Herodotus lib. 1. cap. 101. quòd *Dejoces solam Medicam subegit nationem, eique soli imperavit.* Sed statim adjiciens: *Cujus nationis tot numero gentes sunt, Busæ, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budii, Magi*: clarè docet eum subjugasse multas gentes imperio suo: Prætereà intelligendus est Herodotus in hoc loco de gentibus Medorum subactis à Dejoce initio regni ejus. Dejocem enim, propagatis imperii Medorum finibus, Asiam supra Halym fluvium obtinuisse juxta eundem scriptorem, colligitur ex eo, quod cap. 130. ejusdem libri scribat, quòd, Astyage per Cyrum monarchiæ Persicæ fundatorem regno amoto, *Medi subjecti fuere Persis*, ἄρξαντες

τῆς

τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης ἐπ' ἔτεα τριήκοντα καὶ ἑκατὸν δυῶν δέοντα, *cùm jam imperaßent Asiæ supra Halym fluvium annos centum & duodetriginta*. Ducuntur illi anni ab anno ante æram Christianam sexcentesimo octogesimo septimo, usque ad annum ante eandem æram quingentesimum quinquagesimum nonum, quo Cyrus fundavit Monarchiam Persicam. Imperium Medorum obtinuerat Dejoces per annos quinquaginta tres ab anno ante Cyrum centesimo & quinquagesimo, & ante Christum natum septingentesimo nono usque ad sexcentesimum quinquagesimum sextum. Multas ergo præter nationem Medicam gentes subegerat usque ad Halym fluvium. Si *Arphaxad*, tot gentium domitor, non sit ita vocatus pro *Arphax*, putarem eum esse dictum à Chaldæis ארפכשד *Arpac-sad*, à proprio nomine *Arpac*, & appellativo *Sad*, quod significat *vastatorem*. Sic *Arpac* esset expressius *Arbac* seu *Arbaces*. Et quidem filius ille Semi, qui nobis dicitur *Arphaxad*, Gen. X. 22. Hebræis & Chaldæis est *Arpacsad*.

104. Additur in libro Judithæ cap. I. v. 5. *Anno igitur duodecimo regni sui: Nabuchodonosor rex Assyriorum qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum.* Dejoces, seu Arphaxad, regnavit ab anno ante æram Christianam septingentesimo nono usque ad annum ante eandem æram sexcentesimum quinquagesimum sextum; ut proximè notabamus. *Saosduchinos* Assaradini regis Assyriorum & Babyloniorum successor ex Mathematico Ptolemæi Canone, agebat ex eodem Canone annum duodecimum regni sui anno ante Christum natum sexcentesimo quinquagesimo sexto, ac proinde anno quo *Arphaxad* rex Medorum mortuus est. Postulat ergo calculus, ut *Saosduchinos* sit *Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive*. *Saosduchinos* est metathesis nominis Chaldaici *Sasochbudinos*, quod est *Sasochbudonos*, sicut *Assaradin* est *Assaradon*. Porrò *Sasochbudonos*, sive *Sasocchodonos*, dicitur per apocopen pro *Sasocchodonosor*, sicut *Salamenes*, seu *Salmenes*, dicitur pro *Salmanasar*. In nominibus propriis, præsertim longiusculis, pars aliqua sœpissimè exciditur. Sic Italis, maximè concionatoribus, vulgò dicitur *Nabucco*, qui est *Nabuchodonosor*. Sic Phœnicibus dicebatur olim *Chna*, qui vocatur *Chanaan*. Sic multi putant D. Lucam in Christi genealogia posuisse pro *Heliachim* decurtatum nomen *Heli*. Sic Græcum Veneris nomen Ἀφρὼ ponitur pro Ἀφροδίτη. Jeremias Propheta cap. XXV. v. 26. propinans calicem furoris Domini *omnibus regnis terræ quæ super faciem ejus sunt*, mox addit: *Et rex Sesach bibet post eos*. *Sesach* est nomen idoli Babyloniorum, de quo fusè disserit Seldenus De Diis Syriis Syntagmate 2. cap. 13. Ut *Nabo* est aliud idoli nomen impositum regibus Babylonis, ita & *Sesach*. Unde *rex Sesach*, in quo regnum Babylonicum desiit, est etiam *rex Nabo*, sed cognomento *Nadius*, sumpto à successore Nabonasari dicto *Nadio* in Canone mathematico. Rex enim Babylonis debellatus à Cyro vocatur *Nabo-Nadius* in eodem Canone: quemadmodùm *Beliti* seu *Belisi* successor *Apro* ibidem appellatur *Apro-Nadius*. D. Hieronymus in Isaiæ caput quadragesimum sextum explanans illud hujus Prophetæ: *Contritus est Nabo*: ait; *Nabo & ipsum idolum est, quod interpretatur prophetia & divinatio, quam post Evangelii veritatem in toto orbe conticuisse significat.* Pro *Nabo* Symmachus posuit Νεβώ. Ratio nominis est ab Hebraicâ & Chaldaicâ voce נבואה *Nebua*, quæ significat *prophetiam* & *divinationem*. Nomen concretum *prophetam* & *divinum* designans est נביא *Nabi*, quod transit in *Nabo*, vel *Nabu*, sicut שבית *Scebith* captivitas transit in שבות *Scebuth*, literis *Jod* & *Vau* invicem commutatis, ut fieri solet. Fatidicum quem Græcè dicimus ἐγγαστρίμυθον, Latinè *ventriloquum*, Βαβυλώνιοι Σακχούραν ἀποκαλοῦσι *Babylonii Sacchuran appellant*, teste Jamblicho Babylonio apud Photium in Biblioth. Cod. XCIV. *Sesacchuras* est per aphæresin *Sacchuras*: quia *Sesach* est *Sach*, à quo dici observant eruditi ἑορτὴν Σακέαν προσαγορευομένην *festum Sakean appellatum*,

latum, quod celebrabatur Babylone; ut ex Ctesia & Beroso docet Athenæus lib. 14. Dipnosophistarum. Cùm Chaldaica vox חרש *Charas* significet conjectorem, præstigiatorem, magum, *Sesaccburas* Sesacho afflatum vatem seu Sesachi ariolum exprimit, necesse est: *Sesac-churas* enim est *Sesac-charas*, sicut vox Μαζουρὼθ *Mazuroth* quæ legitur in editione septuaginta Interpretum lib. 4. Regum cap. XXIII. v. 5. est Hebraica מזרות *Mazaroth*, aliàs מזלות *Mazaloth*, significans *signa cælestia*: *Thumna*, Gebanitarum Arabum regia, quam Ptolemæus notavit in suis tabulis, est *Tamna* Eratosthenis apud Strabonem lib. 16. *Cubar*, Arabicum Veneris vel lunæ nomen juxta Constantinum Porphyrogennetum De Administratione Romani Imperii, & Georgium Cedrenum, est *Chabar* juxta Euthymium Zygabenum, Nicetam & alios. Ex eo quòd idolum *Nabo* seu *Nebo* nomen invenerit à prophetiâ & divinatione, *Nebonis oraculum consuli solere, atque hinc esse nominis ejus caussam*, egregiè colligit Gerardus Joannes Vossius De Theologia Gentili lib. 2. cap. 8. Ex eo verò quòd vates & conjector dictus à Babyloniis *Sacchuras*, seu *Sesaccharas*, traheret hoc nomen ab eorum idolo *Sesach*, æquè licet inferre idolum *Sesach* fuisse illud à quo Babylonii solebant oraculum petere, adeóque non fuisse diversum ab idolo *Nabo*. Ideò ergo rex *Nabo*, cognomento *Nadius*, in quo Monarchia Babyloniorum extincta est, vocatur à Jeremia rex *Sesach*: ideò quoque rex *Sesacchodonosor* est ipse *Nabuchodonosor* memoratus in libro Judithæ.

105. Ut *Sesach* Chaldæorum apertiùs nobis exprimat eorum *Nabo*, observo *Speculatorem*, *Videntem*, *Prophetam* Chaldaicè dici סכיא *Sachia* à verbo סכה *Secha*, Hebræis שכה *Sacha*, quod significat *videre*, *prospicere*. Hinc ששך *Sesach* est mihi ששכה *Sesacha*, hoc est, *Qui vidit*, *qui prospexit*, *qui prophetavit*: adeóque est נביא *Nabi*, hoc est, *Propheta*. *Qui enim Propheta dicitur hodie*, *vocabatur olim Videns*. 1. Reg. IX. 9. Ut ergo *Nabo* est idoli nomen tractum à prophetiâ & divinatione, ita & *Sesach*. Σεχὲς, τοῦ Ἑρμοῦ ἀστὴρ Βαβυλωνίοις. *Seches*, *Mercurii sidus Babyloniis*: ait Hesychius in Σεχές. Ut *Hermes*, vulgatum apud Græcos nomen Mercurii, est *Hermias*: ita *Seches* est *Sechias* à Chaldaico *Sachia*. Sic vocatus est Mercurius ob artem divinandi, quam eum ab Apolline accepisse fabulantur, & propter quam *sermonis etiam deorum potestatem gerit*, ut verbis utar S. P. Augustini è lib. 7. de Civit. Dei cap. 14. Notatu dignum est Patrenses qui eandem ob causam oraculum à Mercurio petebant Pharis in Achaia, teste Pausaniâ lib. 7. pag. 440. hâc in re convenisse Ægyptiis, ut idem testatur, adjiciens pag. 441. tale apud Ægyptios in Apidis seu Serapidis templo esse oraculum. Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 20. describit simulacrum Serapidis, in quo *dextra parte caput canis exoritur*, *mansueta specie blandientis*. Addit idem auctor quòd *canis blandientis effigies futuri temporis designat eventum*. Et Ægyptii apud Horapollinem Hierogl. 38. *vatem volentes significare canem pingunt*. Canis ille symbolum erat Mercurii, & vocabatur *Anubis*. Unde Servius in octavum Æneidos, exponens illud Virgilii:

Et latrator Anubis:

notat *Anubim* dici latratorem, *quia capite canino pingitur*: & quòd *hunc volunt esse Mercurium*. Ægypti ὁ Κυνοπολίτης νομὸς, καὶ Κυνῶν πόλις, ἐν ᾗ ὁ Ἄνουβις τιμᾶται. *Cynopolites Nomus*, *& Canum urbs*, *in qua Anubis colitur*, memorantur Straboni lib. 17. pag. 812. Et *Mercurius* παρ' Αἰγυπτίοις ὁ Ἑρμανοῦβις *juxta Ægyptios Herm-Anubis* celebratur à Porphyrio apud Eusebium lib. 3. Præpar. Evang. cap. 11. Putavi aliquando nomen *Anubis* esse referendum ad Hebraicum הנוב *hanub*, quo significatur *progerminans*. Sed modò videns illud nomen esse Mercurii ut vatis, expressi *canis blandientis effigie*, quæ *futuri temporis designat eventum*, existimo Hebraicam vocem נביא *Nabi*, quæ significat *prophetam*, &, præmisso articulo demonstrativo, est הנביא *hanabi*, reipsa aperire quid sonet *Anubis*. Ut enim *Sacchuras*

est

Digitized by Google

est *Saëcharas*, ita *Anubis* est *Anabis*. Alio Mercurium nomine Ægyptii vocant *Sasychen*. Id ostendo ex Diodoro lib. 1. pag 59. ubi δεύτερον νομοθέτην Αἰγύπτιοι φασὶ γενέσθαι Σάσυχιν, ἄνδρα συνέσει διαφέροντα . . . εὑρεῖν δὲ καὶ γεωμετρίαν γενέσθαι καὶ τὴν περὶ τῶν ἄστρων θεωρίαν τε καὶ παρατήρησιν διδάξαι τοὺς ἐγχωρίους. *Secundum Ægypti legislatorem Sasychem fuisse aiunt, virum eximiè intelligentem . . . qui etiam invenerit geometriam, & populares docuerit contemplari & observare sidera.* Idem enim pag. 10. scripserat Mercurium Ægyptium περί τε τῆς τῶν ἄστρων τάξεως . . . πρῶτον γενέσθαι παρατηρητήν. *ordinem siderum primum observasse.* Et Socrates apud Platonem in Phœdro ait se audivisse apud Naucratim Ægypti quendam priscorum Deorum, nomine *Theuth*, seu *Thoyth*, quo Mercurius designatur, πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν, καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν. *primum numeros & computationem invenisse, ac geometriam & astronomiam.* Cicero lib. 3. de Nat. Deorum addit eum *Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges & literas tradidisse.* Mercurius ergo legislator Ægyptiorum, & geometriæ atque astronomiæ apud eos inventor, erat *Sasyches*, seu *Sesacus*: cúmque idem esset *Anubis*, seu *Nabo*, nullus est locus ambigendi *Sesac* & *Nabo* fuisse ejusdem idoli nomina, ac proinde *Sesacchodonosorum* in *Nabuchodonosoro* exhiberi. Quòd nomina *Sesac* & *Nabo*, Masorethis *Nebo*, usurpata fuerint non minus ab Ægyptiis quàm à Babyloniis, res est etiam aliunde manifesta. Nam *Sesac rex Ægypti* memoratur 3. Reg. XIV. 25. *Nectanebos*, alius Ægypti rex, legitur apud Diodorum lib. 15. pag. 506. Et *Anebos propheta* dicitur sacerdos quidam Ægyptius, ad quem extat epistola Porphyrii unà cum Jamblichi responsoriâ de Mysteriis Ægyptiorum. Nota obiter, quòd *Anebos* seu *Anebon* est *Anubis* seu *Anabis*, sicut Ægyptium Typhonis nomen *Bebon* jam à nobis notatum num. 86. est *Babis*; ut ibidem observavimus.

106. Chyniladanum Saosduchino, Nabopollassarum Chyniladano successorem dat Canon mathematicus. Eusebius in Chronico Græco pag. 38. & Georgius Syncellus in chronographia pag. 210. scribunt: Ναβοπαλάσαρος. τοῦτον ὁ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος Σαρδανάπαλον καλεῖ. *Nabopalasarus: Hunc Polybistor Alexander Sardanpalum vocat.* *Nabo-palasar* est *Nabo-palnasar*, quemadmodùm *Theglath-phalasar* est *Thelgath-Phalnasar*: quod jam ostendimus num. 92. ubi etiam vidimus nomen *Palnasar*, Chaldaico idiomate *Paldanasar*, inversum transivisse in *Sardanapal*. In hujus inversionis exemplum addo reperiri apud Pausaniam lib. 6. pag. 359. athletæ nomen Κρατίδαμος in Δαμίκρατος mutatum: & priscum nomen *Urotalt*, seu *Orotal*, quo Liberum, cultum in Sole, donabant Arabes teste Herodoto lib. 3. cap. 8. esse sumptum ab Hebraicis vocibus טל אורת *Tal-oroth*, quibus significatur *ros lucis*, sive *ros luminum*, hoc est, *beneficium luminum*, Isai. XXVI. 19. ut appositè advertit Vossius De Theologia Gentili lib. 2. cap. 8. Ut ergo Κρατίδαμος transivit in Δαμίκρατος, *Taloroth* in *Orotal*; ita *Paldanasar* versum est in *Sardanapal*. Is Sardanapalus Chyniladani successor est Σαρδανάπαλλος ὁ Ἀνακυνδαράξω παῖς *Sardanapalus Anakyndaraxis filius* memoratus Straboni lib. 14. pag. 672. Arriano lib. 2. de Expeditione Alexandri, pag. 32. Athenæo lib. 12. Dipnosophistarum pag. 529. & 530. Aristobulo apud eundem Athenæum, Stephano Byzantio, Suidæ & aliis. Nam *Chyniladan*, per metathesin *Chynidalan*, & per Syncopen *Chyndalan*, est *Chyndalas*, sicut *Cain* & *Jonathan* sunt apud Josephum *Cais* & *Jonathas*, *Typhon* & *Titan* sunt apud alios *Typhos* & *Titas*. Quia verò literæ liquidæ L & R invicem facilè commutantur, *Chyndalas* proculdubio est *Chyndaras*; sicut Hebræis מזלות *Mazaloth*, signa cœlestia, sunt מזרות *Mazaroth*; אלמנות *Almenoth*, palatia, sunt ארמנות *Armenoth*. Pari modo Chaldaicum שלשלת *Scialsceleth* catena, est Hebraicum שרשרת *Sciarsceretb*: Hebraicum nomen *Belial* Græcis est *Beliar*: Latina vox *lilium* expri-

Digitized by Google

exprimit Græcam λέξεσι: & Græca βέλτιον melior, est φέρτερος. Itaque *Chyndaras*, rex Assyriorum & Babyloniorum, habuit successorem Sardanapalum Alexandri Polyhistoris, sive Nabopollassarum Canonis Mathematici. Quòd autem *Chyndaras* seu *Chyndarases*, qui *Chyndaraxes* est, sicut *Xerses* est *Xerxes*, *Artaxerses Artaxerxes*, vocatus sit *Anachyndaraxes*, exemplo non caret hujusmodi prosthesis. Sic juxta Suidam dicitur Ἀνάζαρβος, πόλις Κιλικίας ἀπὸ Ζάρβα τοῦ κτίσαντος, *Anazarbus, urbs Ciliciæ, à Zarba conditore*. Sic juxta Etymologicon magnum Ἀνάχαρσις, ὁ Σκύθης, παρὰ τὴν ἀνὰ πρόθεσιν, καὶ τὴν χάριν, ὃ σημαίνει τὴν χαρὰν, ἢ τὴν χάριν. *Anacharsis Scytha* dictus est *propter propositionem* ἀνὰ *& vocem* χάρις, *quæ significat gaudium vel gratiam*. Sic auctor anonymus de vita Alexandri, notante Salmasio Plinianis in Solinum exercitationibus, καρδίαν vocat, quod alii Græci ἀνακάρδιον. Ut ergo *Anazarbus* est à *Zarba*, *Anacharsis* est *Charsis*, *Anacardium* est *Cardium*; ita *Anachyndaraxes*, seu *Anacyndaraxes*, est *Chyndaraxes*, sive *Cyndaraxes*: quod etiam novit Jacobus Dalechampius in Latina Athenæi interpretatione lib. 8. pag. 335. ubi expressè dicitur *Sardanapalus Cyndaraxis filius*, qui *Anacyndaraxis* filius vocatur.

107. Aristoteles apud eumdem Athenæum loco mox laudato scribit Sardanapalum ἀδιανοητότερον εἶναι κατὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρὸς *ignotiorem esse appellatione patris*: quia nobis ignotissima sunt gesta Anacyndaraxis. Solus Canon mathematicus docet nos tempus, quo is regnavit. De loco verò ait Suidas: Ἀνακυνδάραξος βασιλεὺς Νίνου Περσικῆς χώρας. *Anacyndaraxus rex Nini Persicæ regionis*. Ninus Anacyndaraxi regia urbs Persicæ regionis vocatur eo sensu, quo & Βαβυλὼν Περσικὴ πόλις *Babylon Persica civitas* dicitur Stephano Byzantio, sumptâ Persicâ regione pro toto imperio, quod reges Persarum obtinuerunt. Eodem sensu auctor libri secundi Machabæorum cap. 1. v. 19. scribit de Judæis in Babyloniam deportatis: *Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri*. Aliud patris Sardanapali nomen profert Athenæus lib. 12. pag. 528. *Erat*, inquit, καὶ Σαρδανάπαλος, ὃν οἱ μὲν Ἀνακυνδαράξου λέγουσιν υἱὸν, οἱ δὲ Ἀναβαξάρου. *& Sardanapalus, quem alii quidem Anacyndaraxis dicunt filium, alii verò Anabaxari*. *Nabasarus*, unde *Anabasarus*, seu *Anabaxarus*, est decurtatum *Nabonassari* nomen inditum primo Babyloniorum regi notato in Canone Mathematico. Nomen hoc derivatum esse ad posteros patet exemplo *Nabopollasari*, qui Josepho est Ναβολάσσαρος *Nabolassarus*. Literis enim L & N inter se commutatis, *Nabolassarus* est *Nabonassarus*, sicut *Sulamitis* est *Sunamitis*, *Labopolassarus Nabopollassarus*, *Labocolassarus Nabocolassarus*, *Labynitus Nabynitus* seu *Nabonadius*, & alia sexcenta. Addi potest in aliud exemplum *Assaradinus*, seu *Assaradon*, quem vidimus misisse novos in Samariam colonos è Babylone, aliisque locis imperii Assyriaci. Liber tertius Esdræ, apocryphus quidem, sed à pervetusto scriptore profectus, cap. 5. v. 69. inducit Samaritanos sic loquentes ad Zorobabelem: *Similiter enim audivimus Dominum Deum vestrum, & ipsi pariter incedimus à diebus* ASBAZARETH *regis Assyriorum, qui transmigravit nos huc*. Græci codices vulgò legunt Ἀσβακαφὰθ, & Syrus interpres *Astachphath*: utrique corruptissimè. Manuscriptum Alexandrinum in Bibliis Polyglottis Anglicanis emendatiùs habet Ἀσβασαρέθ. Ut *Goliath* est *Golias*, sic *Asbasareth* est *Asbasares*. Epenthesis literæ S est Græcis usitatissima. Sic apud Apollodorum invenies *Orseidem* Nympham, quam alii *Oreidem* nominant. Sic apud eumdem leges unum è filiis Minois dici κατρία, quem κατρέα vocant Diodorus, Strabo & Pausanias. Sic Pausaniæ memoratus Δάσμων Κορίνθιος *Dasmon Corinthius* qui anno primo Olympiadis decimæquartæ vicit in stadio, Amasæo Pausaniæ interpreti est *Damon*.

Digitized by Google

mon. Sic idem ſunt, θεόδοτος & θεόσδοτος à Deo datus, σακοφόρος & σακεσφόρος ſcutifer, μαστροπὸς & μαστρωπὸς leno. *Abaſares* ergo eſt nomen tributum Aſſaradoni. Atqui *Abaſares* eſt *Nabaſares*: ſicut nomen idoli Ninivitarum, quod habetur 4. Reg. XIX. 37. & Iſa. XXXVII. 38. eſt in editione LXX. Interpretum modò Ασαρὰχ *Aſarach*, ſeu Ασαρὰκ *Aſarac*, ut ſcribit S. Cyrillus Alexandrinus, modò Νεσρὰχ *Neſrach*, in vulgata editione *Neſroch*. Per ſimilem aphæreſim *Anæa*, dea Aſſyriorum, cujus templum obiter memorat Strabo lib. 16. pag. 738. dicitur pro *Nanæa*, de quâ liber ſecundus Machabæorum cap. 1. verſ. 13. & 15. *Iſæa*, una Nereidum, apud Apollodorum, Homero & Heſiodo eſt Νησαίη *Niſæa*. In verſione Coptica reperio ΕΒΡΩΔ *Ebrod* pro *Nemrod*, Gen. X. 8. Item ΑΦΕC *Aphes* pro *Naphis*. Ibid. XXV. Procopio in cap. XXXIX. Eſaiæ vocatur *Achordan*, qui Cyrillo Alexandrino eſt *Nechordan*, *Nachordan* verò Joanni Malalæ in Chronographia pag. 188. Adde Theophilum Antiochenum, qui ſub finem libri tertii ad Autolycum ait Beroſum conſcripſiſſe *ea quoque, quæ Judæi perpeſſi ſunt à Babyloniorum rege, quem ipſe Abobaſſarum vocat, Hebræi eum Nabuchodonoſor nuncupant*. Nempè *Abaſſarus*, per anadiploſim *Abobaſſarus*, eſt *Nabaſſarus*, poſito ex jam dictis *Nabaſſaro* pro *Nabonaſſaro*. Scaliger notis in fragmentum Beroſi obſervat *differentiam nominis Nabopollaſſari, & filii ejus Nabuchodonoſori, eſſe duo monoſyllaba Pul in Nabopollaſſaro, & Cad in Nabuchodonoſoro. Quamobrem*, inquit, *Nabonaſſar ſi in medium ſui recipiat Pul, erit nomen patris Nabuchodonoſori, ſi autem Cad inſeratur, fiet Nabuchodonoſor filius. Nam Nabo-naſſar, & Nabo-laſsar idem eſt*. Hinc videmus Nabonaſſari nomen hæreditarium fuiſſe regibus Aſſyriorum à tempore Aſaradini, qui regnum Babylonicum junxit cum Aſſyriaco. Sed revertamur ad Sardanapalum filium Anachindaraxis, ſeu Nabopollaſſarum filium Chyniladani.

108. Anchiale in Cilicia viſebatur τὸ μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου *monumentum Sardanapali*, cum ejus ſtatuâ & Aſſyriacâ inſcriptione, quam poſt Ariſtobulum Græcè reddunt laudati Strabo, Arrianus, Athenæus, & Stephanus Byzantius. Inſcriptio hæc nos docet eum Anchialem & Tarſum Ciliciæ urbes uno die, ſeu uno tempore extruxiſſe, his verbis: CΑΡΔΑΝΑΠΑΛΟC ΑΝΑΚΥΝΔΑΡΑΞΕΩ ΠΑΙC ΑΓΧΙΑΛΗΝ ΚΑΙ ΤΑΡCΟΝ ΕΔΕΙΜΕΝ ΗΜΕΡΗ ΜΙΗ. *Sardanapalus Anakyndaraxis filius Anchialem & Tarſum extruxit uno die*. Ut Aſſyriaca ſeu Chaldaica erat hæc inſcriptio, ita Chaldaiſmum redolet. Chaldæis enim æquè ac Hebræis vocula יום *Jom* quæ ſignificat diem, latè ſumitur ad deſignandum generatim tempus. Strabo lib. 14. pag. 672. teſtatur vocari τὰ Κύϊνδα τῆς Αγχιάλης ἔρυμα, *Kyinda, Anchiales munitionem*. Nomen hoc elucet in *Kyndaraxe*, ſeu *Anakyndaraxe*, qui fortè arcem hanc condiderat. Ejus enim anteceſſor Seſacchodonoſorus, ſive Saoſduchinus, quem vidimus eumdem cum Nabuchodonoſoro libri Judith, in expeditionem miſerat Holophernem, qui *tranſivit Euphratem, & venit in Meſopotamiam: & fregit omnes civitates excelſas, quæ erant ibi, à torrente Mambre uſque quo perveniatur ad mare: & occupavit terminos ejus à* CILICIA, *uſque ad fines Japheth, qui ſunt ad auſtrum*. Judith. II. 14. 15. Ut clarè intelligantur hi fines Japheth, & agnoſcamus hanc fuiſſe regionem in qua urbes *Anchiale* & *Tarſus* ædificatæ ſunt, audiendus eſt Strabo ſic ſcribens loco proximè laudato: Μετὰ δὲ τὴν Αγχιάλην αἱ τοῦ Κύδνου ἐκβολαὶ κατὰ τὸ Ῥῆγμα καλούμενον. *Poſt Anchialem ſunt Cydni oſtia juxta locum Regma nuncupatum*. Chuſi Chamo geniti filius nomine *Regma* memoratur Gen. X. 7. Inde nomen loco, juxta quem ponuntur oſtia Cydni fluvii. At Anchialem fuiſſe poſterorum Japhethi ſeu Japeti, ex eo maximè patet, quòd Anchiale haberetur Japeti filia. Stephanus ita ſcribit: Αγχιάλη, πόλις Κιλικίας, παραθαλασσία τῇ Ταρσῷ καὶ Ζεφυρίῳ, ἔστι δὲ κτίσμα Αγχιάλης τῆς Ἰαπετοῦ θυγατρὸς, ὡς Ἀθηνόδωρος περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος γράφων, καὶ παρατιθεὶς Διόδωρον τὸν γραμματικὸν συμφωνοῦντα Πτο-

λεμαίῳ

γεμαίῳ βασιλεῖ. *Anchiale, urbs Ciliciæ, in eodem littore cum Tarso & Zephyrio. Est autem opus Anchiales Japeti filiæ; ut auctor est Athenodorus scribens de sua patria, & laudans Diodorum Grammaticum consentientem Ptolemæo regi.* Urbes, quasi mulieres essent, filias vocabant Orientales, maximè Hebræi. Sic Jerusalem vocatur *virgo filia Sion, filia Jerusalem*, 4. Reg. XIX. 21. Sic *virgo filia Babylon* dicitur, & *filia Chaldæorum*, Isa. XLVII. 1. Sic *virgo filia Sidonis* legitur, Ibid. XXIII. 12. Simili idiotismo urbs Anchiale, cujus incolæ ducebant originem à Japeto, seu Japhetho, est virgo filia Japeti. Id quod Athenodorus, aliique non intelligentes, commenti sunt mulierem quandam Anchialem nomine, ac Japeti filiam, quæ Anchialem urbem ædificasset. Quocirca non est recedendum ab illis qui apud laudatum Stephanum dicunt Σαρδανάπαλον δύο πόλεις κτίσαι, Αγχιάλην σὺν Ταρσῷ *Sardanapalum duas urbes condidisse, Anchialem & Tarsum*: præcipuè cùm testatum id faciat inscriptio, quam prænotavimus. Ad Ciliciæ austrum sita erat Anchiale: cúmque ejus incolæ oriundi essent à Japhetho, & *Regma*, locus finitimus, habitaretur à posteris Chami, *fines Japheth, qui sunt ad austrum*, videmus in loco, in quo condita est Anchiale. Pro Japhethitis ponitur *Japheth*, quemadmodùm pro Israelitis ponitur *Israel*, *Edom* pro Idumæis, *Assur* pro Assyriis, *Moab* pro Moabitis, *Ammon* pro Ammonitis, more in sacris paginis usitatissimo.

109. Restat de Sardanapalo Anchiales conditore, seu de Nabopollasaro, ut expendamus, quod de illo scribit Alexander Polyhistor apud laudatos Eusebium & Georgium Syncellum. οὗτος, inquit, στρατηγὸς ὑπὸ Σαράκου τοῦ Χαλδαίων βασιλέως ταχθεὶς, κατὰ τοῦ αὐτοῦ Σαράκου εἰς Νίνον ἐπιστρατεύει. οὗ τὴν ἔφοδον πτοηθεὶς ὁ Σάρακος ἑαυτὸν σὺν τοῖς βασιλείοις ἐνέπρησεν· καὶ τὴν ἀρχὴν Χαλδαίων παρέλαβεν ὁ αὐτὸς Ναβοπαλάσαρος ὁ τοῦ Ναβουχοδονόσορ πατήρ. *Hic à Saraco Chaldæorum rege dux exercitus constitutus, contra ipsum Saracum militat in Ninum. Ad cujus adventum consternatus Saracus, seipsum cum regiis combussit. Atque ita regnum Chaldæorum accepit ipse Nabopolasarus Nabuchodonosori pater.* Ut planiora hæc fiant, & annum excidii Ninives ad intelligentiam Scripturarum enodemus, observandum est in primis Nabopollassarum regnasse tempore, quo Scythæ imperium Asiæ tenuerunt. De Asiatico Scytharum imperio agit Herodotus lib. 1. cap. 103. 104. 105. & 106. auctórque est Cyaxari regi Medorum Ninum urbem obsidenti ingruisse ingentem Scytharum exercitum, duce eorum rege Madye Protothyæ filio: Medos cum Scythis congressos, prælióque fusos, Asiæ imperium amisisse: Scythas illud tenuisse ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα *annos viginti & octo*: Medos tandem id recuperasse, & expugnasse Ninum sub suo Cyaxare. Ostendimus num. 83. Cyaxarem seu *Cu-axarem* esse *Cu-Asærum* vel *Cu-Asuerum*, hoc est, principem *Asærum* vel *Asuerum* nomine. Legimus in fine libri Tobiæ secundùm textum Græcum τὴν ἀπώλειαν Νινευῆ, ἣν ἠχμαλώτισε Ναβουχοδονόσορ καὶ Ασύηρος. *exitium Ninives, quam expugnavit Nabuchodonosor & Asuerus*. Sub initium Cyaxaris contigerat Scytharum in Medos & Assyrios incursio, ut habetur in chronicis Eusebii, & innuit Herodotus inducens ipsum Cyaxarem obsidentem Ninum ad ulciscendam necem patris. Anno ante æram Christianam 634. patrem excepit Cyaxares, qui proinde explevit annum regni vigesimum octavum, Scythis postremum, anno ante eandem æram 606. Nabopollassarus pater Nabuchodonosori tunc agebat annum regni 20. Regnante ergo Nabopollassaro, deletum est Asiaticum Scytharum imperium, & eversa est Ninive. *Saracus* qui regiam hanc tenebat, videtur ipse rex Scytharum, donatus à Ninivitis nomine idoli sunt *Nesroch*, quod jam notavimus dici *Neserach* & *Asarach*, quódque chronographia Joannis Malalæ pag. 188. vocat Σαράχ *Sarach*. Nahumus propheta prædicens obsidionem Ninives, ejúsque à Chaldæis depopulationem, cap. III. vers. 18. ait: *Dormitaverunt pastores tui, rex Assur: sepelientur principes tui: latitavit populus tuus in montibus, & non est qui congreget.* Jeremias verò, qui cap. 50. vers. 18. ait: *Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo regem Babylonis,*

&

& terram ejus, sicut visitavi regem Assur, nempè regem illum Scytham qui Ninum tenuerat regiam Assyriorum: aperiens cap. 51. v. 57. quid futurum esset principibus Babylonis, Dominum inducit dicentem: *Et inebriabo principes ejus, & sapientes ejus, & duces ejus, & magistratus ejus, & fortes ejus: & dormient somnum sempiternum, & non expergiscentur*. Revera captam Babylonem temulentis ejus principibus, temulento rege, notum est. Captam quoque Ninum, Scythis eam obtinentibus inebriatis, testatur Herodotus lib. 1. cap. 106. Si Alexander Polyhistor loquatur de Nabopollassaro velut de Satrapa potius quàm de rege ante expugnatam Niniven; id non est mirum: cùm servile jugum Scytharum eo tempore non excussisset.

110. In Ctesiana rerum Assyriacarum farragine & confusione agnoscitur expugnatio Nini facta à Chaldæis simul & Medis. At quia ibi supponitur nullos reges Assyriorum fuisse quando suos reges habebat Media, tempus hujus expugnationis variè notatur. Hinc etiam rege Babylonis haudquaquàm distincto à rege Ninives, Sardanapalus rex Chaldæorum confusus est cum rege Scytha, sub quo Niniviticum exitium contigit. Non ignoravit tamen Ctesias irruptionem Scytharum in Medos tempore Artibarnæ, quem eundem cum Cyaxare vidimus n. 80. & 83. Parthos enim Medis parere recusantes sub eorum rege Artibarna & provinciam & urbem Sacis in potestatem tradidisse refert Ctesiæ exscriptor Diodorus lib. 2. pag. 84. Tum pag. 85. agnoscit Sacas esse Scythas, cùm memorat *Hemodum montem Scythiæ*, ὃ κατοικεῖ τῶν Σκυθῶν οἱ προσαγορευόμενοι Σάκαι. *quam incolunt Scythæ vocati Sacæ*. Eusebius cum Castore Rhodio, & Georgius Syncellus cum Julio Africano Ctesiam imitati cum aliis multis, qui unicum agnoscunt Sardanapalum, cùmque Babylonis, Ninivesque regem, terminant clade Ninivitica regnum ejus ceu postremi regum Assyriorum. Verùm eorum calculi non uno ex fonte manant, nec obscurè duos indicant Sardanapalos. Suo enim Sardanapalo vicenos annos tribuit Eusebius, quindenos Georgius Syncellus. Iste tempus expressit unius Sardanapali trigesimi à Nino, ille tempus alterius Sardanapali ab eodem Nino trigesimi sexti. Nam Sardanapalus seu Nabopollassarus, trigesimus sextus à Nino, regnavit annos viginti usque ad captam Niniven.

111. De Nabuchodonosoro Nabopollassari filio, ejusque successoribus usque ad captam à Persis & Medis Babylonem, pauca subjicio, quòd notiora sint eorum tempora. *Nabuchodonosor*, seu *Nebuchadnesar*, ut pronunciant Hebræi, traxit hoc nomen à *Nabo* idolo Babyloniorum, & *aquila* symbolo eorum regni: quia Chaldæis נבו כד נשר *Nebo-cad-neser* est ad verbum *Nabo quasi aquila*. Vide quæ jam diximus n. 92. Ναβοκοδρόσορον *Navocodrosorū* vocat eum Strabo lib. 15 pag. 687. ponens literam R pro N: sicut fit in latinis vocibus *dirus*, *merus*, *torus*, *groma*, *crepus* seu crepusculum, ductis à Græcis δεινὸς, μωρὸς Æolicè μωρὸς, τόνος, γνῶμα, κνέφος. Canon mathematicus habet pro Nabuchodonosoro *Labocolassarum*, & juxta aliam lectionem *Nabocolassarum* seu *Naboconasarum*: quia *Nabocodanasar* est *Naboconasar*, sicut δεκαδάρχης *decanus*, δεκάδαρχος *decurio*, δεκαδαρχία *decemviratus*, sunt δεκάρχης, δέκαρχος, δεκαρχία. Herodotus lib. 1. cap. 74. & 77. nominavit eundem regem *Labynetum* à *Labi* seu נביא *Nabi*, voce Hebræo-Chaldaicâ, quam in *Nabo* transivisse jam vidimus. Tum cap. 188. proximè locutus de Nitocri Babyloniorum reginâ, ait: ὁ δὲ δὴ Κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς τὸν παῖδα ἐστρατεύετο, ἔχοντά τε τοῦ πατρὸς τοῦ ἑωυτοῦ τοὔνομα Λαβυνήτου καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἀρχήν. *Cyrus autem exercitum duxit adversus filium hujus mulieris, habentem patris sui Labyniti nomen, & Assyriorum imperium. Labynitus*, seu *Nabynitus*, adversus quem Cyrus exercitum movit, est *Nabonadius* in Canone mathematico. Hunc in prima dissertat. §. 1. n. 3. diximus Baltassarum, ultimum è stirpe Nabuchodonosori, debellatum à Cyro & Dario Medo. Quòd nomen patris, Hebræis & Chaldæis אב *Ab*, extendatur ad avum & proavum; nomen verò filii, Hebraicè בן *Ben*, & Chaldaicè בר *Bar*, extendatur etiā ad nepotem & pronepotem: Nabuchodonosor dicitur *pater* Baltassari, & Baltassar *filius* Nabuchodonosori, Dan. V. 2. 11. 22. & Baruch I. 11. 12. Unde nihil mirum, si Herodotus eandem phrasim admiserit vocans Labyniti seu Baltassari patrem ipsum Laby-

netum.

Digitized by Google

nectum seu Nabuchodonosorum. Jeremias cap.XXVII.v.7. loquens de Nabuchodonosoro, ejusque posteris, ait: *Et servient ei omnes gentes, & filio ejus, & filio filii ejus: donec veniat tempus terræ ejus & ipsius.* Extat apud Josephum lib.1.contra Apionem, & apud Eusebium lib.9.Præp.Evang.cap.40. fragmentum antiquitatum Chaldaicarum Berosi, in quo recensētur Nabuchodonosori successores, nempè *ejus filius Evilmaraduchus*, sive אוילמרדך *Evil-Merodach* memoratus in sacris paginis: *Neriglissoorus*, maritus sororis Evilmerodachi, quem Chaldaicè dico נרגל נצר *Nerghel-nasar*, ab idolo *Nerghel*, 4.Reg.XVII.30. & communi nomine *Nasar*: *Laborosoardochus* Nerghelnasari filius, seu נבונצרדך *Nabo-nasardach*: tandem *Nabonnedus*, seu נבונד *Nabo-nad.* Canon Mathematicus corruptè ponit *Ilvarodamum* pro Evilmerodacho, & *Nirieassolassarum* pro Nerghelnasaro. Nisi dicamus Nabonadium filium filii Nabuchodonosori, seu filium Evilmerodachi, nullum in hac serie reperimus, cui id conveniat. Nam *Neriglissoorus*, seu *Nerghelnasarus*, erat, ut dixi, sororius, non filius Evilmerodachi: & *Laborosoardochus*, seu *Nabonasardach*, erat filius Nerghelnasari, ac præterea non regnavit juxta Berosum nisi μῆνας ἐννέα *menses novem*. Cùm tamen filius filii Nabuchodonosori, seu Baltassar, quem Medi ac Persæ debellarunt, pervenerit saltem ad annum tertium sui regni. Daniel enim capite octavo narrat visionem, quam habuit *anno tertio regni Baltassar regis.* Megasthenes quidem apud Eusebium lib.9. Præp. Evang.cap.41.ait Babylonios, interfecto *Labassoarasco*, seu *Laborosoarchodo*, regem creasse *Nabannidochum* seu *Nabonadium*, προσήκοντα οἱ οὐδέν. *ad eum minimè pertinentem*, nempè ut filium: quia revera filius non erat Laborosoarchodi. Eum tamen fuisse de stirpe Nabuchodonosori constat ex Herodoto, antiquiore Megasthene ducentis annis.

112. At inquies: invadentibus Babylonem Medis & Persis, *eadem nocte interfectus est Baltassar rex Chaldæus*, Dan.V.30. Nabonadius autem juxta Berosum nec nece violenta periit, nec mortuus est Babylone: sed inde fugiens cum paucis, Borsippenorum oppido se inclusit; eoque postmodùm capto, jussus est ire in Carmaniam, ubi tandem obiit. Verùm si consulamus linguam Chaldaicam, unde interpretatum est, quod nobis reliquit Berosus, facilè intelligemus Chaldaicas voces בור ספינה *Bor-sephina*, quæ sunt ad verbum *fossa navis*, seu *alveus permeabilis*, dedisse ansam fictitiis *Borsepinis* seu *Borsippenis*. Xenophon lib. 7. de Institutione Cyri ait: *Cyrus verò cùm audisset, celebrari Babylone festum quemdam ejusmodi diem, quo Babylonii omnes nocte tota potarent & comessarentur: quamprimùm eo die tenebræ accessissent, magna mortalium multitudine adhibita, fossarum ostia versus amnem aperuit. Hoc cùm factum esset, aqua noctu in fossas manabat, & alveus fluvii per urbem tendens, hominibus permeabilis esse cœpit.* Idem ante Xenophontem retulerat Herodotus lib. 1.cap.191. Prætereà scribit Xenophon milites Cyri Gadatæos & Gobrianos, hâc nocte ingressos Babylonem, quàm celerrimè ad regiam pervenisse, ipsum regem jam erectum cum acinace, quem strictum tenebat, invenisse, & occidisse, interfectis etiam iis qui regi aderant: tandem illucescente die sentientes eos, qui arces tenebant, ἑαλωκυῖάν τε τὴν πόλιν, καὶ τὸν βασιλέα τεθνηκότα *captam urbem & regem occisum*, arces etiam tradidisse. Quod Amos propheta cap.4.v.3. dicebat iniquis optimatibus Samariæ sub typo vaccarum pinguium: *Projiciemini* ההר מונה *Habarmona* ad *Harmona*, sive *ad palatium*: hoc idem contigit regi & optimatibus Babylonis, quos Persæ interfecerunt in *Harmona*. Solent Persæ efferre literam ה *He*, quasi esset χ vel k. Sic *Hormuz*, *Hadoramum*, *Hadramitæ*, Persicâ prolatione sunt *Cormuz*, *Codoramum*, *Chatramitæ*; ut docet Bochartus lib.2. Geographiæ sacræ cap.19. Quasi ergo *Harmona* esset *Carmona*, Carmaniam in qua obierit Nabonadius, finxerunt Berosus & Megasthenes. Simili hallucinatione *Harmona* Amosi prophetæ aliis est *Armenia*, aliis *mons Mona*; vel *mons Remmam*, aut ΝΙΤΩΟΥ ΝΤΕΕΡΕΜΩΝ *montes Eremon*, ut habet versio Coptica. Innumera sunt exempla nominum appellativorum quæ tanquam propria reddita sunt, & multum obscuritatis afferunt historiæ.

Digitized by Google

AH1

DISSERTATIO III.

In Historiam Sacram primæ mundi ætatis

HABITA PER DIALOGOS

In Academia Divinarum Literarum Seminarii Montis-Falisci.

JUSSU

Eminentissimi ac Reverendissimi

S. R. E. CARDINALIS

MARCI-ANTONII BARBADICI

Archiepiscopi, Episcopi Montis-Falisci, & Corneti.

Anno Domini MDCCV.

Digitized by Google

ADMONITIO

AD


LECTOREM.



Ebræus interlocutor in primo & ſecundo Dialogo perſonam tuetur non tam Hebræi quàm Chriſtiani, quòd ibi agantur res ſacræ Scripturæ, quæ Chriſtianis communes ſunt cum Hebræis. Qui gerunt perſonam aliorum, nempe Ægyptii, Phœnicis, Græci & Latini proferunt aliquando gentium illarum monumenta, quæ nobis ſervata non ſunt niſi in ſcriptis Chriſtianorum, digniſſima certè quibus nemo fidem abroget. In tertio Dialogo Latinus agit cauſam Editionis Latinæ vulgatæ in numeris annorum aliter expreſſis in Græcis codicibus: Græcus titubanter & inconſtanter loquitur de Editione LXX. Interpretum ob codicum inſtabilitatem: Hebræus planam facit veritatem Hebraicam. Vocabula quædam Ægyptiaca & Arabica deſcripſimus literis Græcis & Hebraicis, quòd nobis defuerint Coptici & Arabici characteres.

DIA-

Digitized by Google



DIALOGUS I.

In tria priora capita libri Genesis.

INTERLOCUTORIBUS

Hebræo, Ægyptio,
Phœnice, Græco,
Latino.



HEB. 1. Agnificum atque præclarum est ad commendationem libri Genesis omnibus Gentibus afflandam, quòd sacræ ejus paginæ revocent omnem memoriam priorum temporum: mundi ab summo & æterno Deo conditi ostendant incunabula & primordia: generis humani patefaciant propagationem ab uno omnium stipite: genearcharum describant ætatem: perspicuam & dilucidam contineant de diluvio universali narrationem: terrarum prodant divisionem post diluvium: dispersarum per totum orbem gentium ac nationum recenseant capita: splendidissimas enuncient promissiones de benedicendis in semine Abrahæ omnibus gentibus: famis universalis complectantur historiam: memorent omnium antiquissimas prophetias: proferant maximè oraculum de *Silo*, seu Messiâ *expectatione Gentium*.

ÆG. 2. Necesse est edisseri à nobis quæ his de rebus promunt monumenta Gentium vetustissima: ut inde etiam cognoscamus rerum gestarum veritatem, quas liber ille commemorat. Ægyptius sacerdos, quem in Onuphiti præfectura egregiè de rebus Trojanis loquentem se audivisse testatur Dion Chrysostomus Oratione XI. de popularibus suis ajebat, πᾶσαν τὴν πρότερον ἱστορίαν γεγράφθαι παρ' αὐτοῖς *omnem priorum temporum historiam apud ipsos scriptam esse*. Ut eam Judæi habent in libro Genesis, ita Ægyptii descriptam reperiebant ἐν τοῖς Γενικοῖς Ἑρμοῦ *in Genicis Mercurii* memoratis Eusebio & Georgio Syncello: sive ἐν τῇ κοσμογονίᾳ Τααύτου *in Cosmogonia Taauti*, ex qua prompsit Sanchoniathon quæcunque de rerum creatione protulit. Notum est Taautum esse Mercurium Ægyptiorum, de quo pleniùs in alio loco.

Digitized by Google

PHOE. 3. Cùm auditis Sanchoniathonem, vobis dubium esse non potest Phœnicas jam antiquitate ascensos esse Ægyptiis de primordiis rerum. Phœnicum historiam & ipse Phœnix patrio sermone scripsit is auctor, vir in primis πολυμαθὴς καὶ πολυπράγμων, καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς, ἀφ' οὗ τὰ πάντα συνέστη παρὰ πάντων εἰδέναι ποθῶν. *multiscius & percuriosus, & ante omnia cupidus sciendi, quæ fuerunt ab initio, & à quo omnia constituta sunt.* Grandi hoc elogio decoravit Sanchoniathonem ejus interpres Philo Biblius apud Eusebium in primo Præparationis Evangelicæ, ubi insigne fragmentum extat Phœniciacorum vetustissimi hujus scriptoris. Venisse suppetias eidem historico τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως τοῦ θεοῦ ΙΕΥΩ *monumenta ab Jerombalo sacerdote Dei* JEVO, tradit Porphyrius apud eundem Eusebium.

HEB. 4. Gaudeo Hebræum, Hebræorúmque judicem fuisse adjumento Phænicum Sanchoniathoni. *Jerombalus* sacerdos Dei JEVO, seu JAO, ut legit Theodoretus, est *Jerobaal, qui & Gedeon*. Jud. VII. 1. Ut enim ἄμβροτος *immortalis* ponitur à Græcis pro ἄβροτος, ἀμφασίη *obmutescentia* pro ἀφασία, Ῥεμφὰν Ægyptium Saturni nomen pro Ῥεφὰν, Μέμφις urbs Ægypti pro Μωφ, seu מוף *Moph*, ut Hebraicè nominatur: ita certè *Jerombal* dicitur pro *Jerobal*, sive *Jerobaal*. Gedeon quidem non erat sacerdos, imo nec Levita, cùm esset è tribu Manassis: sed ambiguitas vocis Hebraicæ כהן *Cohen*, quæ ita sacerdotem significat, ut etiam extendatur ad primarios in politicis ministros, nempe ad principes, magnates, gubernatores, præsides, facilè creavit interpreti Sanchoniathonis errorem.

PHOE. 5. Non sanè hoc mirabile: nam Phœnices à quibus cultum Cabirorum accepit Samothracia, *Coen* vocabant sacerdotem. Id notum ex Hesychio, cui Κόης *Coes* est ἱερεὺς Καβείρων *sacerdos Cabirorum*. Κόης terminatione Græcâ dicitur pro *Cohen*, sicut apud Josephum Κάϊς reperitur pro *Cain*. Sed in callem. *Principium hujus universitatis ponit* Sanchoniathon *aerem tenebrosum ac spiritu fætum*, quem appellat χάος ἐρεβῶδες. *Spiritus verò* juxta eundem auctorem *suam ipsius procreationem minimè agnoscebat*.

HEB. 6. Video Sanchoniathonem expressisse, quod in ipso Genesis exordio ait divinus Moyses: *In principio creavit Deus cælum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas*, seu juxta vim vocis Hebraicæ מרחפת *Merahephbeth*, fovebat aquas. Tenebræ illæ primordiales sunt *Chaos Erebodes*, seu כהות ערב *Caboth ereb* tenebræ vespertinæ, à quibus ducitur primus mundi dies, juxta illud: *Factumque est vespere & mane, dies unus*, seu dies primus. In Hebræo textu legitur: ויהי ערב *Et fuit Ereb*, id est, vespera.

GRÆ. 7. Græcos veteres illos admodum antiquos non præteriit hoc initium rerum: non Hesiodum, juxta cujus Theogoniam v. 116. πρώτιστα χάος γένετο *primùm fuit Chaos*, atque illud quidem cujus *Erebus* seu vespera, noxque primigeniæ luci præcurrerunt; cùm dicat vers. 123. & 124.

Ἐκ Χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ, ἐγένοντο.
Νυκτὸς δ' αὖτ' αἰθήρ τε καὶ ἡμέρη ἐξεγένοντο.

Ex Chao verò Erebusque, nigraque nox editi sunt, nocte autem & æther & dies sunt procreati. Non auctorem Hymnorum Orphicorum, juxta quem νὺξ γένεσις πάντων *Nox generatio omnium*. Non Thaletem Milesium, qui, Diogene Laertio teste, diem nocte posteriorem agnovit.

LAT. 8. Habuerunt id cognitum & Latini. *Varro* apud Festum *Erebo natam noctem ait. Unde est & illud: Erebo creata fuscis crinibus Nox te invoco.* Ovidius lib.

lib. 1. Metamorph. Fab. 1. unum in principio mundi tenet naturæ vultum, *quem dixere Chaos*: quia

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan,
Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe.

Notum & illud Silii Italici:

Namque Chaos, cæcam quondam sine sidere molem,
Non surgente die, ac mundum sine luce canebat.

Julius Cæsar lib. 6. commentariorum de Bello Gallico suppeditat nobis ipsos etiam Gallos, qui *se omnes ab Dite patre prognatos prædicant: idque ab Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis, non numero dierum, sed noctium, finiunt; & dies natales, & mensium, & annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur.* Germani quoque apud Tacitum in libello de Moribus Germanorum *nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur.*

ÆG. 9. Se latiùs funderet nostra collocutio, si gentes enumeraremus, quæ diem civilem inchoarunt à vespera, quasi tenebræ antegressæ sint lucem. De Atheniensibus quos Ægyptiorum colonos fuisse docet Diodorus lib. 1. pag. 17. & Julius Africanus unà cum Theopompo & aliis apud Eusebium lib. 10. Præpar. Evang. cap. 10. nunc solum observabo *eos à sole occaso ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere*, prodente Varrone apud A. Gellium lib. 3. Noctium Atticarum cap. 2. Et quamquam visum est Ægyptiis diem civiliter computare à mediâ nocte ad alteram mediam noctem: non latuit tamen eorum theologiam primigenia vespera. Dissertatio de anno diluvii universalis num. 35. vos docebit *seniorem Orum*, quem Ægyptii apud Plutarchum in libro de Iside & Osiride ferunt *ὑπὸ σκότῳ γενέσθαι* *in tenebris natum esse*, adumbrare primam lucem tenebris posteriorem, de qua dicunt Hebraicæ scripturæ: יהי אור ויהי אור *Fiat Or, & factus est Or*, seu *fiat lux, & facta est lux*. Gen. I. 3. Nunc ad pleniorem intelligentiam addo ex eodem Plutarcho *τὸν Ἀρούηριν οὕτω γεγονέναι, καὶ καλεῖσθαι πρεσβύτερον Ὧρον ὑπ' Αἰγυπτίων. Aruerim sic natum esse, ac vocatum ab Ægyptiis seniorem Orum.* Ægyptiacum nomen ΑΡΟΥΗΡΙ explicant Ægyptiacæ voces ארוהי אירי *Arubi-iri*, quæ significant, *Vespera facta est*, & egregiè respondent Hebraicis vocibus ויהי ערב *Et fuit Ereb*, sive, *Et fuit vespera*. Id in versione Coptica exprimitur vocibus ארוהי שופי *Arubi-sciopi*: quia verbum שופי *Sciopi* est sæpe ejusdem significati cum verbo ΙΡΙ *iri*, in statu regiminis ΕΡ *er*. Has neglectissimæ linguæ minutias observo, ne parùm enucleatè dicam de nomine, quod aliàs est valdè obscurum.

HEB. 10. Itaque consentiunt sacræ Genesi & de primigeniâ vesperâ, & de primigeniis tenebris, & de primigeniâ luce tenebris posteriore non tam Phœnices, quàm Ægyptii, quàm Græci, quàm Latini, quàm alii populi. An ei pariter consentiant de terrâ in principio inani & vacuâ, nondum percipio. Secundum phrasim Hebraicam *terra erat* תהו ובהו *Tohu & Bohu*, hoc est, *inanis & vacua*, sive rudis & informis. LXX. Interpretes vertunt: *ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος* *invisibilis & incomposita*: quia Hebraicæ voces *Tohu* & *Bohu* significant rem ita nudam & inanem, quæ nec ordinem subeat, neque aspectum.

PHOE. 11. Eundem in Sanchoniathonis cosmogoniâ sensum habet vox *Baau*, quippè quam *νύκτα ἑρμηνεύειν* *noctem significare* aiunt. Nocte enim res sub aspectum non cadunt. Ut autem Ægyptiorum *Thouth* est eidem Sanchoniathoni *Taaut*, sive *Taautus*: ita Hebræorum *Bohu* est ipsi *Baau*.

LAT. 12. Præclarum inanitatis terræ simulacrum est nox. Unde Virgilius in sexto Æneidos volens

Pandere res alta terra & caligine mersas,
ait : *Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,*
Perque domos Ditis vacuas, & inania regna.

Umbra *corpus inane* dicitur Propertio lib. 3. Eleg. 18. & laudatus Virgilius lib. 4. Æneid. noctem vocat *humentem umbram*: *Quia nox omnis humida est . . . Et nihil interest, utrum umbram an noctem dicas: nox enim umbra terræ est.* Verba sunt Servii ejus commentatoris. Terra ergo in principio erat inanis & vacua, rudis & informis, invisibilis & inordinata. Perturbationem rerum in hac terræ inanitate & ruditate sic describit Ovidius in primo Metamorphoseon:

Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos; rudis indigestaque moles:
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaque eodem
Non benè junctarum discordia semina rerum.

HEB. 13. Sunt gravissimi Scripturarum interpretes, qui illud: *In principio creavit Deus cælum & terram*: intelligunt de materia informi, quam Deus fecit ex nihilo, *quasi semen cœli & terræ, cùm in confuso adhuc esset cœli & terræ materia.* Ita Augustinus lib. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 7. cui subscribunt inter alios Beda & Albinus Flaccus.

ÆG. 14. In eadem sententia fuerunt Ægyptii apud Diodorum lib. 1. pag. 4. ubi aiunt *κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν ὅλων σύστασιν μίαν ἔχειν ἰδέαν οὐρανόν τε καὶ γῆν, μεμιγμένης αὐτῶν τῆς φύσεως. Secundùm constitutionem omnium rerum quæ fuit à principio, unam habuiße formam cælum & terram, commixta eorum natura.*

GRÆ. 15. Hanc quoque inter Græcos fuisse mentem Euripidis, prodit idem Diodorus exscribens hos versus ex ejus Menalippe :

ὡς οὐρανός τε γαῖα τ' ἦν μορφὴ μία.
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος,
Δένδρη, πετεινά, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.
Sic una cœlo forma cum terra fuit.
Sed fecerant à sese ubi divortium
Mox cuncta gignunt, inque lucem dant feras,
Aves, soloque quæ vivunt, & arbores:
Mortaliumque genus.

Similiter Orpheus juxta Apollonium Rhodium lib. 1. Argonauticorum v. 496.

Ἤειδεν δ' ὡς γαῖα, καὶ οὐρανός, ἠδὲ θάλασσα
Τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ,
Νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα.
Ἠδ' ὡς ἔμπεδον αἰὲν ἐν αἰθέρι τέκμαρ ἔχουσιν
Ἄστρα, σεληναίη τε καὶ ἠελίοιο κέλευθοι.
Οὔρεά τ' ὡς ἀνέτειλε, καὶ ὡς ποταμοὶ κελάδοντες
Αὐτῇσι νύμφῃσι, καὶ ἑρπετὰ πάντ' ἐγένοντο.
Cantabat, quonam pacto cælum, mare, tellus,
Cùm priùs his facies se commiscentibus una,
Singula lite gravi fuerint discreta seorsim:
Ut certam firmamque habeant & in æthere metam
Sidera, solares cursus, lunæque meatus:
Ut montes sint producti, fluviique fragosi
Ipsis cum Nymphis: utque orta repentia cuncta.

Digitized by Google

LAT. 16. Addo Virgilium Eclogâ 6. ubi Silenum exhibet idem planè canentem de mundi origine:

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina, terrarumque animæque marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas,
Jamque novum terræ stupeant lucescere Solem:
Altius atque cadant summotis nubibus imbres.
Incipiant sylvæ cùm primùm surgere, cumque
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna,
Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei.

HEB. 17. Narratio Mosaica de rerum creatarum distinctione & ornatu, déque hominis formatione, elucet non parum in his Virgilii, Apollonii Rhodii, Euripidisque versibus. Hæc enim nos docet, ut cœlo, terrâ, mari seorsim discretis, productæ sunt arbores, editum omne plantarum genus, posita in cœlo luminaria magna, & cuncta sidera, procreata volatilia, aquatilia, & reptilia, factæ animantes, formatus homo. Sex diebus mundum & omnia quę in eo sunt, elaboravit Deus: *& requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat. Et benedixit diei septimo; & sanctificavit illum: quia in ipso cessaverat ab omni opere suo, quod creavit Deus, ut faceret.* Gen. II. 2. 3.

LAT. 18. Equidem *septimo die, otium placuisse ferunt: quia is finem laborum tulerit:* ait Tacitus loquens de Judæis lib. 5. Historiarum. Quòd si Seneca reprehenderit *sacramenta Judæorum, & maximè sabbata: inutiliter id eos facere affirmans, quod per illos singulos septem interpositos dies, septimam ferè partem ætatis suæ perdant vacando, & multa in tempore urgentia non agendo lædantur:* nihilominùs confessus est eos non sine causâ ritum illum accepisse. *Ait enim; Illi tamen causas ritus sui noverunt.* Id notat Augustinus lib. 6. de Civit. Dei cap. 11. Quinetiam præter Judæos multi septimum diem observarunt. Alexander Severus, teste Lampridio in ejus vita, *Capitolium septimo die cùm in urbe esset, ascendit, templa frequentavit.* Avidio Cassio *exercitium septimi diei fuit omnium militum*, ut refert Vulcatius Gallicanus. *Diogenes grammaticus disputare Sabbatis Rhodi solitus*, qui Tiberium Cæsarem *venientem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat*, memoratur Svetonio in Tiberio. De *conviviis juvenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus Lunæ solenne fuit*, loquitur A. Gellius lib. 15. Noctium Atticarum cap. 2. Idem lib. 3. cap. 10. Varronem exhibet copiosè differentem de numero septenario, in libro, quem inscripsit *Hebdomades*.

GRÆ. 19. Solemnia diei septimi non immeritò dicuntur Athenis servata: *ὅτι τὴν ἑβδόμην ἱερὰν οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι. quod septimum diem sacrum non solùm Hebræi, sed etiam Græci sciant*, ut ex Hesiodo, Homero, & Callimacho docet Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum. Idem ostenderat Aristobulus, observante Eusebio lib. 13. Præparat. Evang. cap. 12. nisi quòd Pseudo-Linum pro Callimacho posuit. Ea erat apud Græcos observatio quietis diei septimi, ut ipsi etiam pueri otium sibi præcipuè sumerent *ἐν ταῖς ἑβδόμαις septimis diebus*, ut videre est in Luciani Pseudologista. Antiquissimam Delphorum traditionem in argumentum septimanæ mundi

di

Digitized by Google

di natalitiæ illustratam habemus laudatâ jam dissertatione de anno Diluvii universalis num. 35.

ÆG. 20. Ibi quoque observatur id juxta priscam Ægyptiorum theologiam esse. Adhæc Dio lib. 39. auctor est Ægyptios instituisse, ut septimanæ *dies ad septem sidera illa, quos planetas appellarunt, referantur. Hermes*, seu Mercurius, juxta Philastrium lib. de Hæresibus, *hac apud Ægyptios excogitavit*. Septenarium dierum numerum adeò religiosè observabant, ut cùm instaret tempus, quo rem divinam facturi erant sacerdotes, nonnulli per sex dierum septimanas, alii per plures, alii per pauciores, ὐδέποτε μέν τοι τῶν ἑπτὰ λειπομένας, *numquam verò minus diebus septem*, abstinebant ab omnibus animalibus; ut refert Chæremon apud Porphyrium libro 4. de Abstinentia, cap. 7.

HEB. 21. Nihil opus est plura referre, quando Judaicarum antiquitatum vindex Josephus lib. 2. contra Appionem docet, quòd ὐδ' ἔςιν ἐ πόλις Ἑλλήνων ὐδ' ἡτισοῦν, ὐδὲ βάρβαρον ὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος ὐ διαπεφοίτηκεν. *neque est aliqua urbs Græcorum, neque Barbara natio omnino ulla, ubi non increbuerit mos servandi septimum diem, quo cessamus ab opere.* Quando & Seneca, quantumvis in Judæos injuriosus, ait apud laudatum Augustinum lib. 6. de Civit. Dei cap. 11. hanc eorum consuetudinem usque eò convaluisse, *ut per omnes jam terras recepta sit*. Nihil ergo fuit receptius observatione diei septimi, quem Deus sanctificaverat, *quia in ipso cessaverat ab omni opere suo*.

PHOE. 22. Dies opificii mundi articulatim distinctéque non dantur intelligi in Phœniciacis Sanchoniathonis. Quæ tamen priùs, quæ posteriùs facta sunt, ibi indicantur. Exordio facto à Chao, de quo jam egimus, *Mot* emersisse dicitur ex prima rerum commixtione. Τῦτο τινὲς φασιν ἰλυὼ, οἱ δὲ ὑδατώδους μίξεως σῆψιν. καὶ ἐκ ταύτης ἐγένετο πᾶσα σπορὰ κτίσεως καὶ γένεσις ὅλων. *Id nonnulli dicunt lutum; alii verò aquosæ mixtionis corruptionem, ex qua prodiit omne semen productionis, omniumque generatio.* Vocabulum מות *Moth*, Arabicâ prolatione *Maut*, mortem propriè significat non tam Hebræis, Syris & Chaldæis, quàm Arabibus. Ægyptii per Apocopen dicunt MOY. Ad eandem radicem pertinent Arabicæ voces מואת *mavat* & מותאן *mavatan*, quibus designatur *terra deserta & vacua, terra culturam nondum experta*, quasi tunc esset exanimis. *Mors à plerisque benè interitus dicta est, quasi interveniens, & mixtarum rerum connexionem resolvens*: ait Servius in quartum Georgicorum Virgilii. De primaria mixtarum rerum connexione jam egimus, exponentes quem in sensum acceperint antiqui terram in principio inanem & vacuam. Mixtionis hujus resolutio *Mot* a Phœnicibus dicta est. Quia verò corruptionem unius sequitur alterius generatio: ideò secundum Sanchoniathonem *omne semen productionis, omniumque generatio* prodiit ex *Mot*, aquosæ mixtionis corruptione.

HEB. 23. Videor mihi videre alludentem Sanchoniathonem ad Mosaicum אד *Ed*, de quo scribitur Gen. II. 6. ואד יעלה מן הארץ והשקה את כל פני האדמה׃ *Et ED ascendebat de terra, & irrigabat universam faciem terræ.* Ibi quidem vox *Ed* significat *vaporem*, quo tamquam aliquo fonte scaturibat universa terra, ut ei fœcunditas daretur aquarum inductionibus. At alibi sonat *interitum*, non secus ac vocabulum מות *Moth*. Imo ideò Hebraicum אד *Ed* vaporem significat; quia intereunt, & quasi veniunt in nihilum, quæ abeunt in vaporem. Contigit hæc terrarum fœcunditas, antequàm fierent *luminaria in firmamento cœli*, quando scilicet, congregatis in locum unum aquis,

quæ

Digitized by Google

quæ sub cœlo sunt, apparuit arida, *& protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem, secundum speciem suam*. Gen. I. 12. Ita ἐγένετο πᾶσα σπορὰ κτίσεως *prodiit omne semen productionis*, ut utar verbis Sanchoniathonis, quæ jam audivi.

PHOE. 24. Si *Ed* Mosis antecesserit facta luminaria in firmamento cœli, ea quoque antecessit *Mot* Sanchoniathonis. Solem enim, lunam, & stellas is memorans in sua cosmogonia, præmittit eis *Mot*, cùm ait: καὶ ἐξέλαμψε Μώτ, ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέρες τε καὶ ἄστρα μεγάλα. *Et effulxit Mot, Solque & Luna, Stellæ & magna sidera*. Addit idem auctor animalia postmodùm prosiliisse tam ex terra quàm ex mari, masculum & fœminam: ac demùm ἐκ τοῦ Κολπίας ἀνέμου, καὶ γυναικὸς αὐτοῦ Βάαυ. *ex vento Colpia, & uxore ejus Baau* natos esse sæculum ac primogenitum, viros mortales, & à sæculo primùm ex arboribus alimenta hominibus esse data. Habet quidem obscuritatis non parum hæc Sanchoniathonis narratio. Sed nodum omnem tollit lingua Hebraica, quæ affinis erat Phœniciæ. Dictum Hebraicum est קול פי יה *Col-pi-jah* significans *vocem oris Dei*: & vocabulo *Baau* significatur *inanitas, vacuitas, nihilum*; quòd idem sit cum Hebraico בהו *Bohu*, ut jam notavimus. Vult ergo Sanchoniathon tractum sæculum, tractum primogenitum ex *Colpia* & *Baau*: quia omnipotens *vox oris Dei*, nullius opis egens, condidit sæculum, hominémque formavit.

HEB. 25. Egregia interpretatio. Nam de singulis operibus in hujus sæculi initium patratis & terminatis formatione primi hominis, scribitur in sacra Genesi: *Et dixit Deus*, atque ad Dei vocem cuncta narrantur facta. Hæc oris Dei vox, de qua regius vates Psal. XXXII. *Verbo Domini cœli firmati sunt: & spiritu oris ejus omnis virtus eorum . . . Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt*. Hæc oris Dei vox, de qua Juditha precans Deum cap. XVI. v. 17. *Tibi serviat omnis creatura tua: quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est, qui resistat voci tuæ*. Hæc oris Dei vox, de qua Isajas cap. LV. vers. 11. *Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud*.

GRÆC. 26. Non malè, ut jam video, Aristophanis comœdia, quæ inscribitur *Nubes*, ponit in primordiis rerum τὸ Χάος καὶ τὰς νεφέλας καὶ τὴν γλῶτταν. *Chaos & nubes & linguam*. Nec sine causâ *Pythagoras, & Socrates, & Plato* dicebant *se audire vocem Dei, considerantes universorum constructionem, quæ à Deo accuratè & perfectè facta est, & ab eo perpetuò continetur*: ut observat Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum, & ante eum Aristobulus, quem citat Eusebius lib. 13. Præp. Evang. cap. 12.

LAT. 27. Ea sanè est vocis Dei efficacia, ut propterea *vox Jovis fatum* dicatur à Servio in librum decimum Æneidos. Deum enim conditorem universorum Jovem habuerunt Romani. At originem primi hominis enucleatiùs exquiramus. Eam Ovidius ita canit lib. 1. Metamorph. fab. 2.

Neu regio foret ulla suis animalibus orba:
Astra tenent cæleste solum, formæque Deorum;
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ;
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.
Natus homo est: sive hunc divino semine fecit

Ille

Digitized by Google

Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cœli:
Quam satus Japeto mistam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaque cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.
Sic, modo quæ fuerat rudis, & sine imagine tellus,
Induit ignotas hominum conversa figuras.

HEB. 28. His Ovidii versibus expromitur quod de hominis formatione nos docet sacra Genesis, nempè Deum, cunctis animalibus jam productis, formasse *hominem de limo terræ*, eum *ad imaginem suam* fecisse, ac ipsi contulisse dominium in cœtera. Divinarum scripturarum adversus Ethnicos defensor Tertullianus, probè sciens eos exploratam habere hominis de limo terræ formationem, aiebat lib. de Carne Christi cap. 7. *Ipsum certè corpus hoc nostrum, quod de limo figulatum est, etiam ad fabulas Nationum veritas transmisit.* Hinc lib. 1. contra Marcionem *Caucasum* montem nominat, *penes quem verus Prometheus Deus omnipotens blasphemiis lancinatur.* Et in Apologetico adversus Gentes cap. 13. missos ait viros *spiritu divino inundatos, quo prædicarent Deum unicum esse, qui universa condiderit, qui hominem humano struxerit; hic enim est verus Prometheus, qui seculum certis temporum dispositionibus & exitibus ordinavit.*

LAT. 29. Principem limum unde primus homo creatus est, canit Horatius lib. 1. Od. 16. sic scribens:

Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus.

Primam terram pro principe limo ponit Propertius lib. 3. Eleg. 5. hoc versu:

O prima infelix fingenti terra Prometheo.

Prometheum lutum dicit Martialis lib. 10. Epigr. 39. cùm ait:

Ficta Prometheo diceris esse luto.

GRÆ. 30. Ἀπὸ τῆς προμήθειας *à providentia* ducitur Promethei nomen, quòd divina providentia formaverit hominem de limo terræ. Decantatissima est etiam apud Græcos ejusmodi efformatio. Apollodorus lib. 1. cap. 7. ait Prometheum formasse ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀνθρώπους *homines ex aqua & terra.* Apollonius Rhodius lib. 4. Argonauticorum vers. 676. canit terram pullulasse προτέρας ἐξ ἰλύος *priores ex luto.* Archelaus, apud Diogenem Laertium statuit similiter homines & animalia ἀπὸ τῆς ἰλύος γεννηθῆναι *ex luto prodiisse.* Pausanias lib. 10. loquens de quodam signo Panopensium, quod alii Æsculapii, alii Promethei esse ferunt, meminit τοῦ πηλοῦ, ἐξ οὗ καὶ ἅπαν ὑπὸ τοῦ Προμηθέως τὸ γένος πλασθῆναι τῶν ἀνθρώπων λέγουσι. *luti, ex quo omne hominum genus à Prometheo formatum fuisse dicunt.* Saturnus Prometheus παγγενέτωρ *omnium generator*, qui juxta auctorem hymnorum Orphicorum est

Γαίης τε βλάστημα καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Cùm terræ tum etiam stellati germen Olympi.

refert primum hominem è Prometheo luto formatum. Ideo enim illum invocans, ait:

σεμνὲ Προμηθεῦ
Venerande Prometheu.

Ideo quoque eidem dicitur *Titan*, voce deductâ ab Hebræo-Chaldaica טיט *tit*, quæ significat *lutum.* Nam Diodorus lib. 3. pag. 133. ait natos ἐκ Τιταίας ex

Digitized by Google

ex Titæa πάντας· ἀπὸ τῆς μητρὸς ὀνομαζομένους Τιτᾶνας. τὴν δὲ Τιταίαν ... γῆν μετονομασθῆναι. *omnes à matre nominatos Titanas: Titæam verò terram nuncupatam.* Homerus Odyss. H. vers. 324. dicit Τιτυὸν γαιήϊον υἱόν. *Tityum terræ filium*.. Hesiodus in Theogonia vers. 644. alloquens *Titanas* ait:

Κέκλυτέ μευ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀγλαὰ τέκνα.
Auscultate mihi terræ & cæli inclyta proles.

Quòd autem terrea Titanum origo refunderetur in unum Saturnum omnium generatorem è luto formatum, idem Poeta loquitur de Saturno tamquam de Titanum patre, cùm ait v. 630. & 668.

Τιτῆνές τε θεοί, καὶ ὅσοι Κρόνου ἐξεγένοντο.
Titanesque dii, & quotquot genuit Saturnus.

PHOE. 31. Hîc redeo ad meum Sanchoniathonem, juxta quem ὁ οὐρανὸς ἄγεται πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν γῆν, καὶ ποιεῖται ἐξ αὐτῆς ... Ἶλον τὸν καὶ Κρόνον. *cælum matrimonio secum junxit terram sororem, ex eaque suscepit Ilum, qui Saturnus dicitur.* Cilices qui multa à Phœnicibus acceperunt, hunc Saturnum vocarunt Adanum. Ex Cilicum enim historiis prodiit, quod Stephanus scribit in Ἄδανα. ἔστι δὲ ὁ Ἄδανος γῆς καὶ οὐρανοῦ παῖς, καὶ Ὄστασος, καὶ Ἄνδης, καὶ Κρόνος. *Est autem Adanus terræ & cœli filius, & Ostasus, & Andes, & Saturnus.* Quòd homo formatus è terra sit juxta phrasim Hebraicam אישדשן *Is-desen*, & juxta Chaldaicam אישדשון *Is-disun*, hoc est, *vir cineris*, Adanum terræ cœlique filium *Osdasum* sive *Ostasum* dixerunt. *Ostasus* enim est *Isdisus*, sicut *Nabonadius*, rex Babylonis, Herodoto est *Labynitus* seu *Nabynidus*. Quod verò Græcum Saturni nomen Κρόνος soleat exponi χρόνος, hoc est, *tempus*, quod per ætates colligitur à formatione primi hominis, idem vocatus est *Andes* à Chaldaica voce ענתא *Inta*, seu *Inda*, quæ significat *tempus*, & Phœnicibus erat *Anda*, sicut Chaldaicum נבלא *Nibla* nablium eisdem erat *Nabla*, ut ex Sopatro & Philemone docet Athenæus lib. 4. Dipnosophistarum pag. 175.

HEB. 32. Nedum originem primi hominis, verum etiam ejus nomen, assecutos Cilicas video. *Adanus* enim *vir cineris*, *filius terræ*, dubio procul est *Adam* quem Deus de limo terræ formavit, & cui dixit: *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Gen. III. 19. Permutatio literarum M & N est adeò usitata, ut nemini mirum esse possit *Adan* poni pro *Adam*. Sic *odio habere* dicitur Hebraicè שטם *Satam* & שטן *Satan*: sic Memphis vocatur מוף *Moph* & נוף *Noph*: sic עדן *Eden*, nomen horti deliciarum, in quo Adam, veluti colonus, à Deo creatore collocatus est, multis est *Edem*: Sic Hebraicum חסין *Hasin* robustus, Chaldæis est הסים *Hasim* & חסין *Hasin*: Sic Pluralia Hebræorum quæ terminantur in ים *im* Chaldæi mutant in ין *in*.

GRÆ. 33. Superfluum esset alia nunc exempla proferre; cùm notum sit proclives in harum literarum mutatione plures nationes fuisse. Quid quòd absque ejusmodi mutatione nomen hoc Græcis innotuit? Observat id Justinus Martyr in Cohortatione ad Græcos, ubi hymnum quemdam memorat, quem ad omnipotentis Dei laudem Oraculum cecinit, dicens in medio:

Ὅτι πρῶτον πλάσας μερόπων, Ἀδὰμ δὲ καλέσας.
Quem primum finxit mortalem, dixit Adamum.

Unum in fabula de Prometheo primi hominis formatore est mihi valdè obscurum, nempè Prometheum Japeti filium decantari. Quomodo enim Japeti filius, qui primum hominem formavit?

HEB.

HEB. 34. Omnium ineptiarum haud scio, an ulla sit major, quàm ista fabula. Non erit tamen difficile detegere ex sacra genesi causam tantæ insulsitatis. Narrat divinus ille liber cap. X. v. 2. *Japhetum* seu *Japetum* genuisse *Javan*, à quo Jones seu Græci ducunt originem. Hebraica vox יון *Javen*, unde nomen invenit is Japeti filius, significat *cœnum*, *lutum*; ut Psal. XL. v. 3. ubi legitur טיט היון *tit-hajiaven* cœnum luti, seu lutum fœcis, ut vulgò redditur. Quòd ergo *Japethus* esset pater illius, qui dictus est *lutum*, & à quo Græci orti sunt: patrem Promethei, hominum è luto formatoris, seu potius *Promethei luti*, Japetum finxerunt. At relinquamus ejusmodi fabulas, & ad historiæ sacræ contextum colloquia nostra referamus. *Plantaverat Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem, quem formaverat.* Gen. II. 8.

GRÆ. 35. Paradisus ille terrestris estne hortus Alcinoi decantatus ab Homero Odysseâ octavâ? Sic profectò censuit Justinus Martyr in Cohortatione ad Græcos.

PHÆ. 36. Cùm Saturnus, efformatus è terrâ, sit Adamus, paradisus voluptatis in quo Deus Adamum collocavit, est sine dubio hortus Alcinoi. Ἀλκίνοος est אל כיון *El-kiun*, hoc est, *Deus Saturnus*. Notissimum Orientalibus populis est Saturni nomen *Kiun*. Sed & solo vocabulo *El* Saturnus à Phœnicibus designabatur. Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν Κρονὸν Ἠλ καὶ Βὴλ καὶ Βωλάθην ἐπονομάζουσι. *Phœnices & Syri Saturnum El, & Bel, & Bolathen nominant*: ait Damascius apud Photium Cod. CCXLII. Sanchoniathonis interpres Philo Biblius *Ilum* posuit pro *El*; cùm *Ilum* reddat *Saturnum*.

GRÆ. 37. *Elciun* ergo, seu *Alcinous*, est Saturnus: & hortus Alcinoi est hortus Saturni. Amœnitatem hujus horti describens Homerus decantat in primis ejus arbores, in quibus μηλέαι ἀγλαόκαρποι *mali pulchrum habentes fructum*. Tum celebrat fontem, qui ἀνὰ κῆπον ἅπαντα σκίδναται *per hortum omnem dispergitur*.

HEB. 38. Erat certè lignum Paradisi terrestris *pulchrum visu, & ad vescendum suave . . . Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum.* Gen. II. 9. 10.

GRÆ. 39. Putasne & Platonem locutum esse de hoc horto tum in Convivio, ubi fingit Porum in Veneris natalibus nectare ebrium, qui εἰς τὸν τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθὼν, βεβαρημένος εὗδεν. *in Jovis hortum ingressus, gravatus dormiebat*. Tum etiam in Politico, ubi de hominibus *è terra* natis ait: *Fructus verò illis & poma & fruges abundè arbores & fertile solum sponte sua absque agriculturæ opera sumministrabant.* γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι θυραυλοῦντες τὰ πολλὰ ἐνέμοντο. *Nudi autem & sine stragulis, manentes ut plurimum sub dio pascebant.* Et quidem ibi designat Saturniam hominum ætatem; cùm subjiciat: τὸν δὴ βίον, ὦ Σώκρατες, ἀκούεις μὲν τὸν τῶν ἐπὶ Κρόνου. *Vitam sanè, ò Socrates, audis eorum qui vivebant sub Saturno.* Addit & eos πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ θηρίοις διὰ λόγων δύνασθαι συγγίγνεσθαι. *potuisse conferre sermones non solùm cum hominibus, sed etiam cum bestiis*: tunc universi gubernatorem Deum, quasi gubernaculi dimisso clavo, homines proprio arbitratui commisisse: sic natam esse cupiditatem, & ex felici illa conditione homines suâ culpâ excidisse. Unde in fabula de Poro in Jovis hortum ingresso, inducens Peniam ipsi Poro struentem insidias, ait inde natum amorem seu natam cupidinem.

HEB. 40. Verè Moses Atticissans dictus est Plato, qui tam perspicuè descripsit, quæ divinus Moses narraverat de primis hominibus in terrestri paradiso colloca-

locatis. Hic enim eſt hortus non quidem *Jovis* commentitii, ſed veri יהוה *Jova*, hoc eſt, ſummi æternique Dei, de quo ſcribitur Gen. II. 8. ויטע יהוה אלהים גן *Et plantavit* Jova Elohim, ſeu *Dominus Deus, hortum*. Omnium rerum abundantia, in qua vivebat Adam in hortum hunc ingreſſus, fecit ei ſine dubio Græcum nomen Πόρος ἀπὸ τῆς πορίας *ab abundantia*. Porus verò juxta Platonem ſomno gravatus dormiebat in horto Jovis: quia *immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam*. Ibid. v. 21. Nuditas etiam priorum hominum quam agnovit Plato, memorata erat à Moſe ſic claudente caput ſecundum libri Geneſis: *Erat autem uterque nudus, Adam ſcilicet & uxor ejus: & non erubeſcebant*. Nec immeritò dixit idem Philoſophus potuiſſe hos homines ſermones conſerre cum beſtiis: cùm Moſes capite ſequenti narret ſermones quos ſerpens cum muliere, & mulier cum ſerpente contulit. Ex eodem quoque capite manifeſtum eſt homines ſuâ culpâ excidiſſe ex felici illo ſtatu, in quo creaverat eos Deus: atque ita natam eſſe concupiſcentiam, quæ per omne genus vitiorum vagatur. *Penia* quæ Poro ſtruxerat inſidias, adumbrat ſine dubio Serpentem qui inſidiatus erat Adamo. Hebraicum Serpentis nomen אפעה *Ephe*, ſpectatâ radice אפע *Epha*, quam Aben Eſra exponit אין *ain* nihilum, paraphraſis Chaldaica לא מדעם *La-middaam*, nihil quicquam, & Latinus interpres Vulgatus *Id quod non eſt*, Iſai. XLI. 24. non malè reſpondet Græco πενία, quod ſignificat *inopiam, egeſtatem*. Nec incongruè nomen inde factum eſt ei, cujus inſidiæ hominem bonis omnibus exturbarunt. Id Platonis figmentum de Poro & inſidiatrice Peniâ obſervatur ab Origene lib. 4. contra Celſum: *quia Jovis Hortus cujus meminit, videtur habere nonnihil Paradiſo Dei ſimile, ſicut inſidiatrix Penia ſerpentem referre, Porus verò per ejus inſidias deceptus circumventum hominem*.

Æg. 41. Perſpicuam hujus hiſtoriæ notitiam habuiſſe Ægyptios vel indè patet, quòd Plato, ut quidam putant apud laudatum Origenem, hæc, *dum in Ægypto peregrinaretur, à ſapientibus didicerat, partim ita ut acceperat reddiderit, partim mutarit, ne Græcos offenderet*. Serpens Ægyptiacè dicitur Μῖσι *Miſi* pro *Niſi*; quæ vox eſt ab Hebræorum נחש *Nahas*, ſicut ab eorum נחל *Nahal* eſt Νεῖλος, nomen fluminis Ægypti. Μίσης θυμίαμα *Miſis ſuffimentum*, quod legitur in hymnis Orphicis, continet manifeſtiſſimè Ægyptiam de *Miſe* fabulam, cùm uno *Miſem* & *Iſin* deam Ægypti proſequatur cultu. In hoc autem ſuffimento ſic *Miſem* alloquitur Poeta:

Ἢ καὶ πυρφόροις κήποις ἐπαγάλλεαι ἁγνοῖς.

Aut etiam te hilarant viridaria flammea, caſta.

Heb. 42. Utique flammea dici poſſunt pura & caſta illa viridaria paradiſi terreſtris, quibus Serpens oblectabatur, ut homines inde detruderet: quia Deus collocavit *ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem: ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*. Gen. III. 24. At valdè miror *Miſem* notiſſimis Bacchi nominibus dici ab Orphicorum auctore Διόνυσον & Λύσειον Ἴακχον. Si enim *Miſes* ſit ſerpens, quomodo potuit haberi Bacchus? Equidem *omnes Dii Gentium dæmonia*. Sed hæc Bacchi notio non eſt propria ſerpentis, cujus organo uſus eſt Dæmon ad circumveniendum Evam Adami uxorem, ideò dictus *magnus draco & ſerpens antiquus*: δράκων ἀνθρώπου προϊέμενος φωνὴν, καὶ εἰς ἀκακωτάτοις ἤθεσι, καὶ πιθανότητι εὐπαραγώγοις γυναῖκα ἀπατῶν. *Draco humanam emittens vocem, & callidè inſiliens in innocentiſſimos mores, ac perſuaſionibus quæ facilè adhibent fraudem, mulierem decipiens*: ut loquitur Philo Judæus lib. de Agricultura.

Græ. 43. Audi Artemidorum lib. 2. Onirocriticon cap. 13. & facilè nodum expedies. Δράκων ὁρώμενος, inquit, σημαίνει καὶ θεοὺς πάντας, οἷς ἐστὶν ἱερός. *Draco visus significat & Deos omnes, quibus est sacer.* Draconem Evio Baccho sacravit antiquitas in memoriam serpentis, à quo circumventa est Eva; ut docet Clemens Alexandrinus in Protreptico, ubi loquens de Dionyso Mænole, qui est *Evius* antiquitatis Deus, ait: *Dionysum Mænolem orgiis Bacchi celebrant . . . coronati serpentibus, ululantes Evam, Evam illam per quam error est consecutus;* καὶ σημεῖον ὀργίων Βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος. *& symbolum orgiorum Bacchicorum est serpens initiatus.* De serpentibus quos Bacchantes gestabant, mentionem faciunt inter veteres Græcos Euripides in Bacchis, Demosthenes in Oratione de Corona, & Plutarchus in Vita Alexandri.

Lat. 44. E Latinis qui ritum hunc commemorarunt, profero Catullum, Propertium, Virgilium.

Evoe bacchantes, Evoe capita inflectentes,

quorum *Pars sese tortis serpentibus incingebant*,

canit Catullus De nuptiis Pelei & Thetidos. Propertius lib. 6. Eleg. 3. ait:

Quantum, quòd posito formosè saltat Jaccho,
Egit ut Evantes dux Ariadna choros.

Et Virgilius lib. 6. Æneidos inducit sic Helenam Baccharum chorum simulantem:

Illa chorum simulans Evantes orgia circum
Ducebat Phrygias, flammam media ipsa tenebat
Ingentem.

En *Evantes* in orgiis Bacchicis, seu ululantes *Evam*; en *sese tortis serpentibus incingentes* propter serpentem quæ Evam circumvenit: en etiam *flammam ingentem*, quam tenebat Ariadnam simulans, puto propter flammam quæ tandem homines arcuit à paradisi aditu.

Heb. 45. Haud mihi displicet conjectura; cùm ארחי ערנה *Arhi-edna* sit ad verbum, *Iter meum Edna*, seu *iter meum Eden*: nam ערנה *Edna* & ערן *Eden* sunt voces synonimæ, significantes *voluptatem*, à qua nomen traxerat regio paradisi terrestris. Flammam ergo ingentem habens dux *Ariadna* conficta est propter iter quod ducebat לגן ערן *ad hortum Eden*, & in quo erat: להט החרב המתהפכת לשמר את דרך עץ החיים *flamma gladii versatilis ad custodiendum viam arboris vitæ.* Gen. III. 24. Vitalis hæc arbor homini attulisset immortalitatem: nam Adam pellitur è paradiso, *ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum.* Ibid. v. 22.

Græ. 46. Nunc video cur Hesiodus in Theogonia dicat *Ariadnam* orgiorum Bacchicorum ξανθὴν, θαλερὴν, ἀθάνατον, καὶ ἀγήρω, *flavam, in flore existentem, immortalem, expertem senii.* Sed de serpente vel dracone, qui mulierem circumvenit, est adhuc loquendum. Pausanias in Messenicis, seu lib. 4. memorat Δαίμονα δράκοντι εἰκασμένον *Dæmonem draconi assimilatum*, quem fingebant habuisse commercium cum muliere, Messenii cum sua Nicotelea, Macedones cum Olympiade, Sicyonii cum Aristodama. Idipsum de matre omnium Rhea, Saturni uxore, quam veluti *dracænam* convenerit Jupiter *draco factus*, sibique junxerit nodo Herculeo, memoriæ proditum refert Athenagoras in legatione pro Christianis. Cùm viderimus Adamum in Saturno è terra nato adumbrari; Evam Adami uxorem, quam serpens circumvenit, dicamus Rheam Saturni conjugem necesse est.

Æg.

Digitized by Google

ÆG. 47. Emblema hoc redolet Hieroglyphica Ægyptiorum. Caduceum enim *Ægyptii in specie draconum, maris & fœminæ, conjunctorum figurarunt, Mercurio consecrandum. Hi dracones parte media voluminis sui invicem nodo (quem vocant Herculis) obligantur*: ait Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 19. Mercurium ψυχοπομπὸν *animarum deductorem* secundum vetus Ægyptiorum institutum dicit Diodorus lib. 1. pag. 61. ubi etiam docet Græcorum de inferis commenta cum his, quæ fiebant in Ægypto, convenire: & Melampodem sancita Baccho sacra apud Græcos, fabulosámque de Saturno atque Titanibus narrationem ex Ægypto traduxisse. Quòd igitur Ægyptii putaverint Mercurium animarum in inferos deductorem, consecraverunt ei draconteum simulacrum dæmonis, cujus insidiis portæ inferorum hominibus patuerunt.

GRÆ. 48. Infernalis ille draco is haud dubiè est, quem Hesiodus in Theogonia vers. 334. vocat δεινὸν ὄφιν *dirum serpentem*,

ὃς ἐρεμνῆς κεύθεσι γαίης,
πείρασιν ἐν μεγάλοις παγχρύσεα μῆλα φυλάσσει.
qui terræ penetralibus atræ,
Finibus in magnis servat planè aurea mala.

Idem Apollodoro lib. 2. cap. 4. §. 10. dicitur δράκων ἀθάνατος *draco immortalis*, qui ἐχρῆτο φωναῖς παντοίαις *utebatur omnigenis vocibus*. Pherecydes, quem laudat Scholiastes Apollonii Rhodii in librum quartum Argonauticorum ad vers. 1396. dicit similiter hunc draconem habuisse φωνὰς παντοίας *voces omnigenas*. Decantatissimus antiquis est hortus Hesperidum, in quo locant arborem ferentem aurea illa mala. *Nereum* indicantem τοῦ τυγχάνειν τὰ μῆλα καὶ αἱ Ἑσπερίδες, *ubi essent mala & Hesperides*, inducit mox laudatus Apollodorus: inducit & Pherecydes, qui etiam eum exhibet μεταμορφούμενον εἰς ὕδωρ καὶ πῦρ. *transformatum in aquam & ignem*.

HEB. 49. Vox Hebraica נר *Ner*, unde *Nereus*, significat *lucernam*, & *ignis* Chaldaicè dicitur נור *Nur*. Ex quo licet inferre Nereum monstrantem viam ad hortum Hesperidum, ac *transformatum in ignem*, esse *flammeum gladium*, quem, Deus in aditu paradisi terrestris collocavit. Jam retuli Deum plantasse *paradisum voluptatis à principio*. Et quamvis *principium* sumatur ibi localiter pro Oriente; quia juxta veritatem Hebraicam plantavit Dominus Deus גן בעדן מקדם *hortum in Eden ab Oriente*: facilè tamen est temporaliter acceptum, atque ita præbuit ansam vocandi hortum *Eden* hortum Hesperidum, nempè ἀπὸ τῆς ἑσπέρας *à vespera*, Hebraicè dicta ערב *Ereb*, à quâ mundus sumpsit exordium.

LAT. 50. Eô certè respexisse genealogos antiquos intelligo ex Ciceronis lib. 3. de Natura Deorum, ubi *Hesperides Erebo & Nocte natas ferunt*. De horto Hesperidum agens auctor commentariorum in Aratea Phænomena Germanici ait, Pherecyde præeunte, quòd *Juno custodem horti Draconem pervigilem implicuit arbori*. Tum, paucis interjectis, addit: *Draconem immensæ magnitudinis, hortorum custodem insomnem, dum à Junone ad custodienda aurea mala esset constitutus, Hercules, cùm ad mala aurea profectus fuisset, ut refert Panyasis Heraclea, fertur peremisse*. Easdem fabulas refert Hyginus in Poetico Astronomico non tam ex Pherecyde, quàm ex Eratosthene.

HEB. 51. Quod Pherecydes retulit de Serpente mali autore, novit Origenes in defensionem historiæ sacræ lib. 6. contra Celsum: *Nam, inquit, serpens ille, à quo Pherecydes suum denominavit Ophioneum, qui fuit in causa, ut primus homo ex Dei Paradiso ejiceretur, sub Ænigmatum involucris tale quiddam significat, ostentata divinitatis & potioris conditionis spe decipiens fœminam, quæ secum ma-*

Digitized by Google

ritum quoque traxit in eamdem perniciem. Decipiens, fraudem faciens, Hebraicè dicitur יונה *Jonah*. Non ergo fabulosa illa *Juno*, sed Dæmon verè *Jonah*, hoc est, *decipiens*, Draconem pervigilem implicuit arbori. Qui illum domuit, qui illi maledixit, non est fictitius *Hercules* seu *Heracles*, sed verus ערך אל *Erech-el*, hoc est, *Ordo Dei*. Simili phrasi ordines, acies Dei viventis dicuntur. 1. Reg. XVII. 26. מערכות אלהים חיים *Maarchoth Elohim hhajim*. Arbor aurea mala proferens, cui draconem implicuit Dæmon, est symbolum arboris *scientiæ* de cujus fructu comedit mulier ad suasionem Serpentis. *Est aurum, & multitudo gemmarum, & vas pretiosum labia scientiæ*. Proverb. XX. 15. *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo*. Ibid. XXV. 11. Fallax Dæmon Evæ promiserat comedentibus contra divinum præceptum de fructu hujus arboris datum iri scientiam boni & mali, seu scientiam omnium rerum, & quidem non vulgarem, sed præstantissimam, humanâ majorem, similem divinæ. *Scit enim Deus*, inquiebat, *quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut Dii, scientes bonum & malum*. Gen. III. 5. In textu Hebraico legimus, והייתם כאלהים *Et eritis sicut Elohim*; quia vox *Elohim* significat Deos.

PHOE. 52. Saturnum seu Adamum æquat cum *Elohim* ipse Sanchoniathon, cùm ait: οἱ δὲ σύμμαχοι Ἴλου, τοῦ Κρόνου, Ἐλωεὶμ ἐπεκλήθησαν, ὡς ἂν Κρόνιοι. *Socii autem Ili, seu Saturni, Eloim vocati sunt, quasi Saturnii*. Saturnus in fabulis quas Græci à Phœnicibus acceperunt, perhibetur devorasse lapidem, quem Rhea uxor dedit ei pro Jove. Βαίτυλος, οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ δοθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ, ἀντὶ Διός. *Betylus, sic vocabatur lapis Saturno datus pro Jove*, inquit Hesychius.

HEB. 53. Vocant Talmudici תפוח *taphuah*, voce quæ propriè significat *pomum*, id quod in formam rotundam pomi cumulatum vel tumulatum est, adeóque quod est בתל *betel*, hoc est, *in tumulo* seu *in cumulo*. Sic etiam vox כפתר *caphtor* usurpatur ab Hebræis & Chaldæis ad significandum non tam *pomum*, quàm *globum* & *sphærulam*. Chaldaicum quoque חיזור *hhezur* significat *pomum* seu *sphærulam* à radice חזר *hhazar*, rediit, circuivit, circumvolvit se. Sic illud Exodi cap. XXV. v. 33. *sphærulaque simul & lilium*, Hebraicè est כפתר ופרח *Caphtor & Parah*, hoc est, *pomum & flos*: Chaldaicè verò חיזור ושושן *Hhezur & Susan*, hoc est, *pomum & lilium*.

PHOE. 54. *Betylum*, Saturno datum à Rhea, pomum ab Eva datum Adamo interpretaris, quòd *sphærula* & *pomum* iisdem vocibus exprimantur ab Hebræis & Chaldæis. Non repugno: quia *Betylus* juxta Damascium apud Photium Cod. CCXLII. σφαῖρα ἀκριβὴς ἐτύγχανεν ὤν *globus exactus erat*. Miror tamen hunc scriptorem memorare τὸν Βαίτυλον διὰ τοῦ ἀέρος κινούμενον *Bætylum in aere motum*: & Sanchoniathonem vocare *Bætylia* λίθους ἐμψύχους *lapides animatos*. Potuitne pomum, quod Eva dedit Adamo, ansam his nugis præbere?

HEB. 55. Potuit quidem certè. Jam dixi *pomum* Hebraicè & Chaldaicè dici כפתר *Caphtor*. At *lapis movens* Chaldaicè dicitur כף טרי *Keph-tare*, & secundùm formam Hebraicam כף טורא *Caph-tora*. Quasi ergo *Caphtor* esset *Caphtora*, finxerunt lapidem moventem, lapidem animatum, pro pomo quod Rhea Saturno, seu Eva Adamo obtulit. Potuit & alia fabula excogitari, alludendo ad voces Hebraicas כף טרח *Caph-torah*, quibus significatur *vas molestiæ*, *vas laboris*: quasi scilicet prima mulier non pomo, sed vase, causa molestiæ & laboris hominibus fuerit. Vox enim כף *Caph* à radice כפף *Caphaph*, incurvavit, significat *curvaturam*, *cavum*, & Synecdochicè *vas concavum*.

GRÆ.

GRÆ. 56. Vel inopinatò indicas nobis, ex quibus latebris eruperit fabula de Pandora, quam Hesiodus canit De Operibus & Diebus. Ῥέαν τὴν ὑπ' ἐνίων Πανδώραν μετονομασθεῖσαν *Rheam*, quam scilicet vidimus eamdem cum Heva, *nonnullis Pandoram dictam* refert Diodorus lib. 3. pag. 133. Et Hesiodus mox laudatus Pandoram vocat mulierem, quæ vase hominibus curas graves importaverit, eósque orbaverit primigenio illo statu, in quo omnino absque malis, sine molestiâ & labore, fine senio vixissent. Ait enim à vers.90.

Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵτ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Ἐσκέδασ' ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.

Nam priùs humano generi mala nulla fuerunt:
Expers solliciti vita laboris erat.
Morborumque aberant vultu pallente catervæ,
Qui senium cunctis debile ferre solent.
Fæmina sed nocuo dum tollit opercula vase,
In mundum pestis provolat omne genus.

Cur tamen finxerint Vulcanum jussu Jovis formasse hanc mulierem, prout canit idem Poeta v.60. vix possum intelligere. Quam enim partem in Evæ formatione claudo gentilitatis Deo tribuere potuerunt? Χωλὸς, χωλεύων, κυλλοπόδης, κυλλοποδίων, ἀμφιγυήεις, *claudus*, *claudicans*, *mutilatus*, *loripes*, *cæspitans utroque pede*, sunt notissima nomina, quibus Vulcanus designatur.

LAT. 57. Ita profectò res se habet etiam apud Latinos. Nam Cicero lib.1. De Nat. Deorum ait: *Et quidem laudamus esse Athenis Vulcanum eum, quem fecit Alcmenes, in quo stante atque vestito, leviter apparet claudicatio non deformis. Claudum igitur habebimus Deum, quoniam de Vulcano sic accepimus. Age & his vocabulis esse deos facimus, quibus à nobis nominantur.* Quasi scilicet solum claudicationis nomen in causa fuerit excogitandi Deum illum claudum.

HEB. 58. Quàm ridiculè id dixerint & Græci & Latini, nemo non videt. At ecce stupidissimi erroris fontem. *Claudicatio* dicitur Hebraicè צלע *tsela*, voce, quæ propriè *costam* significat. *Vulcanus* est Hebraicum חלק אנוש *Helek-enos*, seu Chaldaicum חולקא נש *Hulca-nas*, hoc est, *portio hominis*.

LAT. 59. Nempe *Vulcanus* est *Hulcanus*: sicut *Venetus* est *Henetus* apud Plinium & Solinum ex Cornelio Nepote: Latinæ voces *Vespera*, *Vesta*, *Vestis*, *Vinum*, *Vitulus* sunt Græce ἑσπέρα, ἑστία, ἐσθὴς, οἶνος, ἰταλός.

HEB. 60. Rectè omninò. Jam igitur audiamus, quid de mulieris formatione scripsit Divinus Moses. *Ade*, inquit, *non inveniebatur adjutor similis ejus. Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Gen. II. 20. 21. 22. In textu Hebraico legitur vox צלע *tsela*, significans *costam*; En itaque portionem illam hominis, unde tracta est mulier, jubente non falso *Jove*, sed vero יהוה *Jova*, Deo optimo maximo.

GRÆC. 61. At juxta Hesiodum mulier à Jove data est ἀντὶ πυρὸς *pro igni*, & in ejus formationem Ἥφαιστος seu Vulcanus, ignis pater, jussus est,

Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδήν.
Terram undæ miscere, hominisque imponere vocem.

Digitized by Google

HEB. 62. Qui ista confinxerunt, audierant costam, ex qua formata est mulier, sumptam esse מן האדם *ex Adam*: mulierem verò vocatam esse אשה: כי מאיש לקחה זאת *Iſſcia*, hoc est, Virago, *quoniam de Isb*, hoc est, de Viro, *sumpta est*. Gen. II. 23. *Ignitum* Hebraicè dicitur אשה *Iſſce*, seu *Iſſcia*, eodem prorsus vocabulo, quo designatur *mulier*: *ignis* verò dicitur אש *Esb*, seu *Isb*, ut pronunciatur cum affixis. Ex eadem radice Chaldæi dicunt *ignem* אשא *eſſcia*, אשת *eſſciath*, אשתא *esbta*, & *igneum* אשי *iſſci*. Iidem quoque vocant mulierem אשה *iſscia* & אשתא *eſſceth*, quæ vox emphaticè fit אשתא *esbta*. Ob hanc nominum allusionem Hebræi passim dicunt in suis scriptis mulierem viro, virum mulieri ignem esse. *Uulcanus* ergo, ceu ignis pater, fingitur formator mulieris; quasi mulier, sumpta de viro, ex igni educta sit. Hinc & Græco ejus nomine ἥφαιστος, Doricè ἅφαιστος, quod est deprompum ex Chaldaico אב אשתא *Af-esbta*, Syrâ pronunciatione *Af-esbto*, non tam *pater ignis* significatur quàm *pater mulieris*. Quòd autem costa ædificata in mulierem sumpta sit *ex Adam*, qui nomen habet ab אדמה *adama*, sive à terrâ; quia *formavit Dominus Deus* את האדם עפר מן האדמה *Adam pulverem de Adama*, sive, *hominem è pulvere terræ*, vel, ut vulgò vertitur, *de limo terræ*. Gen. II. 7. commenti sunt Vulcanum terram aquæ miscuisse in formationem mulieris.

ÆG. 63. Fabulam de Vulcano ab Ægyptiis acceperunt Græci, testante id Joanne Tzetze, Chiliade decimâ. Georgius Hamartolus manuscriptus, cujus excerpta chronologica præfixa sunt chronographiæ Joannis Malalæ sub titulo auctoris anonymi, ait: ὁ Ἥφαιστος νόμον ἔθηκε τὰς Αἰγυπτίας γυναῖκας μονανδρεῖν, καὶ σωφρόνως διάγειν. τὰς δὲ ἐπὶ μοιχείᾳ εὑρισκομένας τιμωρεῖσθαι. καὶ ηὐχαρίστησαν αὐτῷ οἱ Αἰγύπτιοι, διότι πρῶτον νόμον σωφροσύνης τοῦτον ἐδέξαντο. *Vulcanus lege sancivit Ægyptias mulieres nubere uni viro, & castè vivere; pœnas autem luere deprehensas in adulterio. Unde gratum in eum animum præstiterunt Ægyptii, quia primam hanc continentiæ legem acceperunt.* Primam gentis suæ antiquitatem repetebant Ægyptii ab ultimo initio.

Μήτηρ Αἴγυπτος προτερηγενέων αἰζηῶν.

Ægyptus mater est hominum primogenitorum:

ait Apollonius Rhodius lib. 4. Argonaut. v. 267. ubi Scholiastes observat Colmam in primo Ægyptiacorum, Leonem in primo eorum quæ sunt circa matrem, & Cnossum in primo Geographicorum Asiæ, dicere πάντων ἀρχαιοτάτους Αἰγυπτίους *omnium antiquissimos Ægyptios*. Addit Nicanorem, Archemachum, Xenagoram his scriptoribus consonare, ut & Hippyn, qui τοὺς Αἰγυπτίους ἀρχαιοτάτους γεγονέναι λέγει. καὶ πρώτους ἐστοχάσθαι τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως. καὶ γονιμώτατον εἶναι τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ. *Ægyptios vetustissimos natos esse dicit: & primos probasse aeris temperationem, ac fœcundissimam esse Nili aquam.* In hac persuasione ἔνιοι τῶν ἱερέων φασὶ πρῶτον Ἥφαιστον βασιλεῦσαι, πυρὸς εὑρετὴν γενόμενον. *quidam sacerdotes aiunt primum regnasse Vulcanum, factum ignis inventorem*: inquit Diodorus lib. 1. pag. 8. & Manetho apud Georgium Syncellum ait: Αἰγυπτίων πρῶτος Ἥφαιστος ἐβασίλευσεν. *Ægyptiis primus regnavit Vulcanus.* Suæ igitur gentis, ceu omnium primæ, originem reposuerunt Ægyptii in Vulcano, ignis inventore, qui lege sanciverit, ut mulieres nubant uni viro, castèque vivant. An ista lex recidit in Vulcanum, ut est חולקא נש *Hulca-nas*, ut est אב אשתא *Af-esbta*, ut est צלע *tsela*?

HEB. 64. In hoc certè lex nuptiarum fundata est. Jam dixi patrem mulieris significari nomine אב אשתא *Af-esbta*, portionem hominis nomine חולקא נש *Hulca-nas*, & costam voce צלע *tsela*. Jam quoque narravi Deum formasse mulierem ex portione hominis, nempe ex costa, *quam tulerat de Adam*. Atqui hoc

fa-

factum eft ut mulier nuberet uni viro: Tunc enim *dixit Adam: Hoc nunc, os ex offibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro fumpta eft. Quamobrem relinquet homo patrem fuum, & matrem, & adhærebit uxori fuæ: & erunt duo in carne una.* Gen. II. 23. 24.

LAT. 65. *Sic Saturnus Opim junctam fibi fanguine duxit.*
canit Ovidius lib. 9. Metamorph. v. 499. Sic pudicitiæ mulieris laus fumma apud veteres eft uni nubere, uno contentam effe matrimonio. *Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur*: ait Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Uxorem Æmilii Pauli commendans Propertius lib. 4. Eleg. 12. eam ita loquentem inducit:

Jungor Paulle tuo fic difceffura cubili.
In lapide hoc uni nupta fuiffe legar.

Servius in fecundum Æneidos ad illud: *centumque nurus*: adjudicat polygamiam Barbaris: *quia Barbarorum fuit, non fingulas conjuges habere, fed plures.* Idem in primum agnofcit reges *fine lege* habere plures conjuges, cùm exponens illud Poetæ:


Connubio jungam ftabili, propriamque dicabo.

ait: *Connubium eft jus legitimi matrimonii. Et benè Connubio jungam dicit, ut hanc ab aliis fegregaret, quæ à regibus fine lege habentur. Solent enim reges inter plureis uni præcipuum dare nomen uxoris.* Libidinofiffimæ hujus confuetudinis vituperationem barbaris regibus Perfarum ac Syrorum tribuit Cicero lib. 5 in Verrem. Et lib. 7. culpat *mulierem, nuptam uni, propofitam omnibus, contra fas, contra aufpicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones.*

HEB. 66. Abundè fatis diximus & de primævâ inftitutione matrimonii, & generatim de universa hiftoria, quam complectuntur priora tria capita libri Genefis. Quæ fequuntur, erunt in aliis dialogis illuftranda. Id folum vos admonitos effe volo, polygamiam non ita repugnare primæ inftitutioni matrimonii, quin, Deo difpenfante, fanctiffimi viri Abraham, Jacob, aliique de populo Judaico, licitè duxerint plures uxores. *Planè uxoris voluntate adhibere aliam, unde communes filii nafcantur unius commixtione ac femine, alterius autem jure ac poteftate, apud antiquos Patres fas erat*: inquit Auguftinus lib. De Bono Conjugali, cap. 15. ubi & hoc difcrimen inter noftra & illa tempora effe docet, quòd *non eft nunc propagandi neceffitas, quæ tunc fuit, quando & parentibus conjugibus alias propter copiofiorem pofteritatem fuperducere licebat, quod nunc certè non licet.*



Digitized by Google



DIALOGUS II.

In caput quartum libri Geneſis.

INTERLOCUTORIBUS

Hebræo, Phœnice,
Græco, Latino.

HEB. 1. T ſe hominum initia dederint, ut formatus fuerit Adamus de limo terræ, ut una è coſtis ejus ædificata ſit in mulierem, ut ſe habuerit prima lex nuptiarum, commemoratum eſt & agitatum in primo dialogo. Nunc ea partim diſcutiemus, quæ ad primam humani generis propagationem pertinent uſque ad diluvium univerſale, ex quo evaſit ad ſecundam progeniem per totum orbem excitandam familia unius Noe.

LAT. 2. Res iſtæ propè cæcæ fuerunt Latinis. Id faſſus eſt Varro apud Cenſorinum in libello de Die Natali cap. XXI. ubi tria diſcrimina temporum eſſe tradens, ponit *primum ab hominum principio ad Cataclyſmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον.* E tantis tenebris fortè prodiit fabula de hominibus natis ex terra & dentibus ſerpentinis, quos ajunt Cadmon juſſu Palladis ſeminaſſe. Ita rem canit Ovidius lib. 3. Metamorph. v. 101.

Ecce! viri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt; motæque jubet ſupponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret; & impreſſo ſulcum patefecit aratro.
Spargit humi juſſos, mortalia ſemina, dentes:
Inde (fide majus) glebæ cœpere moveri;
Primaque de ſulcis acies apparuit haſtæ;
Tegmina mox capitum picto nutantia cono,
Mox humeri pectuſque, onerataque brachia telis
Exiſtunt, creſcitque ſeges clypeata virorum.

Vir-

Virgilius lib. 2. Georgicorum:

Satis immanis dentibus hydri,
Nec galeis densisque virum seges horruit hastis.

Sati dentes immanis hydri sunt seminati à Cadmo dentes serpentis, *ex quibus*, inquit Servius, *seges armatorum hominum enata est*. Aliam fabulam de *Cadmo & Harmonia* uxore, in serpentes mutatis, narrat laudatus Ovidius lib. 4. Metamorphoseon.

GRÆ. 3. Vulgaris & pervagata est apud Græcos fabula de hominibus armatis, ortis è terra, & serpentinis dentibus à Cadmo disseminatis. Hanc inter alios decantant Euripides in Phœnissis vers. 661. Apollonius Rhodius lib. 3. Argonauticorum vers. 1178. Ejus scholiastes laudans Lysimachum, Hellanicum, & Pherecydem: Conon apud Photium Cod. CLXXXVI. Narratione XXXVII. Apollodorus lib. 3. Biblioth. cap. 4. Pausanias in Bœoticis: Nonnus lib. 4. Dionysiacorum vers. 425. Sunt etiam qui conati sunt fabulam istam restituere historicę veritati, ut Heraclitus De Incredibilibus Fab. 19. & Palæphatus De Incredibilibus Historiis. *Cadmum* cum *Harmonia* mutatum in serpentem fabulantur maximè Apollodorus & Nonnus, ille lib. 3. Bibliothecæ jam laudato, cap. 5. iste lib. 46. Dionysiacorum v. 367. Silentio fabulam utramque prætermittit Diodorus Siculus: sed dignum est notatu quod de Harmoniæ cum Cadmo nuptiis perhibet ex Samothracum traditione, nempe *τὸν γάμον τοῦτον πρῶτον δαῖσαι θεὸς* *has nuptias Deos primas celebrasse*.

HEB. 4. Nuptiæ Hevæ cum Adamo sunt omnium primæ, à Deo ipso institutæ & celebratæ. Qui ab Hebræis communiter vocatur אדם הראשון *Adam primus*, dicitur à Chaldæis אדם קדמאה *Adam Cadmaa*: quia vox קדמאה *Cadmaa* significat *priorem, pristinum, antiquum*, sicut & voces קדמון *Cadmon* & קדמוני *Cadmoni*, non tam ex usu Chaldaico quàm Hebraico. *Cadmon* ergo, cujus nuptias omnium primas à Diis celebratas esse aiebant Samothraces, interpretor *Adamum*, *Cadmaa* nuncupatum, utpote *primum*, & cujus nuptias Deus fecit & nobilitavit. *Adam*, ut diximus in primo Dialogo, nomen habet ab אדמה *Adama*, hoc est, *à terra*, de qua formavit eum Deus. *Heva* verò, seu חוה *Havva*, ita dicta est ab חיה *haia*, voce Hebraicâ significante *vitam*: quia *vocavit Adam nomen uxoris suæ Heva; eo quod mater esset cunctorum viventium*. Gen. III. 20. In textu Hebraico legitur אם כל חי *Em col-hai*, hoc est, *mater omnis viventis*. Quasi tamen *Heva* sic nominata sit à Chaldaico חויא *Hevia*, quod significat *serpentem*, & in numero plurali est חוין *Hevan*: eadem vocata est *Harmonia* à voce item Chaldaicâ חורמן *Hurman*, quæ similiter *serpentem* denotat. Ut enim הורמיני *Harmine* est *Armenia*, ita חורמן *Hurman*, aliàs חורמנא *Hurmana*, est *Harmonia*. Hinc orta est fabula de mutata in serpentem non tam Harmoniâ Cadmi uxore, quàm Rheâ Saturni conjuge & omnium matre, in qua pariter adumbrata est *Heva*, Adami vera רעה *Rea*, hoc est, *socia*. Vox Hebraica שנים *Scenaim*, quâ significantur *duo*, quales erant in carne una, non אדמה *Adama* & הויא *Hevia*, seu *terra* & *serpens*, sed *Adam* & *Heva*, legi potest *Sciunaim*, & tunc significat *dentes*. Hinc ergo altera fabula de dentibus serpentis, motæ terræ suppositis, seu cum terra permixtis, in hominum propagationem. Primus quem שניהם *scenehem*, id est, *ambo illi*, genuerunt, vocatus est קין *Cain* à possessione, propter quam Heva dixit: קניתי איש את יהוה *possedi hominem per Deum*, acquisivi virum à Domino. Gen. IV. 1. At quia vox Hebraica קין *Cain* significat *hastam*; & vir hastatus, seu hastâ armatus, Hebraicâ phrasi est איש קין *Vir Cain*, seu *Vir hastæ*: ideò secundum fabulam de protoparenti-

bus

bus in serpentem mutatis, quam joci causâ decantaverunt fortè Phœnices, non שניהם *scinchem* ambo illi, sed שניהם *scinnehem* dentes illorum, progenuerunt viros armatos:

Primaque de sulcis acies apparuit hastæ.

PHOI. 5. Tota de Cadmo fabula non Latinos & Græcos, sed Phœnicas, maximè Tyrios, habuit auctores. *Tyrii*, inquit Achilles Tatius lib. 2. τὸν Κάδμου μῦθον ᾄδουσιν *Cadmi fabulam canunt*. Unde Κάδμος Τύριος *Cadmus Tyrius* dicitur ab Euripide in Phœnissis, & Κάδμον Φοίνικα *Cadmum Phœnicem* vocat Pausanias in Bœoticis: alii verò aiunt eum è Phœniciâ venisse in Græciam; quòd nempè Græci acceperint à Phœnicibus fabulam de Cadmo. Hinc minime mirum nobis debet videri, eam Græcis & Latinis Græcorum auditoribus magnas offudisse tenebras ignotis eis vocibus & Hebraicis & Chaldaicis, quas Syro-Phœnicium idioma loquebatur. Pherecydes Syrus est unus ex antiquioribus, qui fabulam hanc decantavit. Præter Scholiastem Apollonii Rhodii, qui illum citat in tertium Argonauticorum ad versum 1178. verba ejus protulit Apollodorus lib.3. cap.4. Locutus ille auctor apud laudatum Scholiastem de dissеminatis à Cadmo dentibus serpentinis, ex quibus nati sint ἄνδρες ὡπλισμένοι *viri armati*: mox addit; ὁ δὲ Κάδμος δείσας βάλλει αὐτοὺς λίθοισι. οἱ δὲ δοκέοντες ὑφ' ἑαυτῶν βάλλεσθαι, κτείνουσί τε ἀλλήλους καὶ θνήσκουσι, πλὴν πέντε ἀνδρῶν, οὐδαίου, χθονίου, ἐχίονος, πέλωρος, καὶ ὑπερήνορος. *Cadmus autem territus, eos lapidibus appetit. Illi verò existimantes à seipsis immitti, cæde se mutuè cruentarunt, & mortui sunt, exceptis quinque viris, Udæo, Chthonio, Echione, Pelore, & Hyperenore.* Eadem narrat apud Apollodorum.

GRÆ. 6. Hellanicus, quem etiam laudat Scholiastes Apollonii, novit hos quinque generis armati viros, ἱστορῶν ὅτι καὶ τοὺς ὀδόντας ἔσπειρε τοῦ δράκοντος κατὰ Ἄρεος βούλησιν. καὶ ἐγένοντο πέντε ἄνδρες ἔνοπλοι, οὐδαῖος, χθόνιος, πέλωρ, ὑπερήνωρ, ἐχίων. *narrans, quòd & dentes draconis seminavit* Cadmus *Martis consiliis: & nati sunt quinque viri armati, Udæus, Chthonius, Pelor, Hyperenor, Echion*. Totidem memorat & Pausanias in Bœoticis. Τινὰ πέτραν *quemdam lapidem*, quo Cadmum ajunt eos ad pugnam excitasse, non siluit Nonnus lib.4. Dionysiacorum vers. 456. Nec prætermisit Euripides in Phœnissis vers.678. fraternam cædem, quæ sanguine tunc rigavit terram, ostendentem ipsum cœlo. Ait enim:

Αἵματος δ' ἔδευσε
Γαῖαν, ἅ νιν εὐηλίοις
Δεῖξεν αἰθέρος πνοαῖς.

Sanguine verò rigavit terram, quæ ipsum apricis ostendit cœli flatibus. Et vers. 944. inducit Tiresiam dicentem Creonti:

Χθὼν δ' ἀντὶ καρποῦ καρπὸν, ἀντί θ' αἵματος
Αἷμ' ἢν λάβῃ βρότειον, ἕξετ' εὐμενῆ
Γῆν, ἥ ποθ' ὑμῖν χρυσοπήληκα στάχυν
Σπαρτῶν ἀνῆκεν. ἐκ γένους δὲ δεῖ θανεῖν
Τοῦδ' ὃς δράκοντος γένυος ἐκπέφυκε παῖς.

Hoc est: *Si autem terra acceperit pro fructu fructum, & pro sanguine sanguinem humanum; habebitis propitiam terram, quæ quondam vobis galeatam satorum spicam edidit: oportet enim mori aliquem ex genere hoc, qui draconis maxillâ natus sit filius.*

LAT. 7. Novum terræ, novum hominibus è terra natis, fratricidium illud decantat Ovidius libro tertio, quem jam laudavi, Metamorphoseon, vers. 115. Ibi, dum

Terri-

Territus hoste novo Cadmus capere arma parabat:
Ne cape, de populo, quem terra creaverat, unus
Exclamat, nec te civilibus insere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Comminus ense ferit: jaculo cadit eminus ipse.
Hic quoque, qui dederat letho, non longius illo
Vivit, & expirat, modo quas acceperat, auras:
Exemploque pari furit omnis turba; suoque
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
Jamque brevis vitæ spatium sortita juventus
Sanguineam tepido plangebant pectore matrem;
Quinque superstitibus, quorum fuit unus Echion.
Is sua jecit humi monitu Tritonidis arma,
Fraternaque fidem pacis petiitque, deditque.

HEB. 8. Ad errorem hujus fabulæ planè & apertè traductum est horrendum fratricidium, quo eruentavit se Cain, novus ille

Hostis, *de populo, quem terra creaverat, unus:*
Quique *ita terrigenis rigido de fratribus unum*
Comminus ense ferit.

Hæc fraterna cædes, quæ *sanguine rigavit terram*. Hic sanguis, quem terra accipiens *ipsum apricis ostendit cæli flatibus*; quia dixit Deus ad Cain; *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra . . . quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.* Gen. IV. 10. 11. Si plures fratres tunc letho datos comminiscantur Cadmeæ fabulæ narratores, id non valdè miror, attentâ Hebraicâ voce אחיך *abbicha*, quæ quidem significat *fratrem tuum*, sed quæ, manentibus iisdem elementis, legi potest *abbecha*, & tunc significat *fratres tuos.* Hujusmodi lectioni ansam facilè præbuerunt voces plurales דמי *deme* & צעקים *tsoakim*, quarum illa *sanguines*, ista *clamantes* denotat. Legimus enim in textu Hebraico: קול דמי אחיך צעקים אלי מן האדמה . . . אשר פצתה את פיה לקחת את דמי אחיך מידך: Hoc est: *Vox sanguinum fratris tui clamantium ad me de terra . . . quæ aperuit os suum, ut acciperet sanguines fratris tui de manu tua.* Legendo autem *abbecha* pro *abbicha*, vertendum esset: *Vox sanguinum fratrum tuorum clamantium ad me de terra . . . quæ aperuit os suum, ut acciperet sanguines fratrum tuorum de manu tua.* Declaratione majori opus non est ad intelligendam hujus phraseos extra contextum sumptæ ambiguitatem; cùm scientibus linguam Hebraicam loquar. Fabula de lapide, quo Cadmus excitaverit hos fratres ad pugnam, videtur nata ex allusione nominis *Abel* ad Hebraicam vocem אבל *Abel*, quam paraphrastes Chaldæus & R. Salomo interpretantur lapidem, 1. Reg. VI. 18. Nec immeritò, nam ibi legimus *Abel magnum, super quem posuerunt arcam Domini.* Et vers. 15. dicitur, quòd arcam Dei *posuerunt super lapidem grandem*. Nempe אבן הגדולה *Eben hagghedbola* seu *lapis magnus*, est אבל הגדולה *Abel bagghedbola* seu *Abel magnus*. Non rarò permutantur literæ *Lamed* & *Nun*: quo factum est, ut pro *Eben* seu *Aben* diceretur *Abel*. Sic ergo *Abel* seu *lapis*, quem projecit Cadmus, excogitatus est pro *Abel*, quem Adam progenuit, in Cadmo adumbratus. Sic projecto Abele Cadmeo, non secus ac progenito Abele Adamico, frater consurgens adversus fratrem primum in terra fratricidium patravit. Quinque superstites de genere virorum armatorum serpentino sunt quinque genearchæ, quos Hevæ filius *Cain*, habitus איש קין *vir Cain*, hoc est, *vir hasta*, seu vir hasta armatus, procreavit, quasi natus ex חויא *Hevia*, hoc est, *ex serpente*, ut jam explicui, &c

& quidem ex serpente fœmina; nam *si accuratè vox spectetur Hebraica, nomen Hevia aspiratum, exponitur serpens fœmina*: ut Clemens Alexandrinus notat in Protreptico, eò quoque trahens ipsum nomen *Heva*. Hebraicam dicit vocem *Hevia*, quæ propriè est Chaldaica, sed quam Hebræi Chaldaizantes à tempore captivitatis Babylonicæ usurparunt. *Maviael*, unus ex quinque Cainitis genearchis, Hebraicis elementis מחויאל *Mehaviael*, suo se nomine prodit unum ex quinque, qui locum invenerunt in vipereis anguigenísque viris fortibus Cadmeæ fabulæ. Est מחויא אל *mehevia-el* ad verbum *Ex serpente fortis*: & in

Quinque superstitibus, quorum fuit unus Echion,

Græcum nomen ἐχίων *vipereum* sonat; ita ut fortis *Echion*, sit fortis ex serpente, fortis vipereus.

GRÆ. 9. Exprimuntúrne nomina Hebræa quinque Cainitarum nominibus Græcis quinque virorum fortium, quos præ cœteris decantat Cadmea fabula? Egregiè sanè *fortis Echion*, nomen habens ἀπὸ τῆς ἔχιος *à vipera*, exponitur *fortis vipereus*, *fortis ex vipera*, adeóque מחויא אל *Mehevia-el* ex serpente fortis. Ἐχίονα προέχοντα κατ' ἀνδραγαθίαν *Echionem præcellentem strenuitate* agnoscit Pausanias in Bœoticis. At videamus, num ita possint extricari cœterorum nomina: ne ullâ in parte fluctuet nostra observatio. De ordine non ero sollicitus; cùm in illis recensendis alium ordinem teneat Pherecydes, alium Hellanicus, alium Pausanias, alium alii scriptores, satis esse arbitrati mentionem utcumque de illis facere. Jam dixi eorum nomina esse οὐδαῖος, χθόνιος, πέλωρ, ὑπερήνωρ.

HEB. 10. Et Hebræa nomina quatuor Cainitarum, quibus Græca hæc deberent respondere, sunt למך *Lamech*, מתושאל *Methusael*, seu *Mathusael*, עירד *Irad*, & חנוך *Hanoch*, seu *Henoch*. Leguntur in quarto capite libri Genesis vers. 18. ubi dicitur de Henocho Caini filio: *Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Maviael, & Maviael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech*. Humilem, depressum, attritum sonat nomen *Lamech*, quasi eo donatus Cainita esset למוך *Lamuch*, hoc est, *ad humiliationem*, *ad depressionem*.

GRÆ. 11. *Humilem*, *depressum* æquè significat οὐδαῖος: cùm idem sit quod ταπεινός. Quocirca *Lamech* est *Udæus*.

HEB. 12. Pater Lamechi Cainitæ vocatus est מתושאל *Methusael*, ceu מותושאול *Motho-seol*, hoc est, *mors ejus infernus*.

GRÆ. 13. *Infernalis* Græcè dicitur καταχθόνιος & χθόνιος. Nam synonyma sunt hæc duo vocabula. Sic θεοὶ καταχθόνιοι *dii inferi*, *dii Manes*, vocantur θεοὶ χθόνιοι: Sic Pluto καταχθόνιος Ζεὺς *infernalis Jupiter*, est χθόνιος Ζεύς: sic Ἑρμῆς καταχθόνιος *Mercurius infernus* est Ἑρμῆς χθόνιος. *Mathusael* ergo, vir *infernalis*, ita nominandus, quia juxta hujus nominis interpretationem *mors ejus infernus*, rectè à Græcis dictus est χθόνιος, hoc est, *infernalis*, *stygius*, *tartareus*. Itaque *Chthonius* Cadmeæ fabulæ est *Mathusael* Cainita, ille cujus patrem in *Echione*, & cujus filium in *Udæo* ejusdem fabulæ vidimus exprimi.

HEB. 14. *Irad*, alter Cainita, velut monstrum, sortitus est hoc nomen à voce ערוד *Arod* vel *Irud*, quæ Hebræis sonat *onagrum*, Chaldæis verò & *onagrum* & *draconem*. Unde *Irad* solet exponi *onager* vel *draco*.

GRÆ. 15. *Pelorem* mihi describis, anguigenarum alterum. Πέλωρ, μέγα τεράστιον, *Pelor*, *ingens monstrum*, ait Suidas. Et δεινὰ πέλωρα *terribilia Pelora* apud Homerum Iliad. β. v. 321. sunt μέγα σῆμα, δράκων. *magnum portentum*, *draco*.

draco. ut patet ex ejusdem Iliadis versu 308. Sed quid dicemus de *Hyperenore*? Græcâ voce ὑπερήνωρ significatur *superbus*, *supra virum elatus*. Elatio hæc in fabula, quæ socium dat Hyperenori *Chthonium*, seu *infernalem*, quæve antiquissimas initiationes & lustrationes arcessit à Cadmeis, virum initiatione superbientem refert: φιλοτιμότεροι εἰσὶ ἐν ᾅδου οἱ μεμυημένοι. *honoris cupidiores sunt in inferno initiati*; fabulatur Scholiastes Aristophanis in Ranas ad illud è scenâ septimâ Actus primi: Ἴακχ᾽ ὦ πολυτίμητε. Athenienses apud Laertium lib 6. dixerunt Diogeni: ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι. *in inferno principem locum obtinent initiati*. Plato in Phœdone scribit, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει. *quod qui non initiatus, neque expiatus, in infernum descenderit, jacebit in luto: purgatus verò & initiatus, illuc accedens, cum diis habitabit*. Auctor Axiochi, editi inter Platonis opera, describens infernum ex poetarum figmentis ait similiter: ἐνταῦθα τοῖς μεμυημένοις ἐστί τις προεδρία. *ibi initiatis est quædam in sedendo prærogativa*.

HEB. 16. De ejusmodi initiatis jam non est agendum. Dum tamen *Hyperenor* dicitur *initiatus*, exhibet nobis Caini filium, qui חנוך *Hanoch*, seu *Hanuch*, hoc est, *initiatus* vocatus est. Inde quoque nomen urbi in mundo antiquissimæ, quam ædificavit Cainus, & in cujus initiatione seu dedicatione ipsi natus videtur filius *Henoch*. *Egressusque Cain à facie Domini*, ait divinus Moses, *habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. Cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Henoch*. Gen. IV. 16. 17. Cùm hoc in loco audimus uxorem, intelligamus & sororem necesse est: quia, *cùm genus humanum post primam copulam viri facti ex pulvere, & conjugis ejus ex viri latere, marium fœminarumque conjunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur: nec essent ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas conjuges acceperunt: quod profectò quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius, religione prohibente*. Loquor cum Augustino lib. 15. de Civit. Dei, cap. 16.

GRÆ. 17. In Eroticis Parthenii Nicænsis cap. XI. extat fabula περὶ Καύνου καὶ Βιβλίδος τῶν Μιλήτου παίδων *de Cauno & Biblide Mileti filiis*. Nicænetus qui eam narrat, ait τὸν Καῦνον ἐρασθέντα τῆς ἀδελφῆς ὡς οὐκ ἔληγε τοῦ πάθους ἀπολιπεῖν τὴν οἰκίαν, καὶ ὁδεύσαντα πόῤῥω τῆς οἰκείας χώρας, πόλιν τε κτίσαι, καὶ τοὺς ἀπεσκεδασμένους τότε Ἴωνας ἐνοικῆσαι. *Caunum sororis amore captum, cùm ab affectu non desisteret, reliquisse domum, & peregrinatum procul à patria terra civitatem ædificasse, quam dispersi tunc Jones incoluerunt*. Alii apud eumdem Parthenium dicunt τὸν Καῦνον παραγενηθέντα εἰς τὴν τότε ὑπὸ Λελέγων κατεχομένην γῆν . . . πόλιν τε κτίσαι. *Caunum immigrasse in regionem tunc à Lelegibus inhabitatam . . . urbemque condidisse*. Lelegum nomen non est Græcæ originis. Id à populis Orientalibus Græcos accepisse puto.

HEB. 18. Num ab Hebræis: quasi homo *Lelex* seu *Lelecs*, sit איש להלך *Is lehelech*, hoc est, *vir itionis*, *vir ambulationis*, *vir erraticus*? Virum erraticum dico virum ambulationis eâ phrasi, quâ planetæ seu stellæ erraticæ, כוכבי לכת *Cochebe lecheth*, hoc est, *stellæ ambulationis* dicuntur.

GRÆ. 19. Appositissima nominis *Lelegum* interpretatio; cùm Strabo lib. 12. pag. 570. *Leleges* interpretetur πλάνητας ἀνθρώπους *erraticos homines*: & multi populi, spectantes illud tempus, quo ante conditas sibi urbes fusi erant per agros ac dif-

persi, primordia gentis suæ duxerint ab Lelegibus. Sic Lacedæmonii apud Pausaniam in Laconicis aiunt primum in Laconia regnasse Lelegem indigenam, & ab eo nominatos esse Leleges, quibus imperabat. Tum in Messenicis ταύτην τὴν χώραν ἔρημον ἔτι οὔσαν πρώτους σχεῖν τοὺς λέγουσιν οἰκήτορας. *Hanc regionem adhuc desertam sic habuisse ajunt primos incolas*. Unde Laconiam tunc Lelegiam nominatam ferunt. Sic juxta Strabonem lib.7. pag. 321. *quæ nunc Ionia dicitur, universa fuit olim à Lelegibus ac Caribus habitata*. Et lib.9. pag.401. *Leleges* ponuntur inter populos qui *Bœotiam initio tenuerunt*. Alia quoque Lelegibus loca primùm adscripta fuisse docet idem auctor, maximè libro 13. cùm agit de Troade. Sed & lib. 7. pag. 322. laudat Hesiodum dicentem Leleges ortos esse ἐκ γαίης *ex terra*. Quasi nempe Leleges fuerint omnium omnino hominum antiquissimi. Quò spectat Dionysius Halicarnasseus lib.1. Antiquit. Roman. ubi *prognatos è Prometheo & Clymene Oceani filia* dicit Leleges. Fert enim fabula, quam explicuimus in primo dialogo, Prometheum formasse homines ex terra. In Asii Poetæ Samii carminibus, quæ citat Pausanias in Achaicis, fingitur Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυπαλαίας εἶναι παῖδα Ἀγκαῖον, βασιλεύειν δὲ αὐτὸν τῶν καλουμένων Λελέγων. *Neptuni & Astypalææ filium esse Ancæum, eumque populis qui Leleges dicebantur, imperasse*. Etiam Strabo lib.14. pag.632. narrat Lelegibus præfuisse *Ancæum*. Is est Ἀγκαῖος ὑπέρβιος *Ancæus ferox* memoratus Apollonio Rhodio lib. 1. Argonauticorum vers. 188. item Aristoteli apud ejus Scholiastem addenti *de Ancæo*, quòd erat φιλογέωργος *amans agriculturæ*. Ἀστυπαλαία quam Ancæi matrem fabulantur, non est aliqua mulier, sed ἄστυ παλαιὸν *urbs antiqua*.

HEB. 20. Non est insolens vocare urbem matrem. Sic mulier Abelitis loquens cum Joabo de urbe Abela, quam ille obsidebat, dixit: *Et tu quæris subvertere civitatem, & evertere matrem in Israel*. 2. Reg. XX. 19. In textu Hebraico legimus: אתה מבקש להמית עיר ואם בישראל *Tu quæris interficere civitatem & matrem in Israel*. Sic Jeremias cap. XV. v. 8. vocat Jerusalem אם בחור *Em bahur*, hoc est, *matrem electi*, seu *matrem adolescentis*, ut vulgò vertitur.

GRÆ. 21. Quòd ergo urbes dicerentur matres, urbs antiqua Ancæi mater ejus habita est. Neptunus, quem ferunt genuisse Ancæum, ut jam dixi, fingebatur cognovisse τὸν Καινέα *Caineum* seu *Cæneum* factum mulierem, sed postea mutatum in virum, cujus filius fuerit Κόρωνος. Voce κόρωνος significatur ὑπέρβιος, qualis *Ancæus* dicitur Apollonio Rhodio; adeò ut *Ancæus* non fabulosi Neptuni, sed veri Cainei habendus sit filius. Scholiastes Apollonii in primum Argonauticorum ad vers.57. ubi celebratur Κόρωνος Καινεΐδης, fabulam sic narrat: ὁ δὲ Κόρωνος υἱὸς ἐστι Καινέως. μυθολογοῦσι δὲ τὸν Καινέα πρότερον γεγονέναι γυναῖκα, εἶτα Ποσειδῶνος αὐτῇ πλησιάσαντος μεταβληθῆναι εἰς ἄνδρα. τοῦτο γὰρ ᾔτησε καὶ ἀτρωσίαν. *Coronus verò filius est Cainei. Fabulantur autem Caineum primùm fuisse mulierem; deinde, cùm Neptunus rem cum ipsa habuisset, mutatam esse in virum: id enim petiit, & esse invulnerabilem*. Aliam de *Caineo* fabulam, quam à Pindaro hausit Apollonius, enarrat idem Scholiastes, videlicet, quòd ὁ χλωραῖς ἐλάταισι τυπεὶς ᾤχετο Καινεὺς, σχίσας ὀρθῷ ποδὶ γᾶν, τοῦτο δὲ αὐτῷ συνέβη διὰ τὸ μήτε θύειν τοῖς θεοῖς, μήτε εὔχεσθαι, ἀλλὰ τῷ ἑαυτοῦ δόρατι. διὸ Ζεὺς ἐφορμᾷ αὐτῷ τοὺς Κενταύρους, οἵτινες κατὰ γῆν αὐτὸν ὠθοῦσιν. *Viridibus abjetibus percussus ibat Caineus, erecto pede findens terram. Hoc autem ipsi contigit, quòd Diis neque sacrificaret, neque adhiberet preces, sed suæ hastæ. Propterea Iupiter excitavit in eum Centauros, qui per terram illum vexant*. Ministros iræ Jovis, ceu

supre-

Digitized by Google

supremi numinis, κεντᾶυροι dixerunt quasi κέντορας, hoc est, *percussores*: nam κέντωρ *stimulator, percussor*, est κενταυρος, sicut Chaldaicum תור *tor* est Græcum ταῦρος. Καινεὺς σχίτας ὀρθῷ ποδὶ γῆν *Caineus findens erecto pede terram* est Caineus agricola, cujus est findere, hoc est, sulcare terram, sive arare.

LAT. 22. Findere tellurem ferro, quo glebas erecto pede subigit agricola, est periphrasis arationis; ut & navigationis, findere pontum ære, seu æratis rem is, findere rostris, seu rostratis navibus, findere carinâ. Tibullus lib.4. Panegyrico ad Messalam, ait:

Et ferro tellus, pontus confinditur ære.

Virgilius lib. 10. Æneidos loquens de navigatione, velut de aratione, similiter canit:

Tollite, ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina.

Et Propertius lib.3. Eleg.9.

Non ego velifera tumidum mare findo carina.

Rectè ergo agricola dicitur *Caineus*, sive Cæneus, *findens erecto pede terram*. Quam de illo jam audivimus, fabulam fusè decantat Ovidius lib. 12. Metamorph. maximè verò, quòd Neptunus cum fecerit virum invulnerabilem.

Nam jam voto Deus æquoris alti
Annuerat, dederatque, super ne saucius ullis
Vulneribus fieri, ferrove occumbere posset.

GRÆ. 23. Hanc Cainei ἀτρωσίαν noverunt & alii Græci præter eos, quos jam laudabam. Sic apud Palæphatum Καινέα φασὶν, ὅτι ἄτρωτος ἦν. *Caineum dicunt fuisse invulnerabilem*. Sic apud Heraclitum fertur τοῦτο πρῶτον γυναῖκα γεγονέναι, εἶτα ὑπὸ Ποσειδῶνος γενέσθαι ἄνδρα ἄτρωτον χαλκῷ καὶ σιδήρῳ. *hunc primum fœminam fuisse, deinde à Neptuno factum esse virum invulnerabilem ære & ferro*. Eustathius in Iliadem A. pag.101. scribit τὸν Καινέα *Caineum*, quem Homerus inter terrestrium virorum fortissimos collocat, καὶ ἀνδρεῖον εἶναι καὶ ἄτρωτον διαμεῖναι μέχρι πέρατος τοῦ ζῆν. *& virilem esse & invulnerabilem permanere usque ad finem uitæ*. Hasta quâ Caineum aiunt cum Apolline contendisse, fuit adeo celebris, ut in proverbii consuetudinem venerit: ἔνθα ἡ παροιμία. τὸ Καινέως δόρυ. *Inde prouerbium: Cainei hasta:* inquit Apollonii Scholiastes, quem superius appellavi. Idem Antonino Liberali cap. 16. dicitur & Καινὶς & Καινεὺς. & juxta magnum Etymologum, aliósque erat Ἐλάτου παῖς *Elati filius*.

LAT. 24. Ideò sanè *Cæneus Elateius* habetur ab Ovidio in duodecimo Metamorphoseon verf.497. item verf.189. ubi Nestora inducit dicentem:

Clara decore fuit proles Elateia Cænis.

GRÆ. 25. Fortassè *Elatus*, Cainei pater, est *Miletus* seu *Melatus* Cauni Byblidosque genitor

HEB. 26. Nempe sicut *Magog* est *Agog*, *Mesarach Asarach* (quod alibi observamus:) ita *Melatus* est *Elatus*. Conjecturam haud difficulter illustrabo in Cainitica historia, quam video totam his in fabulis. Primò *Cain*, adhibitâ terminatione Græcâ, est & Καινὶς & Καινεὺς & Καινὸς. Secundò *Cainus* est *Caunus*; sicut פעו *Pau*, civitas in qua regnavit *Adar* rex Edom. Gen. XXXVI. 39. est פעי *Pai*, 1. Paral. I. 50. quia literæ *Jod* & *Vau* invicem commutantur. Tertiò usu evenit in lingua Hebraica, ut *hasta* dicatur קין *Cain:* & in proverbii consuetudinem venit τὸ Καινέως δόρυ *Cainei hasta*. Quartò Heva *concepit & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum*. Gen.IV.1.

P 2 In

Digitized by Google

In textu Hebraico legitur את יהוה *eth-Jaho*, vel *eth-adonai*, hoc est, *à Domino*, quod alio modo diceretur מאל *meel*, hoc est, *à Deo*, juxta expressionem, quam reperimus eodem in libro, cap. XLIX. v. 25. אל *El* scilicet est unum ex Hebraicis Dei nominibus. Ab *El* est *Elatus*, à quo procreatus est *Caineus*: à *Meel* est *Miletus* seu *Melatus*, ex quo *Caunus* natus est. Accedit, quòd Hebraicum Dei nomen אלוה *Eloah*, Chaldæis est אלה *Elah*, unde *divinitas* dicitur אלהות *Elahuth*, & *à divinitate* מאלהות *Meelahuth*. Quintò *Cain* duxit sororem in uxorem. Soror בבעול *Bibol*, hoc est, *in conjugando*, est soror ducta in matrimonio. A *Bibol* est *Bibolis*, per syncopem *Biblis*, soror cujus amore captus est *Caunus*. Sextò *Cain* erat agricola; *Caineus* incumbens ad arationes findebat erecto pede terram.

LAT. 27. De isto agricola canit Ovidius lib. 12. Metamorph. v. 209.

Peneiaque arva pererrat.

Duxerat Hippodamen..

HEB. 28. Non immeritò: quia *arva Peneia* sunt Chaldaica פנויות *Penuioth*, hoc est, *vacua*, quæ colenda erant Caino; & quia *Cain* juxta expressionem Hebraicam fuit עבד אדמה *Obed-adama*, hoc est, *colens terram*. Gen. IV. 2. Facilè enim pro עבוד אדמה *Ibbud-adama*, hoc est, *cultura terræ*, suam *Hippodamam* confinxit fabula. Nempe איש עבד אדמה *Ish-obed-adama*, hoc est, *vir agricola*, seu *vir colens terram*, איש עבוד אדמה *Ish-ibbud-adama*, hoc est, *vir cultura terræ*, putatus est *vir Ibbud-adamæ* ceu alicujus mulieris. Septimò impiè se agens *Cain* in muneribus, quæ offerebat, repudiatus est à Deo, quasi sacrificium non faceret, quasi non adhiberet ipsi preces. Hinc ira, hinc livor, hinc pugna adversus fratrem, cujus munera grata & accepta habebat Deus. *Caineus* secundum fabulam neque diis sacrificabat, neque illis adhibebat preces, sed suæ hastæ. Quod ideò dictum, quia hasta erat signum hieroglyphicum principii pugnæ.

LAT. 29. Ita certè de hasta loquuntur veteres, quos inter Servius ad illud Virgilii è nono Æneidos;

Et jaculum intorquens emittit in auras,

Principium pugnæ.

ait: *Hastâ in eorum*, hoc est, hostium, *fines missâ*, *indicabatur jam pugnæ principium*.

HEB. 30. Idem significabat & emissio sagittæ. Unde Joaso regi Israel, gesturo bellum cum Syris, *dixit Elisæus: Jace sagittam. Et jecit. Et ait Elisæus: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam*, 4. Reg. XIII. 17. Octavò *Cain* contendit cum Abele; *Caineus* cum Apolline.

PHOE. 31. Apollinem in Sole venerati sunt Phœnices, aliique populi; & Ἀβέλιον ἥλιον Κρῆτες *Abelium Solem Cretenses* nominabant, teste Hesychio. In Creta sedem collocasse Phœnicas non ambigitur. Imo in Phœnicia erat גוי כרתים *Goi Crethim*, hoc est, *Gens Cretensium*, sive *Ccrethæorum*. Ægyptii apud Diodorum lib. 1. pag. 9. agnoscunt *Saturnum* & *Rheam*, in quibus *Adamum* & *Hevam* vidimus expressos, *Apollinem* genuisse. Ut מלך *Molech*, idolum Ammonitarum, est *Moloch*: ita *Abel* est *Abol*, ac proinde *Apol*, factâ permutatione literæ B in P, quâ nihil frequentius. Sic *Balsamum* dicitur פלסמון *Palsamon*; ferrum Hebraicè ברזל *Barzel*, Chaldæis est פרזל *Parzel*: & alia innumera, in quibus tempus non est terendum. Vitam Apollinis pastoritiam omnes passim agnoscunt. *Marsyas*, per metathesim *Marysas*, quem ab Apolline occisum fabulantur, attentâ linguâ Phœnicià, seu potius Hebraicâ illius

matre

Digitized by Google

matre, non eft aliquis homo, fed מריא שה *Meri-fe*, hoc eft, *faginatum pecudum*, quas Apollo mactavit. Nomen ejus Φοῖβος eft offerentis facrificia, fi illud referamus ad Ægyptiam vocem ΦΟΥΗΒ quæ fignificat *facerdotem* in libris Copticis. Ægyptii colentes Apollinem in fuo Oro, quem fæpe confundunt cum Ofiride relato ad Solem, aiunt apud Diodorum lib.1. pag.12. τὸν Ὄσιριν ὑπὸ Τυφῶνος ἀναιρεθῆναι τοῦ ἀδελφοῦ, βιαίου καὶ ἀσεβοῦς ὄντος. *Ofirim à Typhone fratre, homine violento & impio, trucidatum effe*. Variis in hiftoria Ægyptiaca induti funt perfonis Ofiris & Typhon: & manifeftum eft fingula, quæ de illis narrantur, non effe ætatis, de quâ differimus. Quædam tamen ad eam pertinere fuadet inter alia nomen *Seth*, quo Typhon infignitur apud Plutarchum in libro de Ifide & Ofiride.

HEB. 32. *Seth* quidem nominatus eft Abelis frater: at non ille, qui eum occidit. Trium tantùm filiorum Adami nota funt nomina, nempè *Cain*, *Abel* & *Seth*. Ægyptii qui hiftoriam de illis fratribus acceperunt ab Hebræis, audientes trucidatum effe Abelem à fratre, homine violento & impio: adhæc fcientes haftam Hebraicâ voce קין *Cain* defignari: quafi *Cain* non effet nomen impiiffimi fratricidæ, fed inftrumenti, quo occifus eft *Abel*, Setho quem tantùm agnofcebant ut ejus fratrem, horrendum illud crimen intulerunt. De cætero rectè quadrant in Abelem, quæ de Apolline jam audivimus. Fuit enim *Abel paftor ovium, & obtulit de primogenitis gregis fui, & de adipibus eorum*. Gen. IV. 2. 4. Is igitur eft *Apollo*, Cretenfibus *Abelius*, qui paftor & facrificus *faginatum pecudum*, feu faginatas pecudes mactavit, ac tandem *occifus eft à fratre, homine violento & impio*. *Caineus* verò contendens cum hoc Apolline quis alius eft, quàm *Cain*? Nonò *Cain* fuit *maledictus fuper terram*, feu ארור מן האדמה *maledictus à terra*, ut eft in textu Hebraico: & fabula inducit Centauros five percuffores à Jove miffos, qui Cainei membra per terram vexent, obterant, & contundant. Nempè *maledictus* dicitur à Chaldaizantibus Hebræis שחיק טמיא *fchic timmaia*, hoc eft, *contufus offibus*. Decimò *pofuit Dominus Cain fignum, ut non interficeret eum omnis qui inveniffet eum*; & *Deus æquoris alti* dedit Caineo

fuper ne faucius ullis
Vulneribus fieri, ferrove occumbere poffet.

Undecimò *egreffus Cain à facie Domini, habitavit profugus in terra . . . & ædificavit civitatem*: urbem condidit *Caineus* five *Caunus*, peregrinatus procul à patriâ terrâ. Duodecimò ante conditam à Caino civitatem homines fufi per agros ac difperfi vagabantur, cùm ea fuerit omnium urbium prima: regio, in qua *Caunus* ædificavit civitatem, erat primùm à Lelegibus, hoc eft, hominibus erraticis inhabitata. Decimotertiò *Hanoch*, terminatione Græcâ Ἀνυχαῖος, & per fyncopem Ἀγχαῖος, eft ille Caini filius, qui principatum obtinuit in condita primis orbis Lelegibus civitate: princeps Lelegum habetur Ἀγκαῖος, ejufque origo refertur ad Neptunum quem fabula copulavit cum *Caine* velut cum muliere, quæ Neptuni beneficio in virum Caineum nomine fit mutata. Decimo-quartò, Hebræis vocantibus urbem matrem, ut jam dixi, proclive fuit celebrare antiquam civitatem *Hanoch*, velut *Hanochii* feu *Hanchæi* matrem: Ἀστυπαλαία, hoc eft, *urbs antiqua*, ferebatur mater *Ancæi*. Decimoquintò Hanochæum Cainitam jam nobis exhibuit Ὑπερήνωρ fabulæ Cadmeæ: Ἀγκαῖος ὑπέρβιος eft Ἀγκαῖος ὑπερήνωρ, ficut & Ἀγκαῖος κορωνίς: *Coronus verò filius eft Cainei*. Decimofextò Hanochæus filius agricolæ facilè in patris veftigia incurrit: Ancæus erat φιλογέωργος *amans agriculturæ*.

P 3 GRÆ.

GRÆ. 33. Apertissimè & planissimè explicata est historia de Caino, adumbrato in Græcorum Cauno vel Caineo. At adhuc superest nonnihil caliginis in fabula Cadmea. Ferunt *Agaven* Cadmi filiam occidisse Pentheum. Πενθεὺς nomen habet ἀπὸ τοῦ πένθεος *à luctu*. Num idem est dicendus cum Abele? num Cain in Agave quærendus est? Interdum permutantur χ & γ, ut in Græcis vocibus χαλβάνη & ἄγχω, ex quibus fiunt Latinæ *galbanum* & *ango*. Sic *Agave* esset *Achave*; Sed quid *Achave* vel *Achava* interficiens Pentheum?

HEB. 34. Hebraica est vox אחוה *Achava*, significans *fraternitatem*. Pentheus verò, nomen habens à luctu, Hebræis est אבל *Abel*, hoc est, *Lugens*, à verbo אבל *Abal* luxit, in luctu fuit. Quòd ergo frater interfecerit Abelem, dictum est Achavem interfecisse Pentheum. Parum refert Abelis nomen non scribi ab Hebræis per *Aleph*, sed per *He*: quia illæ literæ sunt permutabiles. Sic ארמון *armon* palatium est הרמון *harmon*. אבד *obed* perditio, Chaldæis est אובד *obad* & הובד *hubad*. Græcum ὁμόνοια concordia, quod usurpant Chaldæi, modò scribitur אומוניאה *omonia*, modò הומוניה *homonia*. Literas quæ solo spiritu differunt, invicem permutare facillimum est.

LAT. 35. Abel igitur est & Pentheus & Apollo. Puto tamen non in unum Abelem competere, quæcumque sub his nominibus prædicantur. Multa de suo appofuerunt Poetæ. Sæpe etiam diversorum gesta permiscuerunt; sæpius transierunt præscriptos ab historiæ veritate limites. Pentheum habuerunt virum planè execrandum, impium, superum contemptorem. Res plurium Apollinum confuderunt in uno. Plures enim Apollines, sicut & plures Vulcani, pluresque Joves, sunt certissimè agnoscendi ex his quæ tradit Cicero lib. 3. de Natura Deorum. *Apollinum antiquissimus* natus dicitur è Vulcano primo & Minerva prima. E diverso Vulcanus tertius, è tertio Jove & Junone genitus, quem ferrariæ & ærariæ artis faciunt auctorem, erat frater tertii Apollinis, utpote nati è tertio Jove, & Latona. Ejusdem soror fuit Minerva tertia, quam à Jove generatam aiunt. Hæc illa Minerva, multorum operum inventrix, quam apud Augustinum lib. 18. de Civit. Dei, cap. 8. ferunt diluvio Ogygio antiquiorem. Re itaque diligenter inspectâ, agnoscendi sunt in antediluviana mundi ætate tertius Apollo, tertius Vulcanus, tertia Minerva, ex eodem patre progeniti.

PHOE. 36. Vetustissimum nomen *Onca*, quo Minervam Phœnices designarunt, testibus Stephano Byzantio, Hesychio, & Scholiaste Æschyli in tragœdiam quæ *Septem contra Thebas* nominatur, est Ægyptiæ originis juxta eundem Scholiastem. Re verâ vox ΩΝΧ *Onch* Ægyptia est, vitam significans æquè ac Hebraica חיה *hajia*, quæ, mutante *Jod* in *Vau*, transivit in חוה *Hava*, & fecit nomen matri cunctorum viventium, ut paulò post initium hujus dialogi audivimus. Jam quoque notavimus *portionem hominis*, nempe costam, ex qua *Heva* tracta est, dici Chaldaicè חולקא נש *hulca-nash*, indeque prodiisse nomen *Vulcanus*. Quocirca in promptu est conferre Abelem Hevæ filium cum Abelio seu Apolline, quem ex primo Vulcano & prima Minerva, sive *Oncha*, natum esse tradunt. *Nemanus*, aliud Minervæ nomen, quod fortassis tertiæ convenit, notum erat Ægyptiis apud Plutarchum in libello de Iside & Osiride. Juno quam tertio Jovi copularunt, dicebatur *Ada* à Babyloniis: *Ada*, inquit Hesychius, ὑπὸ Βαβυλωνίων ἡ Ἥρα, *à Babyloniis Juno*. Alia ejusdem Jovis uxor, Phœnicio nomine *Laton* seu *Latona*, ita dicta est ab Hebraica voce לט *Lat*, quæ significat *absconsionem*. Ex eadem voce prodiit Latina *Lateo*, & Græca λήθω seu λανθάνω: unde Græcis *Latona* est Λητώ. Cretenses qui Phœnicum fuerunt auditores, ut jam monui, dicunt apud Diodorum lib. 5. pag. 235. *à Vulcano fabricationem ferri*,

ri, æris, auri, argenti & cæterorum omnium, quæ ignis operationem recipiunt, inventa. Ibidem quoque *Apollini citharæ inventionem, & id genus musicæ assignant.*

HEB. 37. Docet nos sacra genesis cap. IV. v. 19. Lamechum Cainitam, quem video adumbratum in tertio Jove, accepisse *duas uxores, nomen uni Ada, & nomen alteri Sella.* Tertio enim Jovi tribuuntur duæ uxores, nempe Juno *Ada* dicta Babyloniis, & Latona quæ Sellam exprimit suo nomine: quia *Sella*, sive צלה *Tsella*, Masoretica pronunciatione *Tsilla*, interpretatur *umbra*, quæ utique est לט *Lat*, sive *absconsio*, unde Latonæ nomen prodiit. In hoc solùm hallucinati sunt, qui id tradidere, quòd susceptum ab una Lamechi uxore filium tribuerint alteri. Nempe *Ada* genuit *Jubal: ipse fuit pater canentium cithara & organo*, adeóque Apollo tertii Jovis filius, cui citharæ inventionem, & id genus musicæ assignant. *Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri*, ac proinde ipse Vulcanus ejusdem Apollinis frater, ex diversa matre genitus, quem aiunt invenisse fabricationem ferri, æris, auri, argenti, & cœterorum omnium, quæ ignis operationem recipiunt. *Soror verò Tubalcain, Noema* exhibet sine dubio sororem Vulcani, Minervam quæ *Nemanus* dicta est. Nomen hoc *Noema*, Hebræis נעמה *Naama*, gutturali elisa, transivit in נמה *Nema*, sicut בעל *Baal* in בל *Bel*. A *Nema* verò est *Nemanus*. *Tubalcain*, Hebraica scriptione & prolatione תובלקין *Tuvalcain*, per aphæresin *Valcain*, est ipsissimum *Vulcani* nomen, Gallis *Vulcain*. Similes nominum aphæreses frequentissimæ sunt. Sic *Thalassa*, littoralis Cretæ civitas, est *Lasæa*: *Jechonias* est *Chonias*: *Bubastus* est *Basta*. Sic quoque *Jubal* esset *Bal*.

GRÆ. 38. Hic illud mihi occurrit, quod Herodianus lib. 8. scripsit de Beli, cùm dixit de Aquileiensibus: Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες. *Belin autem ipsum vocant, eximieque colunt, Apollinem esse volentes.*

LAT. 39. Eò spectant marmora Aquileiensia, inscripta APOLLINI BELENO, & Julius Capitolinus in Maximinis, ubi *Deum Belenum* habent *Apollinem*. Servius etiam in primum Æneidos refert ad Solem, adeóque ad Apollinem, cultum in Sole, Punicum nomen *Bal*, quod *apud Assyrios Bel dicitur, quadam sacrorum ratione.*

HEB. 40. Scopulus cæcis idololatris fuit nomen *Jubal*, quasi eo significaretur *Deus Bal, Deus Belenus*. Vocula *Ju* vel *Jo* contractè ponitur in variis nominibus propriis Hebræorum pro tetragrammato Dei nomine, quod veteres pronunciabant *Jao*, vel Ἰαῦ, ut est apud Clementem Alexandrinum lib. 5. Stromatum. Hinc Ἰωάθαμ exponitur ab Hesychio Ἰαὼ συντέλεια. *Jao perfectio*. Hinc Selemiæ filius nomine יובל *Juebal*, Jerem. XXXVIII. 1. ita dicitur pro יהוכל *Jehuchal*, vel *Jaho-chal*, Ibid. XXXVII. 3. Hinc etiam *Ju-piter* & *Jo-bacchus* sunt ex mente Ethnicorum, profanantium Dei nomen ineffabile, *Jao-pater* & *Jao-Bacchus*. Quasi ergo יובל *Ju-bal* esset יהובל *Jaho-Bal*, putatus est *Deus Bal*. Hinc eum facilè confuderunt gentiles cum fratre primogenito, nomine יבל *Jabal*, vel *Jabel*, ut communiter vocatur. Quia enim *Deus* etiam dicitur יה *Iah*, proclive ipsis fuit interpretari *Ia-bal* vel *Ia-bel Deum Bal* vel *Deum Bel*. De hoc Lamechi & Adæ filio ait sacra Genesis: *Qui fuit pater habitantium in tentoriis atque pastorum*: sive, ut habet textus Hebraicus: הוא היה אבי ישב אהל ומקנה *ipse fuit pater habitantis in tentorio, & possessionis pecuariæ*. Gen. IV. 20. Hebraica vox מקנה *micne* significat *possessionem* maximè *pecuariam*, sive *pecus* quod possidetur. Unde pastores dicuntur אנשי מקנה *homines Micne*, hoc est, *homines pecoris*, sive pecuarii, Gen. XLVI. 34.


GRÆ.

GRÆ. 41. Est in fabulis Græcorum, præcipuè Homeri hymno εἰς Ἑρμῆν, & Apollodori lib. 3. cap. 10. §. 2. Majæ filium Hermen è cunis erupisse, & quas Apollo boves pascebat, furto abegisse.

HEB. 42. Rem aptam & consentaneam tempori & personæ filii Lamechi Cainitæ involvit hæc de Apolline pecuario fabula. Hebraicè voces מים *maim* & חרם *herem* respondent Chaldaicis מיא *maia* & חרמא *herma*. Voce *maia* significatur *aqua* & voce *herma* significatur *exterminium*. Maia peperit Herman, qui vix natus erumpens in boves Apollinis eas rapuit: quia aqua omni impetu inundans terram attulit exterminium pecoribus Jabelis. In Lamechi filiis terminata est Caini posteritas, quam diluvium exterminavit. Aliam Adami stirpem ductam à Setho, posito pro Abele quem Cainus occidit, discutiendam differo in sequentem dialogum, in quo maximè est agendum de veritate textus Hebraici in dinumeratione annorum primæ mundi ætatis.



DIA-



DIALOGUS III.

De veritate textus Hebraici adversus calculos Editionis LXX.

INTERLOCUTORIBUS

Hebræo, Latino, Græco.

HEB. 1.  Versamur in re difficili, ac multùm, & sæpe quæsitâ, statuentes controversiam de numero annorum, quibus antediluviana mundi ætas definienda est. Veritatis luce menti hominis nihil dulcius. Quasi tamen debilitata sit, vel in profundo demersa veritas textus Hebraici, hodie nonnulli ab ea refugiunt, limpidissimis illis fontibus cænosos rivulos præferunt.

LAT. 2. Causa textûs Hebraici est in præsenti controversiâ causa editionis Latinæ vulgatæ, quæ fontium, unde hauriamus, elegantiam & munditiam referens, hosce numeros dissensu nullo reddit. Haud me movet discrepantia alterius versionis; quandoquidem *illa numerorum varietas quæ inter codices Hebræos invenitur & nostros . . . si quid habet ita diversum, ut verum esse utrumque non possit, rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatum est quod habemus*, ut sapientissimè docet magnus Augustinus lib. 15. de Civitate Dei, cap. 14.

GRÆ. 3. Editionis septuaginta Interpretum quæ sit auctoritas, quod pondus, non ignoratur. Sed tales ac tantas video in ejus codicibus lectionum dissimilitudines, numerorum varietates; ut potis non sim discernere veram & germanam lectionem à falsâ & adulterinâ. Absit ut hujus diversitatis auctores credam septuaginta illos interpretes. Unam & eandem versionem, unà consentientes hi certissimè adornarunt. Et utinam quæ pervenit ad nos, fuisset tam procul à mani-

manibus interpolatorum, quàm pura primùm & emendata erat celeberrimæ hujus versionis integritas.

LAT. 4. Id maximè queritur D. Hieronymus præfatione in librum Paralipomenon, quam scripsit ad Chromatium exponens ei necessitatem vertendi in Latinum Hebræa volumina. *Si septuaginta interpretum pura*, inquit, *& ut ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superfluè me, Chromati episcoporum sanctissime atque doctissime, impelleres, ut Hebræa tibi volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat, & nascentis Ecclesiæ roboraverat fidem, justum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc verò cùm pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata, nostri arbitrii putas, aut è pluribus judicare quid verum sit, aut novum opus in veteri opere cudere, illudentibusque Judæis, cornicum, ut dicitur, oculos configere.*

GRÆ. 5. Fuere patres Græci, qui falsarios scripturarum Judæos habuerunt. Inde quis inferret adulteratum esse à Judæis textum Hebraicum. At ego non sic statuo; cùm id contra mentem illorum patrum videam. In solos Judæos Hellenistas, qui versionem LXX. Interpretum habebant in usu, hi justissimè sunt invecti. Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone asseverans Judæos multa ex sacris paginis omninò sustulisse, expostulat cum eo non de textu Hebraico, sed de Versione septuaginta seniorum, his verbis: ἀπὸ τῶν ἐξηγήσεων τῶν γεγενημένων ὑπὸ τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ γεγενημένων πρεσβυτέρων. *ex interpretationibus factis à Senioribus, qui apud Ptolemæum fuerunt.* Origenes itidem Homil. 12. in Jeremiam, enodans prophetiam, *quam*, inquit, *nescio quare apud Septuaginta non invenientes, in cæteris editionibus quæ cum Hebræo conveniunt sermone, reperimus*: refert hunc defectum ad Judæos, *qui exemplaria nonnulla falsarunt.* In falsatis exemplaribus hujus editionis legitur, exempli gratiâ, apud Oseam prophetam cap. XI. v. 1. *Ex Ægypto vocavi filios ejus.* Hanc lectionem non fuisse omnium exemplarium intelligo ex versione Coptica manuscripta, quæ perantiquam editionem Græcam exprimit. Ibi enim legimus: ΑΙΜΟΥΤΙ ΕΠΑϢΗΡΙ ΕΒΟΛ ϦΕΝ ΧΗΜΙ. hoc est: *Vocavi filium meum ex Ægypto.* Ita verò locutum esse prophetam nos docet Sanctus Evangelista Matthæus cap. 2. vers. 15. ubi asserit eum dixisse: ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. *Ex Ægypto vocavi filium meum.*

HEB. 6. Sanè est ad hunc modum locutus Osea juxta textum Hebraicum, qui sic habet: ממצרים קראתי לבני *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Nec nobis aliam lectionem subministrat ullus codex Hebræus. Pari codicum consensione exarati sunt numeri annorum, de quorum veritate dissertamus. Sed neque paraphrasis Chaldaica, versionesque Syra, Arabica & Persica ex textu Hebraico profectæ quicquam dissonum his in numeris perhibent.

LAT. 7. Fidelitas Judæorum in describendis suis codicibus perspectissima est patribus Latinis, D. Hieronymo, qui præcipuus est defensor veritatis Hebraicæ, & D. Augustino, qui lib. 15. de Civit. Dei, cap. 13. vult, ut *illa diversitas numerorum aliter se habentium in codicibus Græcis & Latinis, aliter in Hebræis . . . nec malitiæ Judæorum, nec diligentiæ vel prudentiæ septuaginta Interpretum, sed scriptoris tribuatur erroris qui de bibliotheca* Ptolemæi *regis* Ægypti *codicem describendum primus accepit.* Hinc Beda Venerabilis omnino adhæreſcit ad calculos Hebraicos in libro de sex ætatibus. Hinc Claudius ille qui anno ab Incarnatione Domini octingentesimo decimoquarto scripsit *brevem chronicam*, editam à Labbeo tom. 1. Novæ Bibliothecæ, pag. 309. egregiè admodum ait: *Si quis fortè minus Scripturarum divinarum studiis eruditus de hoc opere dubitare tentaverit,*

verit, redeat ad divinos secundum Hebraicam veritatem scriptos libros, & quidquid ibidem invenerit, eos teneat & credat, meque damnare desistat. Neque enim Christianis fas est talem dare auctoritatem hominum chronicis, qualis danda est illis libris, qui Spiritus Sancti sunt auctoritate per prophetas scripti. Et si cujus fortè in hac re obstinata perdurat mentis intentio, eat ad Judæos Ecclesiæ inimicos, & in eorum codicibus Hebræa lingua scriptis annorum summam requirat, & quidquid ibidem invenerit, hoc credat & teneat: quia, ut ait Beatus Augustinus in libro de Civitate Dei XV. ei linguæ potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio. Ubi verò digessit suos calculos, ait de Hebraica veritate: *Ad nos per beatum interpretem Hieronymum pura pervenisse etiam hostibus Judæis in manifesto est.* Ex adverso tenet de *LXX. Interpretum translatione*, quòd *vel minus sollicitè primò edita est, ut multi astruunt, vel à Gentilibus corrupta, ut Beato Augustino videtur.* Stephanus Episcopus Salonitanus Dionysium Exiguum *regulas Ecclesiasticas de Græco transferre impulerat, confusione priscæ translationis offensus*: ut ipse Dionysius scribit epistola ad eundem Stephanum. Eandem ob causam Isidorus Mercator, visa in codicibus Latinis Canonum Ecclesiasticorum varietate, confugit ad opem Græcorum, ex quibus emanaverant. Unde ait præfatione in suam collectionem: *Nobis tamen videtur, cùm in nostro discrepaverint sermone, ut unitas & veritas ab ipsis quærenda sit, quorum lingua edita esse noscuntur.* Nulla sanè est æquior atque prudentior regula. Ut Græcè primùm scripti fuerunt illi Canones, & ideò veritas à Græcis fuit quærenda: ita Hebraicè primùm exarati sunt numeri annorum, de quibus agimus. Quocirca veritas illorum est à textu Hebraico repetenda.

GRÆ. 8. Quantis ex angustiis nos educat ille textus, jam præsentio. Certè enim Græcos chronologos adduxit in summas angustias dissonantia codicum editionis LXX. quibus numquam perfungemur, nisi germana primigenii textus lectio nobis affulgeat. Statim apparet hoc dissidium in annis Adami. Juxta vulgatos editionis hujus codices *vixit Adam triginta & ducentos annos; & genuit ad figuram suam, & ad imaginem suam: & vocavit nomen ejus Seth.* Sibi tamen non constat hęc lectio. Nam juxta vetustum codicem, quem homiliis D. Joannis Chrysostomi super Genesim interseruit Oecolampadius: *Vixit Adam triginta & trecentos annos, & genuit secundum speciem suam, & appellavit nomen ejus Seth.* Idipsum Gręcè perhibent Biblia Aldina, Theophilus patriarcha Antiochenus lib. 3. ad Autolycum, isque antiquitatum Judaicarum Josephi interpolator, cujus manuscriptum exstat in Bibliotheca Vaticana num. 1304. Sicut & in Regia, ad quam appellat altera defensionum textûs Hebraici ab studiosissimo & diligentissimo sacri hujus fontis vindice D. Joanne Martianęo non ita pridem elaborata. In hoc enim manuscripto ita legitur: Ἀδάμῳ μὲν οὖν τριακοστῷ ἤδη καὶ τριακοσιοστῷ ἔτει γεγονότι, παῖς Σῆθος γίνεται. *Adamo igitur, cùm triginta jam & trecentorum annorum esset, filius Sethus natus est.* Inde factum; ut loco bis mille ducentorum quadraginta duorum annorum, quos ab Adamo usque ad diluvium vulgò numerant Gręci, alii colligant annos bis mille trecentos quadraginta duos, ut Joannes Antiochenus in excerptis Constantini à Valesio editis pag. 780. & Suidas in Σίμυχ. At ecce rursùm aliam varietatem in homilia vigesima D. Chrysostomi super Genesim juxta editionem tum Basileensem anni Domini 1525. tum Parisiensem anni 1556. ubi LXX. Interpretum versio fert, quòd *vixit Adam annis centum triginta, & genuit secundum speciem suam, & secundum imaginem suam. Et appellavit nomen ejus Seth. Et fuerunt ejus anni octingenti, & genuit filios & filias. Et facti sunt*

omnes

omnes dies Adam, anni nongenti triginta; & mortuus est. Sic de summa bis mille ducentorum quadraginta & ultra annorum, qui vulgò colliguntur ab Adamo usque ad Diluvium, ut jam dixi, detrahenda esset centuria. Id quod certè fecit vetus apud Clementem Alexandrinum supputatio lib. 1. Stromat. pag. 337. his verbis: *ἀπὸ μὲν Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ συνάγεται ἔτη δισχίλια ἑκατὸν τεσσαρακονταοκτὼ, ἡμέραι τέσσαρες. Ab Adamo quidem usque ad diluvium colliguntur anni bis mille centum quadraginta octo, dies quatuor.* Quin & plusquàm ducenti anni desiderantur in Pseudo-Methodii revelationibus, Græcos alioquin numeros secutis. Ferunt enim, quòd *in expletione secundi millenarii factum est diluvium aquarum.* Quinam sint patriarchę, quorum annos his centenariis auctiores non invenit ille auctor, exploratum non habeo. Fortè pro ducentis & quinque annis *τῆς παιδογονίας*, qui Setho communiter tribuuntur à Græcis, ille legit centum quinque. Ut ut sit, hęc etiam lectio recepta est à custodibus & defensoribus versionis septuaginta, ut ab Ægyptiis qui in sua interpretatione Copto-Arabica manuscriptâ Bibliothecę Vaticanę apponunt notam marginalem de ϹΕ-ΤΤΕ-ΝΡΟΜΠΙ, hoc est, *centum quinque annis*, quos juxta variam & discrepantem lectionem vixit Sethus ante genitum Enosum. Eosdem numeros repræsentant Græci codices manuscripti Antiquitatum Josephi, Vaticanus & Regius, jam appellati, in quibus legitur Sethum genuisse Enosum *κατὰ πέμπτον καὶ ἑκατοστὸν anno quinto & centesimo.* Adhęc Vaticanus idem codex annos Henochi ante natum Mathusalam, sic exprimit: *Μαθουσάλα δὲ Ἐνώχου παῖς κατὰ ἔτος αὐτῷ γεγονὼς πέμπτον καὶ ἑξηκοστόν. Mathusala autem Henochi filius, ipsi natus anno quinto & sexagesimo:* cùm tamen Græca chronologia statuat Henochum genuisse Mathusalam anno ętatis suę centesimo & sexagesimo quinto. De calculis adeò vacillantibus quid possum cogitare, quid judicare, quid credere?

LAT. 9. Non ita vacillat & claudicat Editio Latina Vulgata, constanter in omnibus codicibus nos docens vixisse Adamum *centum triginta annis*, & genuisse Sethum: istum vixisse *centum quinque annis*, & genuisse Enosum. Pari numerorum firmitate describit annos Enosi, Cainani, Malaleelis, Jaredi, & Henochi, quem fert genuisse Mathusalam, cùm vixisset *sexaginta quinque annis.* Cùm reperiantur isti numeri in variantibus lectionibus Græcorum, nec ab illis diversi locum in ullo codicum Editionis Latinę Vulgatę habeant, nullius roboris sunt sine dubio Græci codices refragantes Latinę huic interpretationi.

HEB. 10. Et quomodo essent alicujus ponderis qui tam turbulenter devocantur è suo fonte? Juxta fontem Hebraicum: ויחי אדם שלשים ומאת שנה ויולד בדמותו בצלמו ויקרא את שמו שת: *Et vixit Adam triginta & centum annos, & genuit in similitudine sua, in imagine sua, & vocavit nomen ejus Seth.* ויחי שת חמש שנים ומאת שנה ויולד את אנוש: *Et vixit Seth quinque annos, & centum annos, & genuit Enos.* ויחי אנוש תשעים שנה ויולד את קינן: *Et vixit Enos nonaginta annos, & genuit Cainan.* ויחי קינן שבעים שנה ויולד את מהללאל: *Et vixit Cainan septuaginta annos, & genuit Mahalalel.* ויחי מהללאל חמש שנים וששים שנה ויולד את ירד: *Et vixit Mahalalel quinque annos, & sexaginta annos, & genuit Jared.* ויחי ירד שתים וששים שנה ומאת שנה ויולד את חנוך: *Et vixit Jared duos & sexaginta annos & centum annos, & genuit Hanoch.* ויחי חנוך חמש וששים שנה ויולד את מתושלח: *Et vixit Hanoch quinque & sexaginta annos, & genuit Methuselah.*

GRÆ. 11. Nihil habeo sanè quod opponam his numeris, presertim cùm lectiones concordissimas in medio posuerim. Video etiam Græcos codices ab Hebręis mini-

minimè difcrepare in annis fexti Genearchæ, nempè Jaredi, quem magno confenfu perhibent vixiffe centum & fexaginta duos annos & Henochum genuiffe.

LAT. 12. Neque hîc conqueror de Græcis: nam *in fexta generatione nufquam utrique codices difcrepant*, ait S. Auguftinus lib. 15. de Civitate Dei, cap. 10.

HEB. 13. Uno ergo Hebræorum & Græcorum confenfu defcribuntur anni fextæ generationis, & gemino lumine declaratur eorum veritas in codicibus Editionis Latinæ Vulgatæ expreffà. Ne ullus fit fcrupulus ex Græcarum lectionum varietate in annis aliarum generationum, nempe primæ, fecundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, & feptimæ, de quibus jam dixi: volo vos fcire Samaritanos, quamvis infenfiffimos Hebræis, adhuc habere in fuo textu annos Adami, Sethi, Enofi, Cainani, Malalcelis & Henochi omninò fecundùm textum Judaicum. Eofdem in utroque textu reperimus numeros, eamdem numerorum diftributionem, eamdem fummam. Uterque textus Hebraicus eft. Utriufque confenfio eft apertiffimum planiffimúmque Hebraicæ veritatis argumentum.

GRÆ. 14. Noverat Julius Africanus, noverunt Eufebius & Georgius Syncellus Hebræorum & Samaritanorum calculos his in generationibus convenire; ut patet ex temporum antediluvianorum canone, quem habemus in chronico Græco Eufebiano, & in Syncelli chronographia. At talem non video concentum & confenfum in numeris annorum Jaredi, Mathufalæ & Lamechi ibidem expreffis. Siquidem anni τῆς τεκνογονίας qui ex mente Samaritanorum tribuuntur Jaredo, funt tantùm fexaginta duo: qui tribuuntur Mathufalæ, funt fexaginta feptem: qui tribuuntur Lamecho, funt quinquaginta tres. Varietas in annis Jaredi parùm me movet, quòd in illis defcribendis concordiffimi fint Hebræi & Græci codices. Inde enim potiùs infero corruptos hoc in loco & depravatos effe calculos Samariticos. Sed quam de annis Mathufalæ & Lamechi fententiam feram, nondum fatis conftitui propter varietatem, quam in Græcis codicibus reperio.

HEB. 15. Ut adulteratus eft textus Samaritanus in annis Jaredi, ita vitiatus eft in annis Mathufalæ & Lamechi, nec quicquam poterit ullus codex Græcus contra veritatem textûs Judaici. Juxta illam: ויחי מתושלח שבע ושמונים שנה ומאת שנה ויולד את למך: *Et vixit Metufelah feptem & octoginta annos, & centum annos, & genuit Lamech.* ויחי למך שתים ושמנים שנה ומאת שנה ויולד בן: *& vixit Lamech duos & octoginta annos, & centum annos, & genuit filium*, nempe *Noe*, cujus anno fexcentefimo diluvium factum eft.

GRÆ. 16. Si tritiffimam Græcorum codicum lectionem fpectemus, Mathufala antequàm genuit Lamechum, vixit annos centum fexaginta feptem. Si infpiciamus Biblia Complutenfia & caput quintum Genefeos olim præmiffum libro D. Ambrofii de Noe & Arca, idem non vixerat nifi annos centum fexaginta quinque. Si autem Africano aufcultemus, habebimus lectionem Hebraico textui confonam. Vult enim ille Mathufalam vixiffe centum octoginta feptem annos, & genuiffe Lamechum. Ita ferebant & juxta Chronicon Alexandrinum *accurata Genefeos volumina*. Ita legitur & hodie in pervetufto manufcripto Alexandrino, in Bibliis Aldinis ac Francofordienfibus, in codice Homiliis D. Chryfoftomi fuper Genefim interferto. Eft etiam in Bibliotheca Vaticana vetus Pentateuchi verfio Arabica, profecta ab antiqua verfione Syrâ editionis LXX. Interpretum, in qua legimus: ועאש מתושלח מאיה שנה ושבעה ותמאנין שנה ואולד לאמך: *Et vixit Matufalah centum annos, & feptem*

& octoginta annos, & genuit Lamech. Quod attinet ad annos Lamechi ante natum ipsi Noemum elapsos, video quoque in codicibus Græcis discrepantiam; dum alii centum octoginta & octo annos legunt, quæ est communis & pervagata lectio: alii verò centum & octoginta tantum numerant, ut D. Chrysostomus Homil. XXI. in Genesim, Oecolompadicus codex ipsi adjunctus, & Manuscriptum Oxoniense, quod citat Junius annotationibus in cap. 5. Gen. Non etiam constat inter Græcos de summâ omnium annorum vitæ Lamech. Hanc vulgò faciunt septingentorum quinquaginta trium: sed *septingentis septuaginta tribus* eam ex suis LXX. definiunt Pseudo-Eustatius in Hexameron, & Abulpharagius in Historia Dynastiarum pag. 8.

LAT. 17. Verè levior arundine atque mobilior chronologia Græca à seipsâ discedit, ut nos cogat in Hebraicam veritatem concedere, eamque in Editione Latina Vulgata admirari. *Vixit Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech . . . Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: vocavitque nomen ejus Noe*. Sic Hebraico textui congruit illa editio, sic Hebraicam veritatem exprimit. Exemplaria Græcorum quæ ipsi consonant, sunt sine dubio hâc in re *accurata Geneseos volumina*, ut ea vocavit auctor Chronici Alexandrini jam appellatus. Et sanè S. August. quæst. 2. super Genesim agens de annis Mathusalæ secundum editionem LXX. Interpretum ait eos ita reperiri *in codicibus paucioribus, sed veracioribus*, nempè *Græcis tribus, & uno Latino, & uno etiam Syro inter se consentientibus*, uti testatur lib. 15. de Civit. Dei cap. 13. Si repugnet textus Hebraicus Samaritanorum, nulli tamen ex variantibus lectionibus Græcorum favet; imo nec sibi constat: quandoquidem *ad annos Mathusala* ΞΖ (67) *vice in Samaritico autographo, quod* (inquit Scaliger in notis Eusebianis) *ipsimet nobis communicarunt Samaritani, legimus* ΟΖ (77). Quid quòd olim cum Hebraicis Judæorum rationibus & in Mathusala & in Lamecho convenirent Samaritanorum codices? Novit id S. Hieronymus libro Traditionum Hebraicarum in Genesim, ubi ex Hebræis simul & Samaritanorum libris differens contra numeros codicum Græcorum, prorumpit in hæc verba: *Restat ergo, ut quomodo in plerisque, ita & in hoc sit error in numero. Siquidem & in Hebræis & Samaritanorum libris ita scriptum reperi*: Et vixit Mathusala centum octo-
„ ginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala, postquam
„ genuit Lamech, septingentos octoginta duos annos, & genuit filios & fi-
„ lias; & fuerunt omnes dies Mathusala, anni nongenti sexaginta novem,
„ & mortuus est. Et vixit Lamech centum octoginta duobus annis, & ge-
„ nuit Noe. Insignem hunc locum D. Hieronymi etiam legimus apud Bedam in libro de sex ætatibus, & apud Freculphum Episcopum Lexoviensem tom. 1. Chronic. lib. 1. cap. 16. Non me latet Seldenum Præfatione in Marmora Arundelliana memoriæ lapsum impingere magno Hieronymo, quòd in alios Samaritanorum numeros ante ipsum abjerit Eusebius. Quàm inanis tamen, quàm levis sit hæc Seldeni conjectura, quis non videt? Enodaturus erat Sanctus Doctor *famosam & disputatione omnium Ecclesiarum ventilatam quæstionem* de annis Mathusalæ. Ut omnem in defendenda Hebraica veritate diligentiam adhiberet, impiger in scribendo rem sedulò retulit ad libros non tam Hebræorum quàm Samaritanorum, quos in ejusmodi quæstionibus non leviter, non oscitanter solebat consulere. Potius ergo dicendum erat aliud Eusebium, aliud Hieronymum exemplar Samaritanorum esse nactos.

GRÆ. 18. Enimverò coævus Hieronymo D. Epiphanius Hæresi 55. disertè agnoscit non eadem in numeris fuisse omnia Samaritanorum exemplaria. Quatuor

eorum

eorum sectas idem notat Hær. 10. Tum Hær. 13. agit de illa quæ Dositheum auctorem habuit, hunc scilicet qui juxta Eulogium Patriarcham Alexandrinum apud Photium in Bibliotheca Cod. CCXXX. *Mosaicum octateuchum spuriis scriptis & omni genere mixtis corruptelis, adulteravit.*

LAT. 19. Habuerunt igitur Samaritani varia & discrepantia exemplaria, præsertim in numeris. Si quæ autem in his adulterata & corrupta dicere debeamus, ea erunt sine dubio, quæ ita variant in annis Jaredi, Mathusalæ & Lamechi; ut non modò non congruant cum codicibus Hebraicis, eisque consonantibus Latinis Editionis Vulgatæ, verum etiam cum nullo codicum Græcorum concinant. At contrà illi libri quos appellavit D. Hieronymus, planè cohærebant cum Hebræis, & hâc cohærentiâ Hebraicam veritatem adversus Græcos ipsi dissentaneos demonstrabant. Et quomodo non demonstrassent, cùm ex Græcorum illorum rationibus sequatur Mathusalam quatuordecim annos vixisse post diluvium? Urgent hoc argumentum S. Hieronymus libro Traditionum Hebraicarum in Genesim jam laudato, & S. Augustinus lib. 15. de Civit. Dei, cap. 11. quia *Scriptura ex omnibus qui in terra tunc fuerant, solos octo homines in arca exitium commemorat evasisse diluvii.* Patet id manifestissimè tùm ex capite sexto, septimo & octavo libri Genesis, tum ex capite tertio prioris epistolæ D. Petri v. 20. ubi dicitur de arca: *In qua pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam.*

GRÆ. 20. Vidit hoc argumentum Georgius Syncellus, Græcorum codicum contra Hebræos propugnator & defensor: sed vacillans in utramque partem, modò contendit Mathusalam annos quatuordecim vixisse post diluvium, modò eum anno diluvii sublatum è vivis profitetur, eiusque natale quatuordecim annis in Henochi patris ætate antevertit.

HEB. 21. Quantas perturbationes, quantos æstus habet levis & inconstantis sententiæ propugnatio? Nonne satius erat à Græcis codicibus abscedere, & adire fontes Hebræos? Hic nihil fluctuat, fidem nihil excedit, nullis non concors numeris est sacræ historiæ veritas. Non diffiteor Græcos codices in annis ab ortu Arphaxadi, filii Semi, usque ad ortum Abrahæ, videri tectos præsidio codicum Samariticorum, & inde Hebraicę veritatis impugnatores argumentari de summa accuratione editionis LXX. Interpretum. At propriis eos telis facilè conficiemus. Ætates istorum generarcharum, quę perhibentur cap. XI. libri Genesis, ita in primis describuntur in codicibus Hebręo-Samaritanis, ut non solum dividantur in duas partes, quarum una annos contineat ante filii qui nominatur, ortum elapsos, altera verò complectatur cæteros qui usque ad mortem fluxerunt; verùm etiam revocentur ad unam omnium annorum summam, cum hac clausulâ: *Et mortuus est.* Sic post descriptos annos centum quos ante genitum Arphaxadum vixit Semus, item alios quingentos ad quos ille vitam postmodùm produxit; tertiam quæ annos omnes comprehendat, addunt illi codices hanc supputationem: *Et fuerunt omnes dies Sem, sexcenti anni, & mortuus est.* Eâdem methodo cæterorum qui sequuntur usque ad Abraham, annos exponunt. Est quidem mos scripturarum, si patrum antediluvianorum ætates attendamus, ut addatur in singulis tertia supputatio, quæ unam in summam cogat annos eorum ante & post genitum filium elapsos, ac præterea de quolibet dicatur: וימות *Et mortuus est.* Sed in illis quorum ætates post diluvium recensentur, non amplius ponitur ejusmodi tertia supputatio, ejusmodi de morte clausula: & tam Hebræorum, quàm Latinorum, quàm Græcorum, quàm aliorum omnium exemplaria consensu miro conspirant contra codices Samariticos; quos proinde

Digitized by Google

vanissimos in descriptione ætatum patrum postdiluvianorum, & temerario interpolatoris ausu vitiatos habeamus, necesse est.

GRÆ. 22. Jam dixi ex S. Epiphanio non unam fuisse in annorum numeris codicum Samariticorum lectionem. Hæc autem varietas locum maximè habuit in annis patriarcharum qui post Semum fuerunt. De Melchisedecho scribit Sanctus ille Doctor: Σαμαρεῖται τῦτον ὑπολαμβάνειν εἶναι τὸν Σήμ. *Samaritani ipsum putant esse Sem*. Confligit contra hanc sententiam, quòd reperiat *ab ortu Sem ad Abrahami tempus, quo Melchisedecho obviam venit, colligi summam annorum MCXXX.* dum sexcentis tantùm annis constat vixisse Sem. Et quidem in hanc summam concedunt numeri Samaritici descripti ab Eusebio & Georgio Syncello, concedit & hodie Pentateuchus Hebræo-Samaritanus. Verùm mox repugnat aliorum exemplarium supputatio quam idem Epiphanius subjicit. *Caterum*, inquit, *ex aliorum exemplarium supputatione, ab ortu Sem ad illud tempus quo Abrahamo Melchisedecus occurrit, id quod octuagesimo vel nonagesimo vitæ illius anno contigit, consurgunt* XKH. ἔτη πλείω ἢ ἐλάσσω *anni plus minus DCXXVIII.* Remittuntur de præcedenti summa anni plusquàm quingenti.

LAT. 23. Crediderim & alia fuisse Samaritanorum exemplaria quæ etiam referebant minorem annorum summam, qualem scilicet reperimus in Hebræis codicibus & Latinis Editionis Vulgatæ. Nam minorem postulabat memorata de Melchisedecho sententia non tam Samaritanorum quàm Hebræorum, ad quorum calculos eam revocat D. Hieronymus epist. CXXVI. ad Evagrium, & lib. Traditionum Hebraicarum in Genesim. Ex quo licet inferre priscos Samaritanos eundem à Semo usque ad Abrahamum legisse numerum annorum, quem Hebræi habent in suis codicibus; atque adeò Hebræos & Samaritanos concordasse in ætatibus & antediluvianorum & postdiluvianorum patriarcharum describendis. *Rabbi filius Enathinam* qui in antiqua de Melchisedeco opinione hâc fuit, laudatur ab Hieronymo à S. fide lib. I. contra Judæos cap. 9. An vera, an falsa sit hæc sententia, hîc non inquiro. Id mihi sufficit in præsenti eam cohærere non posse nisi cum chronologia Hebraica, & hodiernos Samaritanorum codices esse adulteratos in his numeris, in quibus ipsi non consentiunt.

HEB. 24. Quid quòd tantum obsitent illi codices, quantum proficiunt his chronologis, qui majorem inde manum sibi accersisse putarunt, ut germanos Hebræorum numeros è medio tollerent? Si enim decretorius sic fuerit Pentateuchus Samariticus in numero annorum quem exhibet ante natales posterorum Semi, stirpis quæ ducit ad Abraham: quidni etiam decretorius erit in descriptione annorum subsequentium eosdem natales? At tantum abest ut his in annis illis faveat, ut è contrario magnum ipsis dissidium paret, vixque aversos ab Hebraica veritate sæpè offendat Græcos codices. Conducit maximè comprobationi hujus veritatis singulorum patriarcharum qui inter Semum & Abrahamum fuerunt, ætates perpendere.

GRÆ. 25. Cum summa voluntate inquiram in singulas. Hæreo tamen, & quò me vertam vix habeo. Georgius Syncellus pag. 115. notat *exemplaria nonulla, ut & Eusebii scripta, quæ post Sala natum Arphaxad annis 403. inter vivos egisse referunt.* In alios numeros abeunt alia exemplaria, juxta quæ Cainan loco Salæ ponitur. Vaticana editio Græca legit ἔτη τετρακόσια, *annos quadringentos*, Latina *annos trecentum*. Obversâ lectione S. August. quæst. 25. in Gen. Latinè repererat *annos CCCC.* Græcè *annos CCC.* Editio Complutensis & MS. Alexandrinum, quibus consonat Adonis chronicon, & Oecolampadii codex, legunt ἔτη τετρακόσια τριάκοντα, *annos quadringentos triginta.* Aldina & Francofordiensis, quibus concordat Copto-Arabica manuscripta, unà cum chronico Alexan-

xandrino & Abulpharagio, habent *ἔτη τριακόσια τριάκοντα annos trecentos triginta.* Codex verò & Oxoniensis & Cottinianus, ut Junius notat, præfert *ἔτη διακόσια annos ducentos.*

HEB. 26. Sex variantes lectiones codicum Græcorum hîc video; nullam earum invenio, quæ examussim respondeat Pentateucho Samaritanorum, juxta quem vixit Arphaxad trecentos & tres annos, postquàm genuit Sela. At juxta textum Hebraicum: ויחי ארפכשד אחרי הולידו את שלח שלש שנים וארבע מאות שנה: *& vixit Arpacsad, postquam genuit Selah, tres annos & quadringentos annos.* Hæc est ipsissima lectio Eusebii. & exemplarium nonnullorum editionis LXX. quæ, uti jam accepimus à Georgio Syncello, *post Sala natum Arphaxad annis 403. inter vivos egisse referunt.*

LAT. 27. Exemplaria hæc rejiciebant Cainanum illum, de quo famosissima constituta est quæstio, num fictitius sit. Et quidem hunc in suis Septuaginta præter Eusebium non invenerunt Theophilus Antiochenus, Julius Africanus, Origenes, D. Hieronymus, Procopius Gazæus, aliique benè multi, quos passim observant, qui de insititio hoc genearcha accuratè disserunt, maximè Petrus Possinus, Usserius & Grotius. Idem Cainan non apparet in tribus locis Editionis Latinæ Vulgatæ; primò in capite decimo libri Genesis *v.* 24. ubi dicitur; *At verò Arphaxad genuit Sale.* Secundò in capite undecimo ejusdem libri *v.* 12. ubi exprimitur tempus quo *Arphaxad genuit Sale.* Tertiò in capite primo libri primi Paralipomenon, ubi pariter legitur: *Arphaxad autem genuit Sale.* Scio Cainanum reperiri Luc. III. 36. At nullus dubito cum gravissimis Editionis Latinæ Vulgatæ assertoribus Cornelio à Lapide, Dionysio Petavio, Petro Possino & Natali Alexandro, quin is irrepserit hunc in locum, quippe quem suis septuaginta depravatis aptare studuerint quidam Christiani. Nam S. Irenæus lib. 3. contra Hæreses cap. 33. ubi genealogiam Christi ex Evangelista Luca memorat, numerum exhibet genearcharum, qui Cainanum hunc minimè patitur. Eundem in hac genealogia non invenit Josephus, vetus scriptor Christianus, ut notum est ex ejus Hypomnestico. Extat & hodie vetustissimus codex manuscriptus Evangeliorum Græco-Latinus in publica Cantabrigiensis Academiæ Bibliotheca, qui tam in Græco textu quàm Latino Cainanum illum non habet. Alium codicem manuscriptum in hoc idem argumentum adducit Grotius.

GRÆ. 28. Id mihi magno momento est, quòd etiamnum extent vetustissima Lucæ exemplaria, quæ dictum Cainanum desugerunt, quódque vetustissimi patres eum in suis exemplaribus nacti non sint. Editio verò LXX. præterquàm quòd destituitur præsidio textûs Samaritani, locum nullum habet, in quo non varient ejus codices. Primus locus habetur cap. 10. libri Genesis, v. 24. ubi interpretatio Copto-Arabica fert expressè, quod ⲀⲢⲪⲀⲜⲀⲆ ⲀϤϪⲪⲈ ⲤⲀⲖⲀ. ארפחשד אולד שאלח *Arphaxad genuit Sala.* Si in eodem capite v. 22. reperiatur *Cainan*, non tamen ut filius, sed ut frater Arphaxadi, quod ad aliam quæstionem pertinet: additur ad marginem hæc nota Arabica: קינאן הדא אליש פי אלערמי *Cainan iste non est in Syro.* Secundus locus extat cap. 11. ejusdem libri, in quo illum non habebant exemplaria nonnulla, quæ ex Georgio Syncello jam retuli, ut & illa quæ Theophilus Antiochenus, Julius Africanus, & Eusebius consuluerunt. Tertius & ultimus locus spectat ad caput primum libri primi Paralipomenon, ubi pariter Cainan non legitur secundum editionem Græco-Latinam & Romanam & Parisiensem. Sed transeamus ad annos quos vixit Sala seu Sale, postquam genuit Heber. Eusebius apud Georgium Syncellum ait *juxta septuaginta interpretationem*, quòd *Sala vixit superstes annis 403. usque ad septimum annum Seruch.* Annos 403. lego pro 406. qui ibi mendosè exarantur:

Q 3

Digitized by Google

rantur: quia Sala non sic vixisset usque ad septimum annum Seruch, ut vult Eusebius, sed usque ad decimum, uti constat ex ejus calculis. Eusebianam lectionem confirmant excerpta chronologica præfixa chronographiæ Joannis Malalæ. At dissentiunt plures codices legentes *ἔτη τριακόσια τριάκοντα annos trecentos triginta*. Dissentit interpretatio Copto-Arabica habens ⲧⲓⲛⲣⲟⲙⲡⲓ תלת מאיה שנה *trecentos annos*. Dissentit & Chronicon Alexandrinum pugnans pro annis CCCL.

HEB. 29. Ex his quatuor lectionibus nulla cohæret cum codicibus Samaritanis, juxta quos Sela *vixit, postquam genuit Hebrum, trecentis & tribus annis*. At prima quæ est Eusebii, consentit apertissimè cum his textûs Hebraici: ויחי שלח אחרי הולידו את עבר שלש שנים וארבע מאות שנה׃ *Et vixit Selah, postquam genuit Heber: tres annos & quadringentos annos.*

GRÆ. 30. Non sine magnâ admiratione ita deflexas à Pentateucho Samaritano lectiones codicum Græcorum intueor: ut nullam hactenùs protulerim quæ ipsi vel fortuitò consonet. E contrà video semper aliquam lectionem cohærentem cum textu Hebraico. Ad reliqua pergamus. Græci codices Vaticanus, Oxoniensis, & Cottinianus, quibus succinit interpretatio Copto-Arabica, succinunt & lectiones Bedæ, Adonis, Chronici Alexandrini & Georgii Syncelli, tribuunt Hebero, postquam genuit Phaleg, ducentos & septuaginta annos. Repugnant tamen editiones Aldina, Francofordiensis, & Complutensis, quæ unà cum MS. Alexandrino, & Oecolampadii codice perhibent *ἔτη τριακόσια ἑβδομήκοντα annos trecentos septuaginta*. Reluctatur etiam Eusebius in suis septuaginta à Georgio Syncello expressis, ex quibus, nato Phaleg, *Heberus vixit superstes annis* 430.

HEB. 31. Rursus Eusebiana lectio sapit veritatem Hebraicam: ויחי עבר אחרי הולידו פלג שלשים שנה וארבע מאות שנה׃ *& vixit Heber, postquam genuit Phaleg, triginta annos, & quadringentos annos*. Fateor esse lectionem Græcam inter illas, quas jam audivi, cui faveat Pentateuchus Samariticus; cùm juxta eum vixerit Heber, *postquam genuit Phaleg, ducentis septuaginta annis*. Sed fallax & inanis est consensio tam fortuita; nec editionem LXX. invenit vacuam à lectione concordissimâ fontibus Hebræis.

GRÆ. 32. Quo casu factum sit, ut aversa ab his fontibus lectio Græca consliterit cum textu Samaritano, superfluum esset quærere, quando videmus aliam lectionem redolere eosdem fontes. Sequitur Phalegi ætas post natum ei Ragau sive Reu. Receptissima codicum Græcorum lectio eam definit ducentis novem annis, non sine discrepantia translationis Copto-Arabicæ, in qua reperio ⲥⲟ ⲓⲛⲣⲟⲙⲡⲓ. מאיתין ושבעין שנה *ducentos & septuaginta annos*.

HEB. 33. Ab nullâ hâc lectione stat textus Samaritanus, secundum quem Phaleg *vixit, postquam genuit Ragau, centum & novem annis*. Sed priorem, quæ receptissima est, firmat ad hunc modum textus Hebraicus: ויחי פלג אחרי הולידו את רעו תשע שנים ומאתים שנה׃ *Et vixit Phaleg, postquam genuit Reu, novem annos & ducentos annos*. An in aliquo subsequentium patriarcharum Græci vel Græcorum sequaces accedent ad rationes Samariticas? Juxta eas vixit *Ragau, postquam genuit Sarug, centum & septem annis . . . Vixit autem Sarug, postquam genuit Nachor, centum annis . . . Vixit autem Nachor, postquam genuit Thare, sexaginta novem annis*.

GRÆ. 34. Ejusmodi numeros minimè sonant codices Græci, magno in primis consensu ferunt Ragau vixisse post genitum Seruch annos ducentos & septem, Seruch autem ducentos post genitum Nachor. Neque hic dissona est Copto-Arabica interpretatio. In annis quos vixit Nachor post genitum Tharam,

est

Digitized by Google

est ingens codicum dissimilitudo. Sed nullus respondet lectioni Samariticæ. Eusebius apud Georgium Syncellum pag. 87. ait *juxta Septuaginta interpretationem* quòd Nachor, nato Tharâ, *vixit superstes annis* 119. Copto-Arabicus Pentateuchus legit PK ANPOMΠI. :מאיה ועשרין שנה *centum & viginti annos*. Editiones Romana & Complutensis, habent unâ cum Oecolampadii codice ἔτη ἑκατὸν εἰκοσιπέντε *annos centum viginti quinque*. Ἔτη ἑκατὸν εἰκοσιεννέα *anni centum viginti novem* notantur in MS. Alexandrino, ac editionibus Aldinâ & Francofordiensi, quibus Beda & Chronicon Alexandrinum accedunt. Denique secundum Adonem *centum triginta novem* annos hìc *ponunt Septuaginta*. En in annis unius Nachor lectiones quinque dissonas, à quibus omnibus dissentiunt codices Samaritani.

HEB. 35. Non ita se à Græcis abstrahit textus Hebraicus. Primò ipsis pondus affert & in Reu & in Serug. ויחי רעו אחרי הולידו את שרוג שבע שנים ומאתים שנה ויחי שרוג אחרי הולידו את נחור מאתים שנה: *Et vixit Reu, postquàm genuit Serug, septem annos & ducentos annos . . . Et vixit Serug, postquam genuit Nachor, ducentos annos*. Secundò planum facit in Nachor lectionem Eusebii esse cæteris præferendam, quippe cujus auctoritatem sic comprobat: ויחי נחור אחרי הולידו את תרח תשע עשרה שנה ומאת שנה: *Et vixit Nachor, postquam genuit Tareh, novemdecim annos, & centum annos.*

LAT. 36. Ambiguitatem lectionum & codicum Editionis LXX. solidissimè sublatam video: nec dubito de tenuitate rationum Samariticarum, quæ repugnant Hebraicis, clarè lucentibus in Editione Latina Vulgata. Directò quidem id non pertinet ad annos, quos vocant chronologicos, eos videlicet, qui natalitia præcesserunt. Potest tamen & pro illis premi argumentum non solum ab tantâ Pentateuchi Samaritani infirmatione, quæ illum Græcis chronologis irritum nullúmque facit; verum etiam ab receptis in eodem Pentateucho annorum dinumerationibus. Secundùm hunc Pentateuchum fuerunt omnes dies Arphaxad quadringenti & triginta octo anni; quot etiam colliguntur in textu Hebraico, juxta quem Arphaxad vixit ante genitum Sale triginta quinque annis, & post genitum quadringentis tribus: nisi quòd librariorum incuriâ factum est, ut pro his quadringentis tribus trecentos tres legant Latini. Hostes veritatis Hebraicæ, qui argumentantur à Pentateucho Samaritano, non possunt carpere hanc summam annorum; cùm in eam conspirent Samaritani & Hebræi. Iidem editionis LXX. defensores nullum habent ex exemplaribus jam notatis, quod cum numeris Samariticis cohæreat in annis quos Arphaxad vixit post genitum Sale: habent tamen aliqua, in quibus reperiuntur numeri quos legimus in textu Hebraico, nempe anni quadringenti & tres, quos proinde repudiare non possunt. Atqui annis quadringentis & tribus detractis de quadringentis & triginta octo totius vitæ Arphaxad, reliqui anni qui natalem Sale præcelserint, sunt tantùm triginta quinque. Stat ergo contra Græcos veritas Hebraica nos docens unà cum interprete Latino Vulgato vixisse Arphaxad *annis triginta quinque*, & genuisse Sale. Valet idem argumentum in annis Sale, Phaleg, Reu, Sarug & Nachor. Nam Samaritani conveniunt cum Hebræis definientibus ætatem Sale annis quadringentis triginta tribus, ætatem & Phaleg & Reu annis ducentis triginta novem, ætatem Sarug annis ducentis triginta, ætatem Nachor annis centum quadraginta octo. Atqui tradentibus Hebræis ex suo textu & Latinis ex sua editione vulgata, Sale vixisse post genitum Heber *quadringentis tribus annis*, Phaleg vixisse post genitum Reu *ducentis novem annis*, Reu vixisse post genitum Sarug *ducentis septem annis*, Sarug vixisse post genitum Nachor *ducentis annis*, Nachor vixisse post genitum Thare *centum decem & novem*

novem annis, fidem dextrámque porrigunt Græci in lectionibus & codicibus jam observatis. Quomodo ergo qui propugnant pro his codicibus, impugnabunt ex textu Samaritano veritatem Hebraicam primò de *triginta annis*, quos vixit Sale ante genitum Heber: secundò de *triginta annis*, quos vixit Phaleg ante genitum Reu: tertiò de *triginta duobus annis*, quos vixit Reu ante genitum Sarug: quartò de *triginta annis*, quos vixit Sarug ante genitum Nachor: quintò de *viginti novem annis*, quos vixit Nachor ante genitum Thare? Est unus Heber, in cujus ætate summatim describenda Samariticæ rationes absunt ab Hebraicis: quandoquidem istæ inferunt summam quadringentorum sexaginta quatuor annorum, illæ quadringentorum & quatuor. Sed *unus vir*, *nullus vir*, ut dici solet: & eò magis quòd extat lectio Græca quæ in annis hujus patriarchæ post genitum Sale elapsis longè à textu Samaritico abhorret, ut consonet textui Hebraico.

GRÆ. 37. Vi tanti argumenti cogor de omnibus concedere. Præterea tantam varietatem secum invehit chronologia Græca, ut eam tutò propugnandi ratio prorsùs nulla suppetat. Primùm pro centum triginta quinque annis τὺς τετ͂γοίκς, quos Arphaxado tribuit, Julianus Toletanus lib.3. contra Judæos ponit *centum triginta*. Secundò pro centum triginta annis quos adscribit Salæ, Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus numerat ΡΛΓ. CXXXIII. Tertiò pro centum triginta quatuor Heberi non solùm idem ponit adhuc annos ΡΛΓ. CXXXIII. sed etiam Abulpharagius in sua dynastiarum historia pag.11.ubi ait, quòd ipsi *Eber natus est Phaleg*, *cùm esset secundum sententiam septuaginta centum triginta trium annorum*. At Jornandes lib. de regnorum ac temporum successione, & Julianus Toletanus legunt *centum triginta*. Maximus verò ΡΛΒ. CXXXII. in suo computo Ecclesiastico. Quartò pro centum triginta Phaleg Editio Complutensis & codex Oecolampadicus habent *ἑκατὸν τριάκοντα τέσσαρα centum triginta quatuor*: & Nicephorus ΡΛΓ. CXXXIII. Quintò pro centum triginta duobus Reu idem Nicephorus numerat ΡΛΕ. CXXXV. Sextò pro centum triginta Sarug Excerpta Barbaro-Latina Thesauri temporum Scaligerani reponunt *centum triginta duos*: & Nicephorus ΡΛΗ. CXXXVIII Demùm pro septuaginta novem Nachor Vaticanus codex, Oecolampadicus, & Editio Complutensis scribunt *ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἐννέα centum septuaginta novem*: Maximus ΣΟ. CCLXX. Codex Oxoniensis *ἑκατὸν καὶ ἐννέα centum & novem*: Theophilus Antiochenus ΟΕ.LXXV. Pro hac Theophili lectione stat etiam versio Copto-Arabica.

38. Jam si oculos conjiciamus in generales temporum supputationes, quas Græci hauseruut ex suis LXX. rem in ea obscuritate & dubitatione reperio, ut nihil certi valeam pronunciare. *Ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως Ἀβραὰμ ἔτη εἰσὶν ΩϞΓ. ἀπὸ δὲ τῆς πυργοποιΐας, ἔτη εἰσὶ ΦΚΓ . . . εἰσὶν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τοῦ Ἀβραὰμ, ἔτη ΓΨΜΕ. A diluvio usque ad Abraham anni sunt DCCCXCIII. A Turris constructione anni DXXIII. Ab Adamo verò usque ad Abraham anni sunt MMMDCCXLV.* ut habetur in chronographia Joannis Malalæ pag. 70. Dum tamen Eusebius, aliique Eusebium secuti calculum instituunt annorum MMMCLXXXIV. ab Adamo usque ad Abraham: DCCCCXLII. à Diluvio: DXLI. à constructione turris Babelicæ. Joannes Antiochenus in collectaneis Constantini Porphyrogenneti Filii editis à Valesio, consonat quidem Malalæ in annis ab Adamo ad Abrahamum elapsis: sed numerat *à diluvio annos MCCCCIII.* Par annorum dinumeratio extat apud Suidam in Σερούχ. Præterea in Eusebiano LXX. Interpretum calculo numerantur ab Adamo usque ad Phaleg anni MMDCXLIII. At in Antiocheno, quem in Christi Natalem describit Hesychius, *συνάγεται ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Φαλὲκ γοῦ ΣΧΜΘ ἔτη*

ἔτη Γ. *colliguntur ab Adam usque ad Phalec filium Heber anni MMM.* Hunc Hesychii locum etiam legimus in quæstionibus theologicis Anastasii, quæst. 92. Eumdem è Manuscripto Regio illustrat Sylburgius annotationibus in Clementem Alexandrinum, ad pag. 339. Item Humfredus Hodius ex Bibliothecæ Bodleianæ membranaceo manuscripto doctissimis in Malalam prolegomenis. Eôdem spectat & Suidas in Φαλὲκ: Ἀπὸ γὰρ Ἀδὰμ, inquit, μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ Νῶε, ἔτη ΒΣΜΒ. ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἕως τοῦ Φάλεκ, ἔτη ΨΝΗ. ὡς γίνεσθαι ἔτη, Γ. *Nam ab Adam usque ad diluvium Noeticum anni MMCCXLII. à diluvio verò usque ad Phalec anni DCCLVIII. Sic fiunt anni ter mille.* Idem Suidas in Ἀδὰμ abit in alios numeros, colligens ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τῆς πυργοποιΐας ἔτη ΦΚΕ. *à diluvio usque ad turris ædificationem*, sive usque ad Phaleg, *annos DXXV.* Totidem colligit Jornandes, item Chronicon syntagmà quod Emmanuel à Schelstrate edidit in appendice ad opus chronologicum pag. 517. Differt tamen hoc syntagma in annis ab ædificatione turris usque ad nativitatem Abrahæ, quos numerat quingentos triginta, Suidas verò quadringentos viginti quinque: dum Eusebius exhibet à diluvio usque ad ortum Phaleg annos quadringentos & unum, & ab ortu Phaleg usque ad ortum Abrahæ annos quingentos quadraginta & unum: dum in chronico Hippolyti Thebani apud laudatum Schelstratium pag. 510. notantur à diluvio usque ad Abraham ἔτη ΑΡΟ. *anni MCLXX.* vel ἔτη ΑΣΟ *anni MCCLXX.* ut Canisius legerat, primus ejusdem chronici editor. Piget annotare alias varietates, quibus huc atque illuc jactatur editio Septuaginta interpretum.

LAT. 39. Satis superque habemus, quod nobis indicasti, ut intelligamus hanc editionem fluctuare totam in numeris, quibus Hebraica veritas repugnat. Sed discrepantia unius computi Antiocheni plus etiam satis. Quis, velim, est tam excors, quem non moveat differentia annorum quingentorum sexaginta & unius, quibus computus ille superat Eusebianum? Jamne mirum Græcos rivulos longè à fontibus Hebræis abesse, cùm illos videmus à seipsis tantùm discedere? Nusquam verius in hoc numerorum literarúmque numeralium dissidio, quàm quod in veteri Carthaginiensium proverbio fuit: *Gamma Betam, & rursùs Beta Gammam persequitur.* Ultrò citróque abeuntibus computis, alius labefactat & rescindit alium: fallacia unius fallaciam alterius trudit. Sic inanes faciunt impetus in textum Hebraicum & expressam ejus imaginem Editionem Latinam Vulgatam, qui enituntur omni studio ad quærendum in exemplaribus Editionis septuaginta veram chronologiam.

HEB. 40. At illi textus Hebraici desertores trahunt Josephum ad suas partes, ut auctoritate vetustissimi exemplaris, quo ille usus est, ostendant corruptum esse textum hodiernum. Puto tamen eos frustrà laborem suscipere.

GRÆ. 41. Legimus quidem apud Josephum numeros qui favent Editioni LXX. nempè lib. 1. Antiquit. Judaic. cap. 4. & 7. ubi ferè describuntur anni Genearcharum, prout eos in codicibus hujus editionis reperimus. Sed quos inde triumphos agant, qui in textum Hebraicum adversantur, nullos video. Primò summa annorum ab Adamo usque ad diluvium, quæ ibi legitur fuisse ἐτῶν δισχιλίων ἑξακοσίων πεντήκοντα ἕξ, *annorum bis mille sexcentorum quinquaginta sex*, non congruit cum annis expansis. Si quid autem sit his in numeris emendandum non ex mera conjectura, sed ex vetusto Josephi epitomatore, qui Græcè extat in Bibliotheca Vaticana num. 984. id erit vox δισχιλίων *bis mille*, pro qua legendum χιλίων *mille*: cùm ille scribat de diluvio; συνέβη δὲ τοῦτο τὸ πάθος, κατὰ τὸ χιλιοστὸν πεντηκοστὸν ἕκτον

ἔτος

Digitized by Google

ἔτει ἀπὸ Ἀδάμ. *Incurrit autem hæc vastitas in annum ab Adamo millesimum quinquagesimum sextum*, intelligo supra *sexcentesimum* vitæ Noe, quo, nemine refragante diluvium contigit. Secundò emendationem hanc confirmat Josephus ipse lib. 8. Antiquit. cap. 2. ubi tam in editis, quàm manuscriptis, ac laudatâ epitome Vaticanâ, ait Salomonem, jecisse prima templi fundamenta, ἀπὸ τῆς ἐπομβρίας μετὰ ἔτη χίλια καὶ τετρακόσια καὶ τεσσαράκοντα *post annos à diluvio mille quadringentos & quadraginta*. Tum calculos ultra diluvium producens usque ad Adamum, inde colligit ἔτη τρισχίλια καὶ ἑκατὸν καὶ δύο. *annos ter mille centum & duos*. Facile fuit huic auctori rotundè numerare annos à diluvio mille quadringentos & quadraginta pro mille quadringentis & quadraginta sex, qui detracti de ter mille centum & duobus relinquunt summam annorum ab Adamo usque ad diluvium mille sexcentorum quinquaginta sex. Tertiò idem scriptor lib. 1. Antiq. cap. 7. ait de Abrahamo: ὃς δέκατος μὲν ἦν ἀπὸ Νώχου, δευτέρῳ δ' ἔτει καὶ ἐνενηκοστῷ πρὸς διακοσίοις μετὰ τὴν ἐπομβρίαν ἐγένετο. *Qui decimus quidem est à Noacho: secundo autem anno & nonagesimo supra ducentos post diluvium natus*. Notissima & testatissima est ista lectio: cùm in eam conspirent omnes codices editi & manuscripti, sive Latini sive Græci. Ex duobus Græcis quos asservat Bibliotheca Vaticana, alium num. 984. alium num. 1304. prior id planum facit fol. 5. & posterior fol. 13. Adhæc Joannes Zonaras qui à sexcentis circiter annis redegit in compendium libros Antiquitatum Judaicarum Josephi, idem prodit lib. 1. Annalium. Nec suspectum sollicitúmque est hoc Zonaræ testimonium. Is enim, ut ceteri Græci, fidem adjungebat excerptis ex editione LXX. Interpretum numeris. Quartò idem Zonaras eodem libro primo Annalium describens historiam eversionis templi rursus exhibet Josephi numeros, qui redolent textum Hebraicum hodiernum juxta ea quę scriptor ille notavit lib. 10. Antiq. cap. 11. Zonaræ consonat etiam anonymus, cujus epitomen manuscriptam jam commemoravi. Observo tamen hoc in loco pręcipitantiam Josephi in colligendis suis numeris. Dicens de tempore quod effluxit à diluvio usque ad templi vastationem factam à Chaldęis: χρόνος δὲ ὁ πᾶς ἐτῶν χιλίων ἐνακοσίων πεντήκοντα, μηνῶν ἕξ, ἡμερῶν δέκα: *omne tempus erat annorum mille nongentorum quinquaginta, mensium sex, dierum decem*: posuit nongentos pro octingentis, ut ex aliis ejus calculis manifestum est. Prętereà anonymus epitomator & Zonaras legunt pro πεντήκοντα *quinquaginta*, πεντηκονταεπτὰ *quinquaginta septem*: quod & rationes Josephi postulant. Ita cùm juxta hunc auctorem numerentur ab Adamo usque ad Chaldaicam vastationem templi ἔτη τρισχίλια πεντακόσια δεκατρία, μῆνες ἕξ, ἡμέραι δέκα. *anni ter mille quingenti tredecim, menses sex, dies decem*: inde subductis annis à diluvio mille octingentis quinquaginta septem, mensibus sex, ac decem diebus, restat ut ab Adamo usque ad diluvium fluxerint anni mille sexcenti quinquaginta sex. Quintò hecatontades annorum, quas in editis Josephi legimus accommodatè ad vulgatos versionis LXX. Interpretum codices, vacillant in manuscriptis. Si enim reperiamus in editis Sethum genuisse Enosum κατὰ ἔτος πέμπτον καὶ διακοσιοστὸν *anno quinto & ducentesimo*: legimus in manuscriptis κατὰ ἔτος πέμπτον καὶ ἑκατοστὸν *anno quinto & centesimo*. Si secundùm edita Henochus genuerit Mathusalem κατὰ ἔτος πέμπτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν *anno quinto & sexagesimo & centesimo*: secundùm manuscripta id evenit κατὰ ἔτος πέμπτον καὶ ἑξηκοστὸν *anno quinto & sexagesimo*.

LAT. 42. Jure optimo nuncium ejusmodi hecatontadibus remittemus. Id nos docet editio Basileensis Antiquitatum Judaicarum ejusdem Josephi ad vetera exemplaria Latina recognitarum, quę anno Domini 1534. in lucem prodiit. Habet

enim

enim aptiffimè ad textum Hebraicum, quòd *Seth centefimo & quinto anno genuit Enos*; quòd Enos genuit Cainam *anno nonagefimo*: quòd Caina genuit Mahelaleel, *cùm effet annorum feptuaginta*: quòd Mathufala genuit Lamech, *cùm effet annorum octoginta feptem & centum*; quòd Noe *de Lamech natus eft agente annum ætatis fecundum & octogefimum & centefimum*. Rursùs eadem editio non novit has hecatontades, quibus anni chronologici patriarcharum ab Arphaxado Semi filio ufque ad Thare patrem Abrahę auctiores funt in codicibus & Samariticis & Grçcis. Quanti ponderis fit vetus interpretatio Latina Antiquitatum Jofephi, quivis intelligit attendens eam emanafse ex Grçcis codicibus ante mille & centum annos exaratis. Jufsu enim Caffiodori facta eft. *Jofephus pene fecundus Livius*, (inquit ille lib. Divin. lect. cap. 17.) *in libris Antiquitatum Judaicarum latè diffufus, quem pater Hieronymus fcribens ad Lucinum Beticum, propter magnitudinem prolixi operis, à fe perhibet non potuiffe transferri. Hunc tamen ab amicis noftris, qui eft fubtiliffimus & multiplex, magno labore in libris viginti duobus converti fecimus in Latinum*. De Jofephi depravatione fufpecti efse non pofsunt Caffiodoriani ejus interpretes; quafi voluifsent eum aptare numeris textûs Hebraici, antelatis à Caffiodoro numeris Editionis LXX. Tenebatur contrà Caffiodorus numeris iftius editionis, ut patet ex ejus chronico. Sed neque fufpecta funt de aliqua interpolatione à Grçcis factâ, quę confona textui Hebraico funt in Grçcis Jofephi codicibus. Imo potiùs fufpecta funt, quę in ejufmodi codicibus reperiuntur difsona ab illo textu. Quis enim non videat Grçcos libelliones codicum fuorum numeris potiùs aptafse Jofephianos, quàm numeris codicum Hebræorum, quos ipfi non habebant in ufu? Cùm ergo expreffam in illis veritatem Hebraicam invenimus, ea potiùs tenenda nobis eft, & difsonantibus ab illa numeris prçferenda. Nec mirum Grçcos depravatores adfcriptos fingulis genearchis numeros annorum convenienter fuis calculis interpolafse, non tamen eò revocafse generales illorum fummas. De his videlicet tantoperè non curabant, mendofas eas pravâ fingulorum emendatione fuggefturi. Non enim qui ad fraudem callidi funt, tantum audent, quantum excogitant; & quorum eminet audacia, imprudentia fępè non deficit. Capere non pofsunt chronologię Grçcæ fautores Noachum fuifse in vivis tempore Abrahami, & Semum Abrahamo fupervixifse, prout nos docet calculus Hebraicus. Sed quare id non capiant, nec ego capio. Ortum traxerant Noachus & Semus, antequàm diluvium orbem infecifset; ideóque erant vegetiore corporis habitu, integriore valetudine, ętate valentiore. Hinc etiam Arphaxad filius Sem, Sale filius Arphaxad, Heber filius Sale, paternarum virium plus pofteris participes longè diuturniorem ętatem egerunt. Singulariter in hoc eluxit divina providentia, ut magis ac magis vigeret traditio ceu unicum illo ævo fundamentum religionis, ante divifionem gentium Noachidis afflatę. Sic enim facrę illius antiquitates oculatorum teftium verbis mandabantur; fic idoneo teftimonio accipiebantur à pofteris. Unde Moyfes, qui res facras divinis literis primus confignavit, eò populum Ifraeliticum vocat, dicens Deuteron. XXXII. 7. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes fingulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, majores tuos, & dicent tibi. Quando dividebat altiffimus gentes, quando feparabat filios Adam, conftituit terminos populorum juxta numerum filiorum Ifrael.*


Digitized by Google

Imprimatur, si videbitur.

Nicolaus Collius Vicarius Generalis.

Imprimatur,

Alexander Mazzinellius Reverendissimi Patris Magistri S. A. P. Vicarius.



INDEX PRIMUS.

LOCORUM SCRPTURÆ SACRÆ

Qui in Triduana concertatione, & dissertationibus

CITANTUR, ILLUSTRANTUR, EXPLICANTUR.

D. Dissertationem, T. Triduanam, Di. Dialogum significat.

EX TESTAMENTO VETERI.




Dan-

EX NOVO TESTAMENTO.



JN-



INDEX SECUNDUS.

Vocum Hebraicarum, aliarumque Orientalium, quæ notantur, vel cum aliis conferuntur in Triduana concertatione, aut in Dissertationibus.

D. Dissertationem. T. Triduanam, Di. Dialogum significat.

א

אחיך

Digitized by Google

אחיך Fratrem tuum. D. *III.* di. *II.* 8.
אחיך Fratres tuos. *Ibid.*
אחרונים pro quo lege חרי עשר *There asar*, & dele *siue posteriores*. T. di. *I.* 13.
אין nihilum. D. *III.* di. *I.* 40.
איש רשן vir cineris. D. *III.* di. *I.* 31.
איש רשין (Chal) vir cineris. *Ibid.*
איש להלך vir ambulationis, vir erraticus. D. *III.* di. *II.* 18.
איש עבר ארמה vir colens terram. D. *III.* di. *II.* 28.
איש עבור ארמה vir culturæ terræ. *Ibid*
איש קין vir hastæ, vir hastatus. D. *III.* di. *II.* 4. 8.
אכר agricola. D. *II.* 63.
אל unum ex Dei nominibus. D. *III.* di. *II.* 26. Tributum Saturno. D. *II.* 29.
אלה הדברים (*Hæc verba*) Deuteronomium. T. di. *I.* 13.
אלה (Chal) Deus. D. *III.* di. *II.* 26.
אלה Deus. *Ibid.*
אל הורה qui sine genitrice, *Alorus* Chaldæorum. D. *II.* 66.
אלהות (Chal.) divinitas. D. *III.* di. *II.* 26.
אלהים Dii. D. *III.* di. *I.* 51.
אל כיון Deus Saturnus, *Alcinous*. D. *III.* di. *I.* 36.
אלמוני Κρυφιὸς occultus, *Amon* Ægyptiis. D. *II.* 99.
אלמנות palatia. D. *II.* 106.
אם בחור mater electi, mater adolescentis. D. *III.* di. *II.* 20.
אנשי מקנה homines pecoris, pecuarii. D. III. di. *II.* 40.
אסרחדן *Asarhaddon* rex Assyriorum, Græcis *Sarchedon*. D. *II.* 101.
אפע nihilum. D. *III.* di. *I.* 40.
אפער serpens *Ibid.*
ארוהי אירי (Ægypt.) Vespera facta est. D. *III.* di. I. 9.
ארוהי שופי idem. *Ibid.*
ארחי עדנה iter meum Edna, seu iter meum Eden. Inde *Ariadna* orgiorum Bacchicorum. D. *III.* di. *I.* 45.
ארמון palatium. D. *III.* di. *II.* 34.
ארמנות palatia. D. *II.* 106.
ארפכשר Arpac-sad, Arbaces Vastator, Medorum rex. D. *II.* 103.
אש ignis. D. *III.* di. *I.* 62.
אשא (Chal.) ignis. *Ibid.*
אשה mulier *Ibid.*
אשה ignitum. *Ibid.*
אשור Assur. D. II. 101.
אשי (Chal.) Igneum. D. III. di. I. 62.
אשת (Chal.) ignis. *Ibid.*
אשת (Chal.) mulier. *Ibid.*
אשתא (Chal.) ignis: mulier. *Ibid.*
אתור (Chal.) pro *Assur*. D. II. 101.
את יהוה à Domino. D. III. di. II. 26.

ב

ב & פ permutantur. D. III. di. II. 31.
בארות cisternæ. D. II. 90.
בבעול in conjugando. D. III. di. II. 26.
בהו vacuitas. D. III. di. I. 10. 24.
בהר נשוא in monte elevato. Inde *Parnassus* in fabula de Deucalione. D. II. 25.
בור ספינה (Chal.) fossa navis, alveus permeabilis: unde Berosi *Borsippena*. D. II. 112.
בזק fulgur. D. II. 89.
בטיך (Arab.) pepo. D. II. 91.
בל Bel pro בעל *Baal*. D. III. di. II. 37.
בן filius, nepos, pronepos. D. II. 111. item gener. D. II. 72.
בעל *Baal*, vel *Beel*, Dominus. T. di. II. 29. Elisâ gutturali transivit in בל *Bel*. D. III. di. II. 37.
בעלי Baal meus. T. di. II. 30.
בקר Vacca. D. II. 95.
בר (Chal.) filius. T. di. I. 9. Item nepos, pronepos. D. II. 111.
ברות cisternæ. D. II. 90.
ברזל ferrum. D. III. di. II. 31.
בר כוזיבא (Ch.) filius mendacii. T. di. III. 21.
בר כוכבא (Chal.) filius stellæ. *Ibid.*
בר כוש filius Chus. D. II. 69.
בר נש (Syr.) filius hominis. D. II. 81.
בראשית (in principio) Genesis. T. di. I. 13.
בתל in tumulo, in cumulo. D. III. di. I. 53.

ג

גורא (Chal.) sepes, pro גודר. D. II. 95.
גוי כרתים Gens Cretensium, sive Cerethæorum. D. III. di. II. 31.
גלגלת calvaria. D. II. 99.
גלגלתא (Syr.) vulgò *Golgotha*, calvaria. *Ibid.*

גלילה

גלילה Galilæa, & tractus quicunque. D. II. 93.

ד

דברי הימים verba dierum: liber primus, & secundus Paralipomenon T. di. I. 13.
די vocula indicans genitivum apud Chaldæos. D. II. 92.
דיוק (Chal.) inspectio, speculatio: unde dictus est *Dejoces*, rex Medorum: D. II. 102.
די כל unde *Deucalion*, sufficiens orbi. D. II. 47.
דמי sanguines. D. III. di. II. 8.

ה

ה & א permutantur. D. III. di. II. 34.
ה prolatum à Persis quasi χ vel k D. II. 112.
הובר (Chal.) perditio. D. III. di. II. 34.
הומוניה ὁμόνοια concordia. D. III. di. II. 34.
הורמיני Armenia. D. III. di. II. 4.
המון נא *Amon-no*, Ægypti civitas, aliàs *No-Amon*. D. II. 92.
הר Mons. T. di. III. 5.
הרמון palatium. D. III. di. II. 34.
הרמונה idem. D. II. 112.
הרר Mons. D. II. 25.

ו

ו & י permutantur. D. II. 26. 104.
ואלה שמות (Et hæc nomina) initium Exodi, à quo liber ille denominatur. T. di. I. 13.
וידבר (Et locutus est) initium libri Numeri, unde ipsi nomen. *Ibid.*
ויקרא (Et vocavit) initium Levitici, ex quo nomen duxit hic liber. *Ibid.*

ז

זוטא (Chal.) parvus, pro זוטר D. II. 95.
זונר (Chal.) zona, Græcè ζώνη. *Ibid.*
זר corona, pro נזר D. II. 77.

ח

חג ambitus. D. II. 16. 48.
חוג חוג ambitus orbis. ὠγυγία. D. II. 16.
חוה *Hava* seu *Heva*, unde dicta. D. III. di. II. 4. 36.
חויא (Chal.) serpens. D. III. di. II. 4.
חולקא נש (Chal.) portio hominis. Inde *Vulcanus*. D. III. di. I. 58. 59.
חורמן (Chal.) serpens. D. III. di. II. 4.
חורמנא (Chal.) idem. Inde *Harmonia* in serpentem mutata. *Ibid.*
חזר rediit, circuivit. D. III. di. I. 53.
חיה vita. D. III. di. II. 4. 36.
חיון (Chal) serpentes. D. III. di. II. 4.
חיזור (Chal.) pomum ceu sphærula. D. III. di. I. 53.
חלק אנוש portio hominis. D. III. di. I. 58.
חם *Ham*, sive *Cham*, unde *Hammus*, & *Hamus*, Jovis nomen. D. II. 56.
חנוך *Hanoch*, sive *Henoch*, nomen filii Cain. D. III. di. II. 10.
חנוך initiatus. D. III. di. II. 16.
חסים (Chal) robustus. D. III. di. I. 32.
חסין idem. *Ibid.*
חרם exterminium. D. III. di. II. 42.
חרמא (Chal.) exterminium. *Ibid.*
חרש (Chal) conjector, præstigiator. D. II. 104.

ט

טאב (Chal.) bonum esse. D. II. 86.
טוב idem. *Ibid.*
טופאן (Arab.) diluvium. D. II. 30.
טופנא (Chal.) idem. *Ibid.*
טיט cœnum, lutum: unde *Titan*, *Titenius*, *Titaa*, *Tityus*. D. II. 55. & D. III. di I. 30.
טיט היון cœnum luti. D. III. di. I. 34.
טל אורת ros luminum: unde *Urotalt*. D. II. 106.
טלי גן (Chal.) infans horti. D. II. 92.

י

י & ו permutantur. D. II. 104 & D. III. di. II. 16.
יבל *Jabal* vel *Jabel* filius Lamech. D. III. di. II. 40.

Digitized by Google

יה *Deus* *Ibid.*

יהוה nomen Dei tetragrammaton, unde *Jovem* dixerunt Gentiles. *D.* III. di. I. 40.

יהושע Josue, appellativè servator. T. di. II. 19. Liber Josue. T. di. I. 13.

יובל *Jubal* pro יהובל *Jabo-Bal*, filius Lamech, putatus *Deus Bal.* *D.* III. di. II. 40.

יוכל *Iuchal* pro יהוכל *Iehuchal* vel *Jabochal*, nomen proprium filii Selemiæ. *D.* III. di. II. 40.

יום dies, tempus. *D.* II. 108.

יון cœnum, lutum. *D.* II. 5. & *D.* III. di. I. 34.

יונה decipiens, fraudem faciens. *D.* III. di. I. 51.

יחזקאל Ezechiel, liber Ezechielis. T. di. I. 13.

ים mare, Ægyptiacè ιωм. *D.* II. 91.

ירבעל *Ierubbaal*, sive *Jerobaal*, corruptè *Jerombalus*, nomen Gedeonis. T. di. II. 28.

ירמיה Jeremias, liber Jeremiæ. T. di. I. 13.

ישעיה Isaias, liber Isaiæ. *Ibid.*

כ

כהות ערב tenebræ vespertinæ, Chaos Erebodes. *D.* III. di. I. 6.

כהן *Cohen* sacerdos. Item primarius in politicis minister. *D.* III. di. I. 4.

כוב (Chal.) spina, paliurus. *D.* II. 77.

כוכבי לכת stellæ erraticæ. *D.* III. di. II. 18.

כושי (Chal. niger, ater. *D.* II. 90.

כושן *Chusan* pro *Chus*. *D.* II. 90.

כל omne: unde *Chalaus*, Græco nomine *Panyas*. *D.* II. 86.

כף curvatura, cavum, vas concavum. *D.* III. di. I. 55.

כף טרה vas molestiæ, vas laboris. *Ibid.*

כף טרא (Chal.) lapis movens. *Ibid.*

כפף incurvavit. *Ibid.*

כפתר pomum, globus, sphærula. *D.* III. di. I. 53.

כרכב ambitus, circuitus. Inde *Cecrops*. *D.* II. 48.

כרתים Cretenses, sive Cerethæi. *D.* III. di. II. 31.

כשית Cusitis, vulgò Æthiopissa. *D.* II. 74.

כתובים Hagiographa. T. di. I. 13.

ל

ל & נ permutantur. *D.* III. di. II. 8.

לא מדעם (Chal.) nihil quicquam. *D.* III. di. I. 40.

לט absconsio: unde *lateo*, & λήθω. *D.* III. di. II. 36. 37.

למך *Lamech*, nomen filii Mathusael. *D.* III. di. II. 10.

למוך ad humiliationem, ad depressionem. *Ibid.*

מ

מאל à *Deo*. *D.* III. di. II 26.

מאלהות à divinitate. *Ibid.*

מדיק (Chal.) inspector, explorator: unde *Madauces*. *D.* II. 102.

מארת (Arab.) terra deserta, & vacua. *D.* III. di. I. 22.

מוף Memphis, Coptis *Mephi*. *D.* II. 92.

מור myrrha. *D.* II. 100.

מות mors. *D.* III. di. I. 22.

מותאן (Arab) terra culturam nondum experta. *Ibid.*

מותושאול mors ejus infernus. *D.* III. di. II. 12.

מזלות signa cœlestia. *D.* II. 104. 106.

מזרות idem. *Ibid.*

מחויאאל ex serpente fortis: & nomen filii Irad. *D.* III. di. II. 8. 9.

מחקק Dux decernens, legislator, legis latæ curator. T. di. II. 7.

מיא (Chal.) aqua. *D.* II. 81. & *D.* III. di. II. 42.

מים aqua. *D.* III. di. II. 42.

מלך *Moloch*, idolum Ammonitarum. *D.* III. di. II. 31.

מלכים Reges, sive Regum liber tertius, & quartus. T. di. I. 13.

מערכות ordines. *D.* III. di. I. 51.

מצודה per metathesin *Medusa*, venatio. D. II. 71.

מקנה possessio pecuaria, pecus. D. III. di. II. 40.

מריא שה saginatum pecudum. D. III. di. II. 31.

מרחפת fovens D. III. di. I. 6.

משלי שלמה parabolæ Salomonis. T. di. I. 13.

מתושאל *Methusael*, sive *Mathusael*, nomen

men filii *Maviael*. D. III. di. II. 10. 12.

נ

נ & ל permutantur. D. II. 111. & D. III. di. II. 8.
נא אמון *No-Amon* civitas Aegypti, aliàs *Amon-no*. D. II. 92.
נבואה prophetia, divinatio. D. II. 104.
נבו כד נשר *Nebo-cad-nefer* (Chal.) Nabo quasi aquila. Nomen Nabuchodonosori. D. II. 111.
נביא propheta, divinus: unde *Nabo*. D. II. 104. 105.
נביאים prophetæ. T. di. I. 13.
נבלא (Chal.) nablium. D. III. di. I. 31.
נד vagus, per metathesin *Dan*, unde *Danaus*. D. II. 73.
נוה habitaculum. D. II. 88.
נוף *Noph*, aliàs *Moph*, Memphis. D. III. di. I. 32.
נור (Chal.) ignis. D. III. di. I. 49.
נזר corona, per aphæresin זר. D. II. 77.
נחל flumen: unde *Nilus*. D. III. di. I. 41.
נחמיה Nehemias, liber secundus Esdræ. T. di. I. 13.
נחש serpens. D. III. di. I. 41.
נינוה Ninive, Græcis Νῖνος. D. II. 88.
נכר extraneus, alienigena. Inde *Anechor*, per metathesin *Achenor* sive *Aghenor*. D. II. 73.
נעמה *Nema*, seu *Nemanus*, eadem quæ *Naama* sive *Noema*. D. III. di. II. 37.
נמר tigris, Syriacè נמרא. D. II. 69.
נעמה *Naama*, sive *Noema*, soror Tubalcain. D. III. di. II. 37.
נפתלים reluctantes. D. II. 93.
נר lucerna: inde *Nereus* transformatus in ignem. D. III. di. I. 49.
נשר aquila, symbolum regis Assyriorum. D. II. 92.

ס

סכה (Chal.) vidit, prospexit. D. II. 105.
סכיא (Chal.) videns, propheta. *Ibid.*
ספר קינות liber lamentationum. T. di. I. 13.
ספר תהלים liber Psalmorum. *Ibid.*
ספר תורה liber legis, Pentateuchus Mosaicus. *Ibid.*
סתור absconditus: inde *Saturnus*. D. II. 56.

ע

ע elisum in medio dictionum. D. III. di. II. 37.
עבד אדמה agricola. D. III. di. II. 28.
עבוד אדמה cultura terræ. *Ibid.*
עדן *Eden*, hortus deliciarum: paradisus terrestris. D. III. di. I. 32. Voluptas. *Ibid.* 45.
עדנה voluptas. D. III. di. I. 45.
עקר גנז asportans divitias. D. II. 91.
עקר זהב asportans aurum: unde *Ocrazapes*. *Ibid.*
עזרא *Ezra*, sive *Esdras*, nobis Esdræ liber primus. T. di. I. 13.
עירד *Irad*, nomen filii Henoch. D. III di. II. 10. Unde tractum. *Ibid.* 14.
עם populus, plurali numero עמים, in forma Chaldaica עמין, unde *Amyntas* catalogi regum Assyriorum. D. II. 86.
עמי (Chal.) ater, obscurus. D. II. 90.
עם דרומית Gens australis, pro qua Andromedam invenit fabula. D. II. 74.
עם פות populus Phut, expressus in Amphitryone Alcæi filio. D. II. 77.
עדנא (Chal.) tempus D. III. di I. 31.
עקר גנז (Chal.) vastans ærarium, asportans divitias. Inde *Acraganes*. D. II. 91.
ערב vespera: Erebus. D. III. di. I. 6 9. 49.
ערבה arrhabo. D. II. 82.
ערוד (Heb.) onager: (Chal.) onager & draco. D. III. di. II. 14.
ערך אל ordo Dei. D. III. di. I. 51.

פ

פ & ב permutantur. D. III. di. II. 31.
פול לרסן Phul Resenus. D. II. 91.
פיץ sparsus, dispersus. D. II. 73.
פורס dividens: unde *Porus*. D. II. 71.
פורסא (Chal.) divisio. *Ibid.*
פלא נשר (Ch.) miraculum aquilæ. D. II. 92.
פלסמון balsamū. D. III. di. II. 31.
פנוית vacua. D. III. di. II. 28.
פעו *Pau*, civitas regni Edom. D. III. di. II. 26.
פעי *Pai*, eadem civitas. *Ibid.*
פרוס (Chal.) divisio. D. II. 71.
פרזל (Chal.) ferrum D. III. di. II. 37.
פרח flos. D. III. di. I. 53.
פרים (Chal.) dividens. D. II. 71.
פרס Persis. *Ibid.*
פרס (Chal.) divisit, discindit. *Ibid.*

פרסא

Digitized by Google

JNDEX TERTJUS

Auctorum, qui citantur, illustrantur, emendantur, probantur, vel confutantur tam in Triduana Concertatione, quàm in Dissertationibus.

D. Dissertationem, T. Triduanam, Di. Dialogum significat.

A

Ce-

D.

E

Jam-


Digitized by Google

Pro-

Google


Ti-

Digitized by Google



IN-

Digitized by Google



INDEX QUARTUS.

Rerum memorabilium in Triduana Concertatione, & dissertationibus.

D. Dissertationem, T. Triduanam, Di. Dialogum significat.

A

D. III.

Ale-

Aphriar-

Digitized by Google

B

C

Cyclus

Digitized by Google

Eri-

Digitized by Google

F

G

Gari-

Digitized by Google

I

Jonia

Digitized by Google

Digitized by Google

Ma-

N

Na-

O

P

Pal,

Digitized by Google

Q

R

Digitized by Google

Digitized by Google

Si-

Thi-

U

X

F I N I S.



ERRATA.

Pag.	(6)	*lin.* 2.	ויקרה *lege* ויקרא
p.	(6)	*lin.* 12.	*quære emendationem pag.* 196. *col.* 1. *lin.* 3.
p.	(17)	*lin.* 33.	vers. 19. *lege* vers. 29.
p.	16	*col.* 3.	æram Christianam *lege* Æræ Christianæ.
p.	21	*lin.* 45.	ad ad *lege* ad
p.	22	*lin.* 31.	suæ *lege* sua.
p.	23	*lin.* 2.	cap. 6. *lege* cap. 7.
p.	23	*lin.* 11.	proximum *lege* primum.
p.	25	*lin.* 3.	annualis *lege* annalis.
p.	25	*lin.* 16.	præteritæ *lege* præterire.
p.	25	*lin.* 40.	XXVII, 61. *lege* XXVII. 51.
p.	28	*lin.* 6.	Apollinaris *lege* Apollinarini.
p.	33	*lin.* 14.	nuntiaverunt *lege* nuntiaverant.
p.	34	*lin.* 2.	quos *lege* quo.
p.	34	*lin.* 7.	in *lege* id.
p.	34	*lin.* 27.	τῶν *lege* τὸν.
p.	35	*lin.* 7.	tunc *lege* hunc.
p.	35	*lin.* 37.	ipsa *lege* ipse.
p.	35	*lin.* 39.	Hebeæus *lege* Hebræus.
p.	36	*lin.* 10.	terminat *lege* terminet.
p.	36	*lin.* 30.	etrexendam *lege* attexendam.
p.	47	*lin.* 1.	quinto *lege* sexto
p.	53	*lin.* 32.	ἱσορικον *lege* ἱστορικόν.
p.	112	*lin.* 23.	XLI. 67. *lege* XLI. 57.
p.	122	*lin.* 12.	תאטים *lege* תאמים
p.	128	*lin.* 6.	XVIII. 19. *lege* XVIII. 17.
p.	128	*lin.* 15.	loquuntus *lege* loquuntur.
p.	139	*lin.* 20.	transivisse *lege* transivisse.
p.	144	*lin.* 41.	Ἐπαβύς. *lege* Ἐπαβός.
p.	149	*lin.* 8.	ἴλιος. *lege* ἥλιος.
p.	168	*lin.* 34.	gesturo *lege* gesturn.
p.	177	*lin.* 23.	τετραγωνίας. *lege* τετραγωνίαις.

5(186

Digitized by Google